


HIERONYMUS
ANDOVER-HARVARD
THEOLOGICAL LIBRARY



VLRICHI HVTTENI

EQVITIS GERMANI

OPERA

QVÆ REPERIRI POTVERVNT OMNIA.

EDIDIT

EDVARDVS BÖCKING.



VOLVMEN I.

LIPSIÆ

IN ÆDIBVS TEVBNERIANIS.

A. CIƆIƆCCCLIX.

Ulrichs von Hutten

Schriften

herausgegeben

von

Eduard Böcking.



Erster Band.

Briefe von 1506. bis 1520.

Leipzig.
Druck und Verlag von B. G. Teubner.
1859.



EPISTOLÆ
VLRICHI HVTTENI
EQVITIS

ITEM

AD EVNDEM DEQVE EODEM
AB ALIIS AD ALIOS SCRIPTÆ.

COLLEGIT RECENSVIT ADNOTAVIT
VARIAQVE QVÆ AD HVTTENI VITAM LIBROSQVE SPECTANT SCRIPTA
ADIECIT

EDVARDVS BÖCKING
IVR. VTRIVSQ. ET PHILOS. D. AA. LL. M. IN VNIV. LITT. BONN. IVR. PROF. PVBL. ORD.
BORVSS. REGI AB INTIMIS DE IVRE CONSILIIS.



VOLVMEN PRIVS.

LIPSIÆ
IN ÆDIBVS TEVBNERIANIS.
A. CIƆIƆCCCLIX.

VNIVERSITATI LITTERARIÆ IENENSI

TERTIA SÆCVLARIA CELEBRANTI

D D D

EDVARDVS BÖCKING

Viri reverendi, inlustres, gratiosi, amplissimi.

Quod Vestris nominibus hanc Hutteni scriptorum editionem exornare ausim, homo plerisque Vestrum nomine tantum notus, qui universitati Vestræ neque alumnus neque socius umquam adscriptus fuerim, non vereor fore qui adrogantiæ reum me faciant aut temeritatis inmodestæque incogitantiæ. Huttenum Vobis offero, scripta Germanicæ libertatis evangelicæque veritatis adsertoris acerrimi quæ reperire potui omnia, non tenuitatis meæ lucubrationes. Hutteni quidem manes, cum Vestra academia e Vittenbergensi evangelii arce novum liberæ mentis ac cogitationis seminarium nasceretur, in Tigurini lacus secretissimo recessu diu quam vivo libertatis veritatisque indefessum studium in patria Germanica terra fere omnem inviderat, quietem altam capiebant: cuius animus fervidius inpetuosiusque quam Germanorum mansuetudo ferre posset totum pro civili ecclesiasticaque patriæ salute sese devorerat, eius corporis reliquias angulus ille ἐρημικὸς iam multos annos, cum Ienensem litterarum universitatem magnanimi principes conderent, exiguo tumulo continebat. Idem vero Huttenus ut alia humanitatis gymnasia quæ potuit frequentare solebat, ita Vestrum opinor imprimis si fieri potuisset, non adisset solum sed præcipue etiam amantiusque coluisset. Quamvis nullam, quæ Vestræ academiæ non plurimum debeat, disciplinam vel scientiam mortales colant, vel ob id Huttenum Vestra gloria et Vos ipsos Huttenica ex impavido veritatis studio conparata laude dignos esse iudico, quod philosophiæ theologiæque, sive hæ diversæ scientiæ sunt sive una

eademque diversis nominibus adpellata, Vestri cultores semper effecerunt ut et vere liberalia studia et verum libertatis studium, quando reliqua Germania non habebat, locum tutum felicemque invenirent. Supervacanea, si mortuorum nomina exprimerem, verba facerem; inmodeste loquerer si Vos vivos adhuc (utinam diu) nominatim conpellarem. Hoc unum addam, Huttenianorum operum litterariorum editorem eadem Vobis offerendo et ut benigne accipiatis enixe orando nihil nisi officium meum me facere. nam apud Vos cum Goettlingius Vester (sed et meus est) pluteos bibliothecæ Ienensis ea qua est inexhausta humanitate mihi aperuisset, primum illorum operum, in quorum studio iam plures annos consumpseram, edendorum consilium a me captum est. quare sinite, viri Ienenses, Vobis pompam ducentibus hisce verbis memet obviam ire ECCE VOBIS VESTRVM HVTTENVM.

Deus ter optimus maximus et Vestram academiam et Vos ipsos eiusdem sæcularia iam tertia celebraturos summo semper bonarum artium litterarumque bono felices esse faciat!

Dabam Bonnæ ad Rhenum

III. Non. Aug. a. CIↃIↃCCCLVIII.

EDITORIS PRÆFATIO.

Germanis inter alia libertatis veritatisque et ornamenta et incitamenta in primis Hutteni scripta præstanda esse multorum ante me prudentium bonorumque virorum sententia fuit. quod debitum adhuc solutum non esse ante hos fere novem annos, cum illorum quotquot potui exempla conlegere cœpissem, ne deforme venustorum olim membrorum Münchianum corpus legentis sive miserationem sive indignationem inrisionemve semper moveret, non sine quodam pudore animadverti. indignum est enim nostra gente quod ne heroum quidem suorum monumenta, qui egregiis facinoribus animos quoque Germanorum, ne servirent inque aliena potestate misere consumerentur, strenue fortiterque ab extremis periculis defenderunt, quantum per temporis haud averruncandam iram ac voracitatem omniumque humanorum operum destruendorum vim et cupiditatem fieri potest, integra conservata ad pios erga patriam sensus in nostratium animis excitandos confirmandosque publice proponuntur. Exterorum populorum sicui paullo cultiori Huttenum inter suos numerare liceret, vix ullum tam neglegentem esse crediderim quin scripta tanti viri pro captu diversorum ordinum alias aliter edita inter eruditioris vitæ necessitates haberet: nos Hutteni et Lutheri etiam scripta, qui nisi pro nobis ingenii armis pugnassent, Germani non essemus, in sordibus disiecta contemptaque iacere proni in quæstum ac corrupti pecuniarum conradendarum insana quadam cupiditate, qua hæc ætas indies gravius laborat, non sine acerbo nostro

damno perpetimur. sacras aedes, immo nitentia palatia sumptuose, non pietatis causa artificiose ædificare eademque pretiosissima supellectili splendidisque oscillis quasi Mammonæ sacrificandum esset varie exornare adauctoque sacrificulorum histrionalium superbo ac procaci fastu et insolentia præmiis honoribus phalerisque propositis inlicere, nolentes et detrectantes aut pœnis multare aut manu militari ut frequentent adigere, neglectis spretisque bonarum artium litterarumque ac philosophiæ studiis divina humanaque edictis decretisve ordinare omnia, quasi de manibus pedibusque regendis, non de animis ingeniisque ad veritatis divinæque mortalibus a deo insitæ rationis cognitionem, amorem, usum ducendis ageretur, has quidem consimilesque quæ multæ sunt superstitiones etiam pientissimi viri illi ut Christianæ doctrinæ contrarias fortissime olim reprehenderunt: attamen hodieque greges eorum sunt quibus maior istius modi perversæ pietatis cura esse videatur quam ut interius templum domini extruant eidemque clarum lumen inducant, id quod nisi mentibus moribusque excolendis confirmandisque fieri non potest. atque hoc ipsum ut fieret in primis Hutteuus noster omnibus at quanti ingenii viribus conisus est, idemque de rebus publicis ecclesiasticisque, de magistratibus ac sacerdotiis, modo recte interpreteris, ea posteris tradidit quæ non Germanis solum sed populis principibusque omnibus utilissima esse ab universis indicabuntur qui veritati student neque omnia lui posse pecunia, hanc deum esse, Chrysium, non pauperem Christum coli debere institoriis suis animis persuaserunt. Rem itaque desideratu exoptatuque perfacilem, sed quæ non sine multis difficultatibus, laboribus, dispendiis perfici potest, bono animo adgressus eo amantiori prosecutus sum quo magis Hutteni ingenii animique magnitudinem, constantiam, simplicitatem, candorem in dies admirabar. coemptis commodatisve subsidiis paullo instructior factus siquid ineditum aut oblivione sepultum lateret, et itineribus factis et amicorum in primis humanitate liberalissime adiutus ea diligentia qua per rei domesticæ scholasticique muneris curas licebat, perquirendum suscepi. iam si quorum amicorum quanta liberalitate humanissime adiutus essem, meritis laudibus extollerem, gloriæ meæ ipse vanus prædicator lectoribus videar, neque vero Huttenianorum operum collectore et editore dignum esse indico de adiu-

toribus adiumentisque ac de fortuna sua non gratulari sibi grato animo. Scripta quibus uti contigit omnia indicibus tum priori volumini præmisso tum singulis totius operis partibus adnotatis diligenter recensui. De consilio meo huiusque editionis ratione paucis defungar. Hutteni quæ conquirere potui scripta omnia tam edita quam inedita, qualia sunt in his duobus voluminibus haud contemnendo numero, quam potero castigatissime ita edam ut ex ipsis litterarum formis quid ab ipso Hutteno, quid eidem ab aliis et quid ab æqualibus hominibus de Hutteno scriptum esset intuentibus adpareat. quos libellos sive incerta sive falsa cum maiorum nostrorum tum huius temporis hominum iudicia Hutteno adscripserunt, eos ubi ad rem facere videbuntur minutioribus litteris repetendos curabo. Inter orthographiæ leges eam præ ceteris observavi, ne ab antiquissimis integrioribusve quos adire datum esset fontibus, nisi ubi operarum tantum peccata corrigenda essent, facile recederem: ceterum harum rerum curiosis rationem reddet adnotatio, in qua tamen sæpe numero etiam librariorum operarumve mendis quæ variis eiusdem libri exemplis inter se distinguendis inservirent locum dare visum est. pares ubique eorundem verborum formas repræsentare non licuit, cum etiam sæculo decimo sexto scriptores vel doctissimi non perpetuo eadem verba iisdem litteris neque omnia semper suis litteris scripsissent, sed inter *c* et *t*, *c* et *qu*, *e* et *æ* vel *œ*, *i* et *y*, *f* et *ph*, *n* et *nn*, *s* et *fs*, *t* et *tt* similiterque inter alias litteras incerti fluctuassent. multo minus eam mihi licentiam sumpsi ut stribligines non nullas, v. c. coniunctionem *ac* miliens ante vocalem positam, tollerem aut contra Hutteni consuetudinem verbo *enim* iustum ubique locum adsignarem, quasi ipse scriptorum a me edendorum auctor essem: suos etiam egregia corpora nævos habere naturalis lex est. Non ita anxius fui, si Germanice scriptas easque Latinas partes exceperis quas aut ipse primum aut ex ipsis manu scriptis exemplis exhibeo, in signis interpunctionis quam vocant commode ponendis inutilibusque reiiciendis, ne lectores rudi hodieque insolito verborum partiumque orationis distinguendorum more, quo ipso valde incerto varioque cum Hutteni scripta prodierunt et operæ et ipsi etiam scriptores utebantur, moleste impedirentur: nam et Hutteni stilum in commatibus punctisque q. v. effunden-

dis largiorem fuisse quam hodie feramus multis exemplis didici. equidem in his quoque rebus pro religione mea ut sanctissimo illo veritatis cultore nequid indignum committerem sedulo studui. Quam in historiis explicandis, in vitis hominum per hæc scripta commemoratorum breviter enarrandis, in libris quorum mentio facta est veterumque scriptorum quæ adferuntur verbis adcuratius indicandis aliisve legentium inpedimentis tollendis consumpsi operam, longiorem multoque laboriosiorem eam fuisse quam pro tenuitate profectus securus lector æstimaverit, quem tamen per quas incultas nec raro corruptas etiam vias mihi sæpiuscule perreptandum fuerit pro æquitate sua reputare iubeo, hoc equidem non tam ut querar quam ut æmulos excitem feliciores ingenue profiteor: nam earum quoque difficultatium non nulla æstimatio facienda est, quibus frequenter inpediri solent qui ex horrida librorum libellorumque de singularibus tantum locis, personis causisve scriptorum silva eos ipsos eruere sibi volunt, unde notitia rerum maximam partem per se vilissimarum, qua tamen ægre sapiens lector careat, commode peti possint, quosque etiamsi qui sint idonei didiceris, frustraneam conquirendi operam dabis. Siquis tandem quare Germani scriptoris reliquiarum Germanus editor non Germanice scripserim ex me quærat, hoc habeat responsum sibi: quamvis mihi quoque Germanice quam Latine scribere certe facilius cedat, Huttenum tamen pleraque sua Latine scripsisse, neque mihi Latinarum litterarum ignorantiam inter Germanicas quibus gloriemur dotes numerandam videri; atque ut non doctis solum ita nec ineruditis hoc exemplum offerri, quorum siquod est Huttenianorum librorum desiderium, qui expleant apud nos non deerunt: Græca verba, non ita frequentia, pleraque fere omnia, cum inter nostrates multi qui Latina legere didicerunt illa parum intellegant, Latine in notis adscripsi. Hutteni scripta ita edere mihi proposui, ut inter puros historiarum ac litterarum Germanicarum fontes quæ reciperentur per me non indigna essent, et ut aput alias quoque nationes Huttenianum sidus suo lumine, quod Anglis fere patrium, Gallis salutare, Ausoniis gentibus quasi ex ipsarum antiquitatibus refulgens adparebit, splendide rutilaret. Digeretur autem, si deus vitam dabit mihi nec libri redemptorem ei deserent in quorum honorem utilitatemque publicatur, totum opus in septem

partes sive volumina, quorum duo priora Epistulas continentia in operariorum manibus sunt; mox sequetur iam elaboratum volumen Dialogorum; unum deinde explebunt Orationes cum didascalicis libellis, aliud Carmina; sextum dabitur Epistolis obscurorum virorum similibusque scriptis quæ non nisi a nugatoribus ipsis sive non integris indicibus nugatoria esse conclamantur, cum renascentium litterarum atque historiarum exeuntis mediæ quam vocamus ætatis uberrimi fontes iique supra quam credi solet puri sint. septimo denique volumine Indices cum commentariis meis conprehendam.

Superest ut de Hutteni effigie verba faciam, quam ad Alberti Dureri exemplum in regio Berolinensi chalcographicarum picturarum museo adservatum ad dimidiam fere partem redactam, quamvis non in eo solum a Dureriano opere diversa sit quod dexteram capitis partem conspiciendam præbet, tamen exhibemus, feliciore aliquando imitatione expressum exemplum tertio volumini, ubi poterimus addituri, cum præsertim aliæ omnes quæ sive ligno sive cupro vel chalybe Hutteni faciem exprimere volgo creduntur imagines, eæque etiam ipsæ quæ libris vivo auctore publicatis additæ sunt, aut ad Stolzenbergensis Ulrici Hutteni qui nostri Steckelbergensis Ulrici cognatus fuit picturam (qualem hodieque societas historicorum Franconiæ inferioris Virciburgi possidet) aut ex verioribus quidem nostri Hutteni imaginum exemplis sed tam misere descriptæ sint ut huius faciem ementiri omnes dicendæ sint. Berolinense vero exemplum cum aliis Durerianis delineationibus multis (cf. Helleri librum 'Alb. Dürer. Lips. 1831. 8°. tom. II. p. 17. sqq. 65.) post summi pictoris obitum Andreas frater eius Norimbergensi cuidam patricio vendiderat, post cuius gentem sæculo XVIII. emortuam alius quidam Norimbergensis (nam neque huius possessoris nomen prodidit Hellerus) pretiosa illa folia conparavit eademque deinde ab huius hominis vidua Hellerus nummo uno ut videtur emit; tum is quæ sibi non retinebat, inter quæ ipsa quoque nunc Berolinensia illa folia fuerunt, migraverunt in scrinia Norimbergensis Ioannis Alberti a Derschau militum præfecti et post huius funera in horrea Nagleriana; Naglero denique successit quod nunc illa folia habet museum regium. Neque hoc cuiquam iustam movebit suspitionem, quod picturis recentiori manu subscripta nomina ut ipsa etiam depicta capita forfice exsecta aliis foliis pa-

pyraceis glutine adhibito adfixa sunt, quam miserabilem illa folia sortem pariter fere omnia et ea etiam de quorum integritate veritateque nullum omnino cum aliis certis imaginibus institutæ comparationes dubium relincunt, iam florente illa Norica gente patricia perpessa sunt: nam præter hoc inferiori picturæ margini adglutinatum recentius scriptum Ulrichi ab Hutten nomen idem nomen Hutteni extat ab ipso Durero aversæ folii paginæ inscriptum, quod etiam nunc intra particulam ex recentiore folio sive picturæ fundo exsectam ubi verteris tabulam conspicias. Ceterum Durerianum illud caput, etiamsi quæ de picturis dicere et quasi in alieno foro litigare coactus fui parum bene exposita essent, fateor tantam veritatis Huttenianæ in me contemplantem vim habere, ut nulla mihi dubitatio supersit quin hoc unum ex omnibus quotquot vidi, vidi autem quæ extare scio omnia, verum Hutteni caput, hæc Hutteni vera facies sit. Itaque vehementer optarim et spero etiam futurum esse ut lectores in hoc Huttenianorum scriptorum exemplo meo veri Hutteni ingenii haud deformem descriptionem inesse cognoscant.

Vale, lector, et Huttenum ama.

Dabam Bonnæ ad Rhenum

Idibus decembribus

a. CIↃ. IↃ. CCC. LVIII.

INDEX BIBLIOGRAPHICVS HVTTENIANVS.

In Eob. Hessum Elegia. **I.** 1506.

DE LAVDIB · ET PRAECONIIS INCLITI | ATQ VE TOCIVS GERMANIAE | celebratiss. Gymnasii litteratorii apud | Erphordiã Eobani Hessi Franco|bergii eiusdẽ litterariæ cõma|nipulationis alumnuli | Iuuẽis Ephebi Carmẽ. | succisiuis horis | deductum |

Ioannes Dornheim Venatorius | Ad Lectorem |

Pallas erat quondam multis venerabilis oris | 6 Distichen.

15 Bll. 4°. (A 6 Bll. B 4 Bll. C 5 Bll. oder C 6 Bll., letztes leer.) 25 Zeilen auf der vollen Seite. Die beiden vorletzten Seiten enthalten:

IN EOBANVM HESSVM VIVACISSI|mi Ingenii adolescentem | Vlrichi Hutteni Elegia | Si qua tenet nunquam u. s. w. 18 Distichen, und

EOBANI GRACIARVM ACTIO | EXTEMPORALIS | Ergo vale longum u. s. w. 3 Distichen.

Rückseite des letzten Bl. schließt:

Formatum Typico Charactere Erphordie | apud Magistros Vuolphii | Sturmer diligentia | Anno Christi | M.D.VII.

(Das von mir benutzte Exemplar gehört der Jenaer Univ. Bibl.)

Laus Marchiæ. **II.** 1507.

1.

Publij. Vigilantij. Bacillarij. Axungie | poete et oratoris. ad Illustrissimũ principem Joachimũ. Sacri Ro-|mani imperij Archicamerariũ et Electorem Marchionem Brandem-|burgensem. Stettinensem. Pomeranie' Cassubie Schlauorũq3 du-|cem. Burggrauiũ Nuremburgensem ac Rugie principem. Franck-|phordiane vrbis ad Oderam. et Gymnasij litterarij introductionis- | Ceremoniarũq3 obseruatarũ descriptio. |

Quadrat von etwa 1" Höhe, 3" Breite, darin ein einköpfiger Adler in unten abgerundetem Schilde; auf der Brust ein Schildchen.

20 Bll. oder 5 Bogen 4°, signiert a bis d. (a und b je 6 Bll., c und d je 4) 35 Zeilen per Seite.

Vorderseite des Bl. dij (18.) schließt:

me vt cepisti. et quos semel amasti semp ama et foue. | Exaratũ in officina honorandi viri Conradi Baumgardt | Rottenburgij in vrbe Francphordiana ad Oderam. Anno | ab Incarnatione Saluatoris nostri. M.D.vij.Jdibus | Februarijs. d ij

Mitte der Rücks. des Bl. 18. beginnt und auf der Vorders. des Bl. 19. schließt die s. g. Laus Marchiæ von 20 Distichen, mit der Ueberschrift:

Vdalricus Huttenus phagigena Io-|hannis Rhagij Aesticampiani discipu|lus Ad Lectorē huius libri.

Vorders. des letzten (20.) Bl. schließt mit Conrad Baumgarts Druckerzeichen, die Buchstaben C (fast wie G aussehend) B auf einem großen fliegenden Bande.

(Schwerlich existiert hievon ein anderes Exemplar als das mir vorliegende, jetzt der Breslauer Univ.-Bibl. zugehörige, von W. E. Tentzel i. J. 1705. ihr geschenkte.)

2.

Abdruck der ganzen Schrift II. 1. in

AUCTARIUM NOTITIÆ | UNIVERSITATIS pagg. 1 ... 20. zu (J. C. Beckmanni) NOTITIA | UNIVERSITATIS | FRANCOFURTANÆ, | Una cum | ICONIBUS | &c. 8 Zeilen | FRANCOFURTI AD VIADRUM, | Impensis JEREMIÆ SCHREY & JOH. CHRISTOPH. HARTMANN, | *MDCCVII.* | fol⁰.

(Das Seite 19 des Auctarii stehende Gedicht Huttens hat im zweiten Worte den von Burckhard beibehaltenen Druckfehler tantigrado statt tardigrado.)

3.

Jac. Burckhard Vit. Hutt. III. p. 25 ... 27. (Nur H.s Gedicht, wie N⁰. 4. 5.)

4.

G. C. F. Mohnike, Ulr. Huttens Jugendleben. Greifswald 1816. 8⁰. p. CLXIX. CLXX.

5.

E. Münch, Hutteni Opp. I. (1821. 8⁰.) p. 5. 6.

a.

Deutsch übersetzt in

E. Münch, Huttens Jugenddichtungen. Stuttg. 1838. 8⁰. oder (mit neuem Titel als 2te Ausg.) Schwäb. Hall. 1850. 8⁰. S. 3 ... 5.



De virtute eleg. exhort. III. 1507.

1.

Tabula Cebetis philosophi so-|cratici, cū Iohānis Aesticāpiani Epistola. |

Fast blattgroßer Holzschnitt, Darstellung der Cebestafel.

18 Bll. oder 4½ Bogen 4⁰. Signatur A bis C. (jedes 6 Bll.)

Die Vorderseite des vorletzten Blattes schließt:

Impressa Erancphordio [*sic*] per honestos | viros Nicolaū Lamperter & Balthasar | Murrer. Anno. M.D.Vij.

Die 2 vorletzten Seiten enthalten die ohne weitere Schlußanzeige schließenden 28 Distichen der

Vlrici Hutteni adolescentis de | Virtute Elegiaca exhortatio.

Rückseite des Titels u. die des letzten Blattes leer.

2.

Tabula Cebetis philosophi so-|cratici cũ Ioannis Aesticampiani Epistola.

Fast blattgroßer Holzschnitt der Cebestafel, nach III. 1., aber roher in der Zeichnung. 14 Bll. oder 3½ Bogen 4⁰. (A 6 Bll. B u. C jeder 4 Bll.)
Rückseite des 1. u. die des letzten Blattes leer.

Die de virtute exhortatio beginnt mit der Ueberschrift aus III. 1. auf der Mitte der Vorderseite des vorletzten Blattes (Ciij) u. schließt auf der ersten Hälfte der vorletzten Seite. Darunter:

Impressum Liptzk per Iacobum Thanner | Herbipolitanũ. Anno dñi Millesimo | quingentesimoduo-|decimo.

3.

Mohnike, H.s Jugendleben S. CLXXI...CLXXIV.

4.

Münch, H. Opp. I. p. 7. 8.

a.

Deutsch in
Münch, Huttens Jugend-Dichtungen S. 6...8.

Elegia ad Trebelium. III A. 1508?

Hermanni Trebelij Notiani | Poetae Laureati humanio|res literasin celeberr. & florentiss. | Achademia Frãcophordensi ad Oderam profitẽtis | Epigrãmaton & | carminũ Li|ber Pri-|mus. | IVVENTVTI. | Francphordum pete Marchię: iuuentus | Huc mox vt venies tuum videbis | Lauro Trebelium sacra decorum: | Qui Vates legit: & facit Poetas. | HOMO HOMINI LVPVS. |

36 Bll. 4⁰. Signatur A...F (je 6 Bll.) 30 Zeilen auf der vollen Seite. Ohne Columnenüberschriften und Seitenzählung. Rückseite des letzten Blattes leer.
Rückseite des Titels: VALERIANVS SIPHRIDVS SVLTZ | VELTENSIS. LECTORI. | Quisqs amat latias: Phœbi quoq; dona: Camœ-nas | Et colit u. s. w. 2 Distichen. Dann IDEM AD EVNDEM. | 1 Distichon. | ANDREAS MANOVIVS CVSLI|NENSIS: LECTORI. | 3 Distichen. |
Aij^a...A 4^a. Vorr.: REVERENDISS. IN CHRISTO PA|tri & dño: dño Theodoro de Bulou Lubusiãę ec|clesię Pręsuli & Antistiti dignisso Hermãnus | Trebelius Notianus | Poeta Laureatus. S. P. D. | datiert Frãcophordi Oderę VII Calẽdas Apri|lis Natalj nostro. | Anno Christiano. M. D. IX.
Bl. F 4^b nach 13 Schlußdistichen eines Gedichts an Trebelius von EBERHARDVS VERBERIVS DANTISCVS („Candida sydereo fulgebat Cynthia cœlo u. s. w.) folgt: VLRICVS HVTTENVS HER|manno Trebelio Notiano Poetę L. | 9 Distichen, beginnend Accipe ab Hutteno blãdam Notiane salutem: schließend Cui nent fatales fila secunda deę.
Darnach zwei elegische Gedichte des ANDREAS MANOVIVS CVS-|LINENSIS POMERA-

NVS und 1 Distichon des CHORVS POETARVM REI| publicę literariæ Aduerſarijs. Dann FINIS. und MENDAE HOC LIBELLO EMACV|LANDAE HAE SVNT bis zur Vorderseite des letzten Blattes, schließend mit HOMO HOMINI LVPVS.

Querelarum libb. II. **IV.** 1510.

1.

Vlrici Hutteni equeſtris ordi|nis poetae in Wedegũ Loetz | Conſulem Gripeſualdenſem in Pomerania, et filiũ | eius Henningum Vtr: Juris doctorẽ Querelarũ | libri duo pro inſigni quadam iniuria ſibi | ab illis facta. |

Hermannus Trebelius Notia|nus Poeta Laureatus in perſona Loſſij. | Numen Pierijs ineſt poetis: | Libertas: animus · celebritaſq;: | Maieſtas quoq;: regia et poteſtas: | Et ſunt cura deum ſacri Poetae: | Chari principibuſq;, regibuſq;:| Immo (vera loquar · nec ore ficto) | Res eſt maxima, maximus Poeta | Sed cur Loſſius iſta neſciebam? | Eheu: numina, ferreeq; Parcae | Debebant: modo quem fero: Poetam · | Dijs auſpicibus |

46 Bll. 4°. ſigniert A bis M.
Gothiſche Lettern.
Schluß auf der Vorderſeite des Bl. 46:

¶ Excuſſa ſunt haec Francophordij cis | Oderam per Joannem Hanaw conter|raneũ Vlrici Hutteni: Anno a Virgi|neo partu poſt M. et quingenteſimum| Decimo Ceſ: Maximiliano et Marchio|ne Joachimo. | Vale lector Bene et boni conſule. |

Exemplare dieſes Drucks finden ſich in den Bibliotheken zu Berlin, Göttingen, Greifswald, Breslau (?), und im britiſchen Muſeum zu London ein von Huttens eigner Hand durchcorrigiertes und ergänztes.

2.

Mohnike, Ulr. Huttens Klagen gegen Wedeg Loetz und dessen Sohn Henning *Zwei Bücher*. Greifswald im Verlag von Ernst Mauritius. 1816. 8°. 5 Bll. 568 Seiten u. 4 Seiten Regiſter.

Lateiniſch mit a) deutſcher Ueberſetzung gegenüber.

3.

Münch, Hutt. Opp. I. p. 16...76.

a. b.

Die Ueberſ. Mohnikes auch in Münch, H.s Jugend-Dichtungen S. 11...96.

Die Elegie an den Herzog Buſlav X. von Pommern (I. 5.) iſt latein. und deutſch herausgegeben von

- Mohnike in 'Greifswald. Archiv. Bd I. Heft I. S. 106...124. Greifsw. bei Mauritius 1816. 8°.

De arte versificandi. V. 1510.

1.

Vlrici Hutteni de Arte Versificandi | Liber vnus Heroico carmine ad Jo=|annem et Alexandrũ Osthenios Po|meranos Equites. | Philippus Engelbrechtus | Hutteni cōiuratus ad Lectorem. | (Folgen 6 Distichen.) | **Dijs auspicibus.**

3½ Bogen oder 14 Bll. 4°.
Gothische Typen.
Bl. 12. S. 1. schließt:

¶ Apud phacchum hospitem Vuittenpurgensem | Idibus Februarij, absolutũ sinceriter citra inuidiã. |

¶ Excaratum industria officiosissimi viri | Vuolffgangi Monacensis Lipsē foeliciter.

Die Dedication an die v. Osthen ist datiert:

Ex Vuittemburgo pridie Kalendas Januarij Nono in=|eunte anno post millesimũ et quingentesimũ vndecimo. |

Die Rückseite des letzten Blattes ist leer.
(Jördens bezeichnet diese Ausg. 'Wittenbergæ 1511. 4°.' Er verwechselte den Druckort und den, wo die Dedication geschrieben ist.)

2.

VLRI=|CHI DE HVTTEN | EQVITIS GERMANI. | STICHOLOGIA VT | COMPENDIOSA | ITA NON IN=|FRVGIFE=|RA.

Titel in Randeinfaßung. (A 6 Bll. B u. C je 4) 3½ Bogen oder 14 Bll. 4°.
Rückseiten des 1. u. des letzten Bl. leer.
Bl. A ij beginnt INSIGNI POETAE EOBANO HESSO CHRI|STOPHORVS HEGENDORFFINVS | LYPSICVS. S. D.
Das CARMEN HEROICVM | VLRICI HVTTENI. | füllt die letzten 10½ Bll. Die Randlemmata hat diese Ausg. nicht.
Bl. 14ᵃ. schließt:

τελοσ.

¶ Lipſiæ ex ædibus Valentini Schumañ | Anno domini Milleſimo quin=|genteſimo octauodecimo.

3.

Ars uerſificatoria Hulderichi Hutteni Pariſiis. Ex officina Roberti Stephani e regione ſcholae decretorum. Anno MDXXVI. VIII. Idus Octobris. 8°. (So aus Maittaire Annal. II. p. 681. Panzer U. v. Hutten S. 9.)

4.

Parisiis ap. Robertum Stephanum. 1528. 8°. (So Burckhard, Vit. Hutt. I. p. 72.)

5.

DE ARTE VERSIFICANDI | *carmen Heroicum*, *per* H*ulderichum* | H*uttenum*.|

Item | *ΟΥΤΙΣ.* NEMO. | *Item* | EXEGORIA IN EBRIETATEM | *per* *Eobanum* *Hessum.* | *Norimbergæ apud* *Ioan. Petreium. Anno* | M. D. XXXI.

16 Bll. oder 2 Bogen 8⁰.

Rücks. des Titels leer. Dann 17 Seiten Ars uersif. S. 18. Epigramm des C. M. R. [Conradus Mutianus Rufus] AD CROTVM RVBIANVM.; dann 6½ Seiten NEMO. Unter diesem HEL. EOB. HESSVS. | de Ebrietate. 6 Distichen. Dann 4 Seiten IN EBRIETATEM EXEGORIA | per H. Eobanum Hessum. schließend wie die früheren Stücke mit FINIS. Rücks. des Bl. 16. leer.

6.

Ars uersificatoria Hulderici Hutteni. Parisiis. Ex officina Roberti Stephani. M. D. XXXII. IX. Calend. Ian. 8⁰. (So Panzer, Hutt. S. 9.)

7.

Hulderici Hutteni, Ars versificatoria cum commentariis Roberti Vallensis Ruglensis. Parisiis 1534. 8⁰. (So Panzer, Hutt. S. 10.)

8.

Ars uersificatoria. Parisiis 1535. 8⁰. (So Georgi, Bücherlericon.)

9.

ARS VER-|sificatoria Hul-|derici Huteni. | (Etiennes Druckerzeichen.) | PARISIIS. | Ex officina Roberti Stephani. | M. D. XXXVI. |

1 Bogen gr. 8⁰. 15 arabisch paginierte Seiten, den bloßen Text der Hutt. Schrift enthaltend.

S. 15 schließt:

EXCVDEBAT ROB. STEPHANVS | PARISIIS, ANN. M. D. XXXVI. | III. ID. IAN.

10.

COMMEN-|TARIVS IN AR|tem versificatoriā Hulderici | Huteni, cū Methodo prima-|rum & mediarū syllabarum. | atq; specierum carminis a Ro|berto Vallēsi Ruglensi vtcun|que æditus ad Ioannē Lam-|bertum Lexoueum Collegij | Geruasiaci Gymnasiarcham. | PARISIIS. | Apud Prigentium Caluarin | In clauso Brunello, ad insi-|gne Geminarū Cypparū. | 1 5 3 7. |

40 mit arab. Zahlen bezeichnete Bll. 8⁰. min. Titel in Randeinfassung.

(Die Dedication ist gegeben Ex ædibus Geruasiacis quin-|to Idus Ianuarias. Anno redemptionis humanæ. | 1529. |)

11.

VLRICHI DE HVT-|TEN, EQVITIS GERMANI, DE | *arte uersificatoria Carmen Heroicum.*

in

VLRICHI | HVTTENI EQVITIS | GERMANI OPERA POETICA, *&c.* (Francof.) 1538. 8⁰. Bll. S 4 bis T 3.ᵇ schließend:

Synceriter citra pompam, | *zelo uirtutis.* | FINIS. | *Anno* M. D. XXXVIII.

12.

PROSODIA | LATINA, CVI NONNVLLA DE | MODVLATIONE ORATO=|RIA ACCESSE=|RVNT. | + | *Authore Iodoco Willichio.* | ADDITA EST HVTTENI ARS | VERSIFICATORIA. | (Druckerzeichen Michael Blums.) | LIPSIAE, | M. D. XXXIX. | 4 Bogen klein 8°. Am Ende auf der Rückseite:

LIPSIAE, EXCVDIT MICHAEL | BLVM, MENSE FEBRVARIO, | Anno à reſtituta ſalute, | M. D. XXXIX.

Die ars vers. ohne Vorr. u. Commentar S. 42...58. Schluß: Synceriter citra pompam, | zelo uirtutis. | FINIS.

13.

ARS VER-|ſificatoria Hul|derici Hutteni. | (Wechels kleines Druckerz.)| PARISIIS | *Apud Chriſtianum Wechelum, ſub ſcuto Baſilienſi: &, | ſub Pegaſo, in uico Bellouacenſi.* M. D. XLI.

1 Bogen 8°. 16 mit arab. Zahlen bezeichnete Seiten. Mit albin. Lettern gedruckt, ohne Vorr. u. Commentar. Schließt: FINIS.

14.

De arte verſificandi carmen Heroicum | per *Hulderichum Huttenum.* | Item *ΟΥΤΙΣ.* Nemo. Item Exegoria in Ebrietatem per Eobanum Heſſum. *Norimbergæ apud Iohan Petreium, Anno M. D. XLII.* 8°.

2 Bogen 8°. A. E. FINIS. Rücks. des letzten Bl. leer. (So Panzer, Hutten. S. 10. Vgl. oben Nr. 5.)

15.

De arte uerſifican|di carmen Heroicum, per | Hulderichum Hut=|tenum. | *Item* | *ΟΥΤΙΣ.* NEMO. | *Item* EXEGORIA IN EBRIETATEM | *per Eobanum Heſſum.* | *(Scutulum)* | Norimbergæ | apud Iohan. Petreium, | *Anno* M. D. XLVII. |

2 Bogen klein 8°. Die ars vers. Bll. 2...10a. Rückseiten des erſten und des letzten Blattes leer.

16.

COMMENTARIVS | IN ARTEM VERSIFICATO=|*riam Hulderici Hutteni, cum perbreui acceſsione | primarum & mediarum ſyllabarum, atque ſpecie-|rum carminis, à Roberto Vallenſi Ruglenſi editus: | ac denuo ab eodem auctus, & recognitus.*

Præterea adiectum eſt ad finem, com-|pendium de accentibus, & periodis, ſiue | clauſularum punctis.

Druckerzeichen mit I L

PARISIIS, | *Ex officina Ioannis Lodoici Tiletani, ex | aduerſo Collegij Remenſis.* | 1 5 4 7. |

96 paginierte Seiten 8°. min.

17.

IODOCI | WILLICHI ORTHO-|graphiæ inſtitutiones, Item de Pro|ſodia Latina libellus, cui nonnulla | de modulatione oratoria | acceſſerunt: | Ex poſtrema autoris re-|cognitione. | ADDITA EST HVTTENI | *Ars uerſificatoria.* | BASILEÆ. |

8 Bogen kl. 8°. *a...h*.

Die Ars v. S. (109)...124. (111 ist vor u. nach 110 gezählt) Rücks. des letzten Bl.:

BASILEÆ, | per Ioannem Oporinum, | anno M. D. LI.

18.

Commentarius | In artem versificatoriam Hulderi-|ci Huteni, cum perbreui accessione | primarum & mediarum syllaba-|rum, atque specierum carminis, à | Roberto Vallensi Ruglensi editus: | ac denuo ab eodem auctus & re-|cognitus. | *Præterea adiectum est ad finem compendium de* | *Accentibus & periodis, siue clausularum punctis.* | (Druckerz.) | LVGDVNI, | *APVD THEOBALDVM* | PAGANVM. | 1560. |

71 paginierte Seiten 8°.

19.

SELECTA POETICA | QVIBVS CONTINENTVR | GE. SABINI PRAECEPTA ||| VLRICI DE HVTTEN | EQVITIS FRANCI | ARS VERSIFICATORIA | EIVSQVE NEMO |||||| COLLEGIT SVAQVE ADIECIT | CARMINA | IO. HENR. ACKER. | *RVDOLSTADII,* | SVMTV IO. MART. GOLLNERI, | ANNO MDCCXI. (Schwarz und roth gedruckter Titel.)

1 Bogen und 120 paginierte Seiten 8°.

S. 35...62. Ars versificatoria.

S. 63...72. Nemo.

20.

De arte uersificandi liber unus carmine heroico. Lipsiæ, ohne Anzeige des Jahrs. S. Catal. Bibl. Christ. II. p. 104. (So Panzer, Hutt. S. 10. a. E.)

21.

Die Ars versif. mit der Dedication:

Münch, Hutt. Opp. I. p. 83...96.

(Was Münch l. c. p. 82. mit folgendem sagen wollte, hat er ohne Zweifel selbst nicht bedacht: „8) In den *Operibus Poëticis*, welche mit den Schriften des *Decius Ausonius Burdegalensis Lugd.* 1537, ohne Jahrzahl [!], zusammengedruckt worden, steht die *Ars versificatoria* zuletzt." Eine Lyoner Ausg. des Ausonius von 1537. giebt es meines Wissens auch nicht. Münch hat offenbar die Frankfurter Ausg. der Hutt. Opp. poetica [s. unten Nr. L.] bezeichnen wollen.)

Ad Maximilian. exhortatio. VI. 1511.

AD DIVVM MAXIMILIANVM CAESA. | Aug. F. P. bello in Venetos euntem, Vlrici | Hutteni Equitis, Exhortatio.

etwa 4½" hoher, 4" breiter Holzschnitt, den Doppeladler mit der Krone in der Mitte; in den 4 Ecken je 1 Wappen.

Darunter 3 Distichen.

14 Bll. 4°. (A 6 Bll. B u. C je 4 Bll.), ohne Blatt- u. Seitenzahlen. 30 Zeilen auf der vollen Seite.

Vorderseite des letzten Blattes schließt:
Viennæ Pannoniæ apud Hieronymū Vietorem, [nicht Victorem,] | & Ioannem Singrenium. Menſe Ianuario, | ANNO. M. D. XII.
Die Rückseite des Titelblattes beginnt IOACHIMVS VADIANVS, ...|... Georgio Tānſtetter ||
S. A 2ᵇ. A 3ᵃ. enthalten Widmungsgedichte Abhausers u. Vadians.
Bll. 3ᵇ....10ᵇ. die Exhortatio an den Kaiser.
Bll. 11...13ᵃ. (Cᵃ. bis C 3ᵃ.) das Heroicum QVOD GERMANI NEC VIRTVTE, | nec Ducibus ab Primoribus degenerauerint. |
Bl. 13ᵇ. Hutteni, Viennā ingredientis Carmen. Auf der vorletzten S. endigend; darunter Ex Contubernio Vadiani, Marii, & Aperbacchi. | Sinceriter citra pompam. | Es folgt Magni de Eck Carni Decaſticon. u. der obenangegebene Schluß. Die Rückseite des letzten Blattes ist leer.
(Alle diese Stücke sind später umgearbeitet: vgl. unten Nr. XX.)
[Eine Ausgabe von 1514. 4º. wird oft aufgeführt, existiert jedoch schwerlich: die das Citat nicht bloß abgeschrieben haben, stützen es auf falsche chronologische Voraussetzungen: eine Aufführung nach Autopsie kenne ich nicht.]

Nemo (1). VII. 1512?

Handschriften des ersten Nemo kenne ich zwei:

A.

der Münchner Hof- und Staatsbibliothek Cod. Lat. 10751 = Pal. M. 751. Von den Drucken mitunter abweichend.

B.

der Stuttgarter Bibl. Philos. et Theolog. Nr. 11. 4º. Scheint Abschrift des Druckes Nr. 3. zu sein.

1.

VLRICI HVTTENI NEMO.

(Darunter Bild des Nemo in einem Quadrat von etwa 5″ Höhe, 4″ Breite.)

IOANNIS M. HERBIPOLITAE *in perſona* Neminis *Hexaſtichon.*

Frons ꝙ [quod] *læta parum, caput album, ſqualida barba,*
Cur mihi ſit queris, concipe plura breui.
Gens maleſida ſuis, obtrudit crimina nobis
Omnia, ſic damni ſum ferus auctor ego.
Neminis inꝗꝫ caput, ſicuti mala condit Appella
In gallum, peccans cum ſcelus omne ponit.

1 Bogen oder 4 Bll. 4º. ohne Signatur u. Blatt- oder Seitenzahlen.
Rücks. des Titels hat die 7 Distichen: IOCVS DE NEMINE EX ODISSEA | HOMERI. | *Barbarus ille Cyclops &c.*
Die folgenden 5 Seiten enthalten die 48 Distichen des (ersten) Nemo; schließend *Dijs auſpicibus.*
Bl. 4ᵇ. AD FABIVM ZONARIVM | *Criſopolitam ſtudioſiſſ. ado:|leſcentem* | *Ardet et Aonius ſequitur* u. s. w. 4 Distichen und *Expreſſum Erffordie in edibus* | *Stribilite* | [Stribilita = Küchenmeister?] Würzburger Univ.-Bibl.

2.

Joannis Reuchlin Phorcen|sis L. L. iuris doctoris atq3 triū linguarū. hebrai|ce. Grece et Latine viri doctissimi comedia. cui ti|tulus Scenica progymnasmata cum An. Cun. | argumento |
¶ Jocosuz Vlrici Hutteni carmen. quod Nemo i|scribitur. cū nōnullis Antonij Cūnicij Monaste-|riēsis carminib⁹ puerorū institutioni oppido q3 | idoneis |
¶ De comoediarū vtilitate Joānis | Murmel. Rure. Hexastichon. | u. s. w. noch 22 Zeilen auf der Titelseite.)

22 Bl. 4⁰. (A 8 Bll. B 4 Bll. C 6 Bll. D 4 Bll.)

Die Rückseite des Titels beginnt **¶ Antonij Cunnicij Monasteriēsis argu|mētum in hāc Reuchlin comediā |**

Rücks. des letzten B Blatts nach 8 Zeilen: **¶ Jocus de nemine ex odyssea | Homeri.** | Die 7 Distichen; dann folgt nach der Ueberschrift **¶ Vlrici Hutteni Nemo** das erste der 48 Distichen, welche die folgenden 3½ Seiten füllen, schließend **¶ Finis.** Darnach **¶ Eiusdem epigramma ad Fabi|um Zonarium Chrysopo|litam studiosissimum | adolescentem | ¶ Ardet et Aonidas** (u. s. w. 4 Distichen) **¶ Finis** |

Bll. C 11 bis D 3 (7 Bll.) enthalten Gedichte des Tunnicius; am Schlusse **¶ Finis | ¶ Excusum in officina literaria industrij | viri probatiq3 opificis Theodorici | de Borne Anno domini. M. | D. Xiii. Sexto Non. | Apriles. | Cognosce te ipsum : et ne quid nimis |**

Die Vorders. des letzten Bl. ist leer; auf der Rücks. ist ein Holzschnitt, einen Bischof mit dem Krummstab und einen Ordensgeistlichen mit einem befahnten Kreuzstabe darstellend. Wolfenbüttler Bibl.

3.

Vlrici Hutteni Nemo.

(Bild des Nemo in etwa 5″ hohem, 3½″ breitem Quadrat, abweichend von dem in Nr. 1, ohne die dortigen Umgebungen von zerbrochenem Geschirre u. dgl., aber mit den Worten QVIS | FECIT? | NEMO vor der rechten Hand, und den Versen Oīa Nemo potest | Nemo sapit oīa p se : | Nemo mãet semp : | crimine Nemo | caret. | unter dem rechten Ellubogen. Unter dem Bilde:) M. IOANNIS. M. HERBIPOLITAE | in persona Neminis Hexastichon. | Frons q̃ læta parū : caput albū : squalida barba : | Cur mihi sit queris : concipe plura breui. | Die anderen beiden Distichen stehen auf der Rückseite, welche auch die 7 des IOCVS DE NEMINE EX ODYSSEA | HOMERI. | enthält. Die 48 Distichen des Nemo füllen die folgenden 5 Seiten, schließend Diis. auspicibus. Die letzte Seite hat die 4 Distichen AD FABIVM ZONARIVM | Crisopolitã studiosiss. adolesc-|centem. | und darunter: Expressum Vuittenburgii in ædib. L. G. | ANNO. M. D. XVI. | Apud Augustinianos. |

1 Bogen oder 4 Bll. 4⁰. ohne Signatur und Bezifferung. (Der L. G. wird wol Johann Grünberg sein. Vgl. Nr. 4.)

4.

Vlrici Hutteni Nemo.

(Bild des Nemo fast die ganze Quartseite füllend, über dem Kopfe auf einem breiten fliegenden Bande NE MO; das zerbrochene Geräte &c. um ihn her.

1 Bogen oder 4 Bll. 4°. ohne Signatur und Bezifferung. Die Rücks. des Titelbl. enthält das Hexastichon des M. IOANNES. M. HERBIPOLITAE | in persona Nemonis [sic] Hexastichon. | und die 5 ersten der 7 Distichen des IOCVS DE NEMINE. Der Nemo schließt mit Diis auspicibus. auf der vorletzten Seite; die letzte hat das Epigramm AD FABIVM ZONARIVM und schließt EXcussum Vuittenbergi in officina| Ioannis viridimontani. Anno | M, D, XVIII. | Apud Collegium Nouũ. |
(Die Typen dieses grünbergischen Druckes sind kleiner als bei Nr. 3.)

5.

Burckhardi Vit. Hutt. III. p. 39...43.
(Abdruck aus Nr. 2.)

6.

Münch, Hutt. Opp. I. p. 150...152.

Vir bonus. VIII. 1513.

1.

Vlrici Hutteni ex | equestri ordine Adolescentis [sic] Car|men emunctissimum mores homi|num admodum iucunde comple|ctens cui Titulus vir bonus: (die letzten 4 Zeilen sind roth gedruckt.) | Ge: B: Herbip: ad lectorem | Edidit Huttenus lector tibi u. s. w. 4 roth gedruckte Distichen.

$1\frac{1}{2}$ Bogen oder 6 Bll. 4°. Signatur Aii Aiii 22 Zeilen auf der Seite.
Rücks. des Titels: blattgroßes Bild des vir bonus.
Das Gedicht füllt die ff. 7 Seiten. Auch in dessen besondrer Ueberschrift steht wieder Adolefentis Es schließt FINIS Bl. 5ᵇ: ELEGIACVM PETRI SCHOTTI AR-GEN|tinenfis cuius argumẽtum eft: vt more | aliorum artificũ fcholares querant | & pceptores & doctrinas | nobiliores. | 11 Distichen, deren 2 letzte auf der Vorders. des letzten Blattes stehen; darunter Impreffum p Ioannẽ Knappũ Erphordie | Anno virginei partus Tredecimo | fupra fefquimillefimum | Idibus Augufti. | Darunter in einem schwarzen Quadrat das weiße Zeichen ✠K
Ohne das Epigramm und das Elegiacum:

2.

Opp. poetic. Hutt. 1538. 8°. foll. S...S 4ᵃ. *Ex hoc libro in sequentes transiit carmen:*

3.

Delitiæ poetarum Germanorum... Pars III. Collectore A. F. G. G. *[Iano Grutero].* Francof. 1612. 12°. p. 803...807.

4. 5.

[I. C. Fifcher] Opuscula selecta et rariora varii argumenti; olim a Marfchallo.....iam vero...publici iuris denuo facta. Ff. et Lps. 1742. 4°. p. 94...100. Idem liber prodierat Ienæ a. 1738. 4°.

6.

Mohnike, Huttens Jugendleben. 1816. 8°. p. CLXXV...CLXXX.

7.

Münch, Hutt. Opp. I. p. 157...160.

a.

Deutsch in

Münch, Huttens Jugenddichtungen. S. 161...166.

In Pepericorn. Exclamatio. IX. 1514.

1.

In fceleratiſsimam Ioannis Pepericorni vitam Vlrici ab Hutten Equitis Exclamatio.

„Die Originalausgabe ist vermuthlich diejenige, die der folgenden kleinen Seltenheit (6 Bll. 8°.) beigefügt wurde. Dieselbe hat folgenden Titel:
Baptiſati cuiusdam iudaei Ioannis Pepercorni Hallis oppido Magdburgenſis dioecſis : ante arcem divi Mauritii : in Coemeterio iudeorum lento igne aſſati. Et dum ad carnificinam traheretur : ignitis a carnifice forcipicibus in ipſo itinere cruciabiliter (ſed merito) lancinati atque concerpti hiſtoria : cum perpetratorum et confeſſorum ab eo ſcelerum brevi et vera narratione.
VLRICHI DE HVTTEN ſuper eadem re Epistolae et exclamatio heroica."
(So bezeichnet dieses mir bis jetzt trotz alles Suchens unauffindbar gebliebene Stück Panzer, Hutten S. 25.

2.

IN SCELERATISSI-|MAM IOANNIS PEPERICORNI | *uitam*, V*lr. ab* H*ut.* E*q.* E*xclamatio.* | in

Hutteni Opp. poet. 1538. 8°. pagg. Q 3ᵇ...Q 5ᵇ.

Daraus in

3.

Delitiæ poetarum Germanorum. Part. III. p. 795...798. jedoch mit Auslaßung des dort voranstehenden Tetrastichs Ad lectorem.

4.

Münch, Hutt. Opp. II. p. 396...399. (mit jenem Tetrastichon.)

Die Geschichte des Pfefferkorn, aber ohne Huttens Briefe und Gedicht findet sich in

a.

Die geschicht vnnd bekantnuſz des | getaufften Juden, genannt Johannes Pfefferkorn.
(Darunter ein fast blattgroßer Holzschnitt, die Schleifung des Pf. zur Richtstatt darstellend.)
1 Bogen oder 4 Bll. 4°. Rücks. des Titels und das letzte Bl. sind leer.

b.

Die geschicht vnd bekenntnüß des getaufften Juden zu Halle, vor sant Morizen Burgk auff den Judenkirchhoff mit glüenden zangen gerissen, darnach gebraten. (1514) In Quart. 2 Bll.

Auf dem Titelblatt ist ein Holzschnitt, der diesen Juden am Pfahl vorstellt.
Panzer, deutsche Ann. I. p. 367. Nr. 780. cf. Deſſ. Ulr. v. H. S. 25.

c.

Das ist der hoch thu|ren Babel, id est Cōfusio Pa|pe, darinn Doctor Luther gefangen ist. | ... | (Titel in Leisteneinfaßung.) [Von Johannes Rhomanus.]

10 Bogen (oder 40 Bll.) 4°. A bis K sign. s. l. et a. (1521.)

(Bll. Biij bis C enthalten Pf.s Geschichte.)

Panegyricus. X. 1514.

1.

IN LAVDEM REVERENDISSI|MI ALBERTHI ARCHEPISCOPI [sic] | Moguntini Vlrichi de Hutten | Equitis Panegyricus. | (Darunter das Wappen des Erzbischofs Albrecht in quadrierter Einfaßung von Doppelstrichen.)

30 Bll. oder $7\frac{1}{2}$ Bogen 4°. figniert A bis F (C 8 Bll. F 6 Bll.)

Schließt inmitten der vorletzten Seite: Sinceriter citra pompam | zelo uirtutis. | Tubingæ apud Thomam Anshelmum | Badensem. Mense Februario. | Anno M. D. XV.

Bll. 1ᵇ bis Aiiiᵇ die Dedication AD CLARISSIMVM EQVITEM EYTELVOL|fum de Lapide Suenum, u. s. w. |||| Ne me cunctatorem uoces diutius, u. s. w.

Die Seiten des Gedichts haben meist 25 Zeilen.

2.

DESCRIPTIO REDITVS | ILLVSTRIS PRINCIPIS AC | Domini D. Ioachimi II. Marchi=|onis Brandenburgensis &c. | depulsis Turcis | Anno | M. D. XXXII. | Autore Georgio Sabino. | PANEGYRICVS DE ILLVSTRISSI=|MO PRINCIPE AC DOMI=|no D. *Alberto Electore Card.* | *Archiepiscopo Mo=|guntino &c.* | *Autore Vlrico Hutteno.* | (Darunter ein Medaillon mit der Umschrift IOACHIMVS · II · MARCHIO · BRANDENBVRGENSIS.)

30 Bll. oder $7\frac{1}{2}$ Bogen A...H (G 2 Bll.)

Am Ende der vorletzten S. (die letzte ist leer): Vitebergæ apud Georgium | Rhau. Anno | D. M. XXXIII.

Die ersten $2\frac{1}{2}$ Seiten des Bogens C enthalten des Sabinus Bf. an den mainzischen Kanzler Chph Türk; es folgt der Panegyrikus Huttens, schließend wie Nr. 1. Syncæriter &c.

3.

IN LAVDEM REVE=|RENDISSIMI ALBERTI ARCHE=[sic]|*piscopi Moguntini*. *Vlrichi de* Hut. *Eq.* | *Ger. Panegyricus.* |

in Hutteni Opp. poet. 1538. 8°. foll. N...Q 3ᵃ mit Huttens (nicht des Sabinus) Brief. Unter dem Panegyrikus: Synceriter citra pompam, | zelo . rtutis.

4.

[Simonis Schardii] TERTIVS TOMVS | ORATIONVM | AC ELEGIARVM FVNEBRI-|*VM. PROSEQVENS CELEBRATIO-|nem memoriæ, non tantum illustrissimorum Prin=|cipum, qui prioribus Tomis omissi fuère, sed & Co|mitum celebriorum Germaniæ. Varia rerum cùm | ad Genealogias, tum historias Principum Ger-|maniæ spectantium, cognitione, | refertissimus* | (Feier=

abents, Hanens und Rabs Druckerzeichen) || *FRANCOFVRTI AD MOENVM,* | *M. D. LXVII.* | Bll. 83ᵇ...106ᵃ den huttenschen Panegyrikus ohne Huttens und Sabinus' Briefe enthaltend. Am Schluße: Synceriter citra pompam | zelo virtutis.

Ebenso

5.

Delitiæ poetarum Germanorum. Part. III. p. 758...795. (1612.)

6.

Münch, Hutt. Opp. I. p. 272...310. samt Huttens Brief an Eitelwolf v. Stein (ohne den des Sabinus).

a.

Bruchstücke des Panegyrikus sind deutsch übersetzt in L. Schubart, Hutten. Lpz. 1791. oder 1813. 8⁰. S. 227...238.

Epistola Italiæ. XI. 1516.

1.

EPI | STOLA AD | MAXIMILI=|anum Cæſarem | Italię fictitia. | Hulde=| richo | de Hutten equ. Authore. | ,‘, |

Titel in Leisteneinfaßung.

1 Doppelbogen oder 8 Bll. 4⁰. Rücks. des Titels und das letzte Blatt leer. Signatur A bis A v.

Bl. A ii : HVLDERICHVS HVTTENVS | eq. Nicolao Gerbellio.. || Tres nuper dies perdidi u. s. w. Datum: Bononiæ ſecundo Calendas | Auguſt. Anno. M. D. XVI. Die 5 folgenden Bll. enthalten die Epistel der ITALIA MAXIMILIANO | CAESARI. nach dessen letztem Verse steht: τέλος Bononiæ.

(Erfurter Druck?)

2.

QVAE IN HOC LIBELLO NOVA | HABENTVR | Epl'a Italię ad Diuū Maximilianū Cæſ. | Aug. Vlricho Hutteno Equite Germano | Autore | Reſponſio Maximiliani Aug. Helio Eo=|bano Heſſo Autore | Addita ſunt Hutteni de eadē re Epigram|mata aliquot nuꝑ ex vrbe Roma miſſa: | Sūpto ex his temporꝶ motib9 Argumēto | LECTORIBVS | Et quę videtis ante viſa ſunt nuſquam | Et quę legetis ante lecta ſunt nuſquam | Quicūq; perlegetis iſta lectores | Breui libello ſcripta quę damus. paſſim | Legenda vulgò : perdar. & miſere viuam | Si lecta non amabitis : Satis dictum eſt | E. H. |

Titel in hübscher Einfaßung.

16 Bll. 4⁰. (A 6 Bll., B 4, C 6 Bll.) Rückseiten des Titels und des letzten Blattes leer. 25 bis 26 Zeilen auf der vollen Seite.

Auf der Vorders. des letzten Blattes: Matheus Maler Imprimebat Erphurdie | in Doringis Anno. M. D. XVI. | Menſe Nouembri. | und darunter Druckerzeichen Malers.

Die Epistola Italiæ und Eobans Responsoria stehen auch in der

3.

Augsburger Sammlung vom 2. Jan. 1519. 4⁰. (s. unten Nr. XX. f.) Piij^a... S^a.

4.

Hutteni Opp. poetica. Ff. 1538. 8⁰. p. H 7^b... K 2^b.

5.

Delitiae poetar. Germanor. (1612.) III. p. 707...724.

6.

Münch, Hutt. Opp. II. p. 273...292.

*

(Eob. Hessens Responsoria ist in keiner der drei Ausgaben der Operum Helii Eobani Hessi farragines duæ aufgenommen.)



Prognost. ad Leon. X. P. M. * XI. * in annum 1516.

1^a.?

Schwerlich in einem Separatdruck erschienen.

1.

Augsburger Sammlung vom 2. Jan. 1519. 4⁰. (s. unten Nr. XX.) L^b... Lij^b.

2.?

„Es ist auch einer Baseler Ausgabe des Nemo beigedruckt. Am Ende stehen folgende Verse:

Verte rotas fortuna leves, res vertitur in te
Scilicet, et iacta est alea, verte rotas."

So Münch, Hutt. Opp. II. p. 266., der selten eine Notiz richtig abschrieb; wie auch seine Notiz über 2 Augsburger Ausgaben der Epigramme von 1518. und 1519. 4⁰. (in Hutt. Opp. I. p. 164.) falsch ist. Ich vermute, daß Münch statt einer Mainzer Ausg. der Febris eine Baseler des Nemo angeführt hat. s. Nr. 5.

3.

Aula. 17. Sept. 1518. 4⁰. s. unten XVII. 1.

4.

Aula. Aug. Vind. a. 1519. 26. März. 4⁰. (s. unten XVII. 4.) Ffij^b...Ffiij^b.

5.

Febris. Apud auream Moguntiam. s. a. 8⁰. (s. unten XXI. 6.) Bll. 6^b...7^b.

6.

Hutt. Opp. poet. 1538. 8⁰. Bll. Dij Diij.

7.

Delitiæ poetar. Germanor. 1612. 16⁰. III. p. 662. 663.

8.

Münch, Hutt. Opp. II. p. 267. 268.

a.

Deutsch in
Schubart, Hutten S. 222...226.

Phalarismus. XII. 1517.

A.

Dialogus Huldrici Hutteni | Equitis aureati.

Hdschr. der Klosterbibl. Einsiedeln, Kanton Schwyz. 6 Bll. 4°. Die Hand ist der huttenschen in vielen Buchstaben ähnlich, im ganzen minder fest und gleichförmig; am Rande aber stehen einzelne Correcturen, welche von Huttens Hand zu sein scheinen.

B.

Ein von Hutten selbst durchgesehenes und corrigiertes Exemplar des Nr. 5 zu bezeichnenden Druckes besitzt die Züricher Stadtbibliothek. Die Unterschrift des Drucks hat der Vf. durchstrichen und dafür gesetzt Vlrichi Hutteni Pha |wieder durchstrichen| Equ: Germ: Phalarismus Dial: Viele Correcturen sind nur nicht nachahmungswürdige Umänderungen der Kommata in Puncte und kleiner in große Buchstaben.

1.

PHALARISMVS | DIALOGVS HVT|TENICVS. |

Darunter ein schöner Holzschnitt, die Ermordung Hansens von Hutten durch den Herzog Ulrich im Böblinger Walde vorstellend. (Der Holzschnitt ist derselbe wie der in der sog. Steckelberger Samlung, aber ohne Umschriften an den 4 Seiten.) 6 Bll. 4°.

Vorderseite des letzten Bl. schließt: FINIS PHALARISMI HVTTENI=|CI cum Priuilegio. Menfe Martio AN. M. D. XVII. |

Rückseite des 6. Bl.: Huttens Brustbild, darunter mit weißausgesparten Buchstaben im schwarzen Felde: · VLRICHVS · DE HVTTEN · EQ · GERMA ·

Dieser Druck ist in Panzer (Hutten in lit. Hinf.) nicht angeführt, wol aber

2.

PHALA|RISMVS DIA|LOGVS | HVT|TENICVS. | IACTA EST ALEA |

Titel in zierlicher Leisteneinfaßung (nicht den Holzschnitt wie Nr. 1 enthaltend). Uebrigens mit Nr. 1, einige typographische Abweichungen abgerechnet, ganz übereinstimmend; der Schluß ist hier so gesetzt:

FINIS PHALARISMI HVTTENICI | Cum Priuilegio. Menfe Martio AN. M. D. XVII. | und über Huttens Brustbild steht: Exoriare aliquis nostris ex offibus ultor.

3.

Phalarismus | Dialogus Huttenicus. |

4 Bll. 4°. Druck in gothischer Schrift.

Schluß der letzten Seite: **Finis Phalarismi Huttenici cum Priuilegio. | Mense Martio. Anno. M. D. Xvij.**

4.

PHALA|RISMVS DIALO|GVS HVTTE|NICVS. |

9 Bll. 8⁰.

Das Gespräch beginnt auf der Rückseite des Titels und schließt auf der des 9. Bl. so: Exoriare aliquis nostris ex ossibus ultor. | FINIS PHALARIS|MI HVTTENICI. | IACTA EST ALEA.

5.

Aula. Paris. 1519. 4⁰. s. unten Nr. XVII. 5. und oben B.

6.

Phalarismus Dia|LOGVS HVT|TENICVS. | ✠ | IACTA EST ALEA. |

Darunter ein zierl. Holzschn., der h. Lucas an der Staffelei, worauf das Bild der Jungfrau mit dem Kinde, der Ochse zu des Evangelisten Füßen.

10 Bll. 8⁰.

Rückseite des Titelbl.: VLRICHI DE HVTTEN | Equitis Germani Phalarismus | Dialogus. | Interloquutores. CHARON, MER|CVRIVS &c.

Schluß Vorderseite des 10. Blattes: PHALARISMI | HVTTENICI | FINIS. | ✠ | ANNO. M D. XIX. | Darunter Vignette: eine ihren auf der Straße liegenden Mann peitschende Frau.

7.

s. g. Steckelberger Sammlung. Sept. 1519. 4⁰. s. unten Nr. XXIIII.

8.

Meuschen. Coburgi. a. 1735. 4⁰. p. 68 ... 77. (s. unten Nr. 69.)

9.

Münch, Hutt. Opp. II. p. 196 ... 212.

Deutsch:

a.

Hie nach volget ein scharffes künstlichs gedicht võ einẽ Tyrannẽ | vnd etzlichẽ grausamen, vnmenschlichẽ geschichtẽ, Erstlich | durch den Ernuestẽ vñ hochberümptẽ hern Vlrichẽ | võ Hutten gekrõntẽ Poeten vñ Orator jm la|tein seer zirlich beschribẽ, darnach durch | andere, jn dz teutzsch, wie sich das | hat schickẽ wöllẽ, bracht, Einẽ | jeden lustig vnnd nütz-|lich zu lesenn. |

Darunter der Holzschnitt, die Ermordung Hansens von Hutten, wie Nr. 1.

8 Bll. 4⁰.

Et recites veterum tristia fata ducum,
Aut sua cum tensis modulere poemata nervis,
Excultum facili pumice pergit opus;
Est tibi cum facili fluidissima vena lepore,

I. Indicis bibliogr. n⁰. I.

[1] *In I. est* uates? *et sic in seqq. sæpius? pro ! aut , vel :* [6] Iuuenis [7] terram. [8] tuis. [9] laurum. [11] Eego mater: [14] tui. [15] Et non vulgares partus: & numina laudet: [16] Que 17. sqq. Cf. Tacit. dial. 10. [18] prælia [22] Cf. Propert. IIII. 1, 8. [23] nœna

Manat ab ingenio copia viva tuo:
Quicquid aves scriptis venturos scire nepotes,
Hoc potes ornatis excoluisse modis.
Quæ natura dedit, studiosæ conseris arti,
Nec maculant versus barbara verba tuos.
Talis erat Phrygios qui condidit urbe penates,
Et male Sarmatica Naso sepultus humo,
Cuius et ornavit Nemesis laudata libellos,
Quique dedit varium Bilbilitanus opus.
Talis adhuc iuvenis cum sis primisque sub annis,
Ventura est facto gloria quanta viro.
Vive memor nostri, qui te delegimus unum,
Sitque comes scriptis semper Apollo tuis.

EOBANI

GRATIARVM ACTIO EXTEMPORALIS.

Ergo vale longum superis, Huttene, secundis,
Catholicus menti spiret Apollo tuæ.
Pergis abhinc, tua te expectat Francfordia vatem:
Dimidium nostri te fugiente fugit:
Aemule Nasoni, viridi signande corona,
Et titulo multis nobiliore, Vale!

Post inscriptionem in ipsa prima libri (Indicis n. I.) *pagina leguntur hi Croti Rubiani* (Iohannis Iæger, Dornheimensis), *tum nondum his nominibus appellati, versus:*

Ioannes Dornheim Venatorius
Ad Lectorem
Pallas erat quondam multis venerabilis oris
Quoq; ſtetit tantum non locus vnus erat
Inclyta Cæcropiis precio pollebat Athenis
Ac Rhodon incoluit Phœbe comose tuam
Vrbis Alexandri veneranda palacia ciues
Pro Sophia doctas conſtituere domos
Tempore nunc etiam non eſt Ingloria noſtro
Et tenet innumeros Diua diſerta locos
Thurignæ gentis caput eſt Erphordia teſtis
Quæ valeat veteres æquiparare Scholas
Hæc nitidis lector canitur tibi verſibus Heſſi
Qui puer eſt annis Carminis arte ſenex

Eobanus cum Lipsiæ mense Iunio a. 1514. Heroidas Christianas ederet, iam paullo maiora de Hutteno suo, puto ad Querelarum II. eleg. 10. '*Ad poetas Ger-*

[26] exoluiſſe I. (*reieci* exsolvisse) [29] *i. e. Vergilius* [30] *Ovidius.* [31] *Tibullus.* [32] *Martialis.* [34] Venturo I. [15] GRACIARVM I.

manos' respiciens, in elegia qua Posteritati se commendat, cecinit distichis 71 ... 73. his:

Quos tulerit nostro Germania tempore vates,
    Ex multis aliquot dicere forte rogas:
Quisquis es, Hutteni, lector, percurre libellos,
    Quemque suo reddit nomine, quemque loco.
Inspice, Posteritas, Hutteni carmina vatis,
    Hunc recto poteris dicere iure tuum,

FRANCOFVRTI AD VIADR. — II. — A. 1506.

DE HVTTENI BACCALAVREATV

cum adhuc qui vitam eius scripserunt I. C. Beemannum ubi potèrant testem non adcitaverint, primum ex huius libro cui inscribitur Notitia universitatis Francofurtanæ et qui prodiit Ff. ad Viadr. a. 1707. fol. non nullos locos exhibebimus, deinde aliorum a Burckhardo iam prolata testimonia addemus. Beemannus itaque dicti libri cap. VI. quod professores universitatis recenset, p. 67. hæc:

IV. SERIES PROFESSORVM PHILOSOPHIÆ.

De Facultate Philosophica adhuc semel repetendum, quod de Professoribus priorum Facultatum annotatum fuit, difficilem esse Professorum primi temporis et Doctorum eoque Magistrorum Facultatis distinctionem. Id tamen constat, Primum Professorem in hac Facultate pariter ac Universitate fuisse Publicum Vigilantium, Axungiæ & Arbillæ cognomine alias quoque notum, ipso statim initio A. MDVI. Professorem Eloquentiæ constitutum . . . Cæterum primum Decanum Facultatis indicantibus Actis Facultatis, et ex his Caminæo in Orat. Secnlari legimus fuisse ex Natione Marchica Iohannem Lindholtz, illum postea quoque Iuris Doctorem creatum, & sextum Universitatis Rectorem, Pastorem quoque Civitatis post obitum Molitoris, qui et durante Decanatus Officio celebrem istum Ulr. Huttenum Equitem Francum Baccalaureum & Wolfg. Redorferum Canonicum Furstenwaldensem & I. Pontificii Doctorem Magistrum creavit. Secundus fuit M. Petrus Meier ex Natione Franconica S. Th. Baccalaureus, *rell.*

tum cap. VII. quo 'Vitæ Professorum Francofurtanorum' describuntur, p. 235. sq.:

IOHANNES LINDHOLZ.

. . . De Parentibus eius nihil certi; At Patriam fuisse Monachobergam, Lipsiæque primo variis Scriptis inclaruisse, ac postea huc se contulisse constat. Quibus circumtanstiis primum Facultatis suæ Decanatum obtinuerit, verbis Actorum Facultatis hic subiiciendum duximus, quæ talia sunt: *Anno Domini Millesimo, Quingentesimo sexto die vigesima tertia Mensis Aprilis ante Universitatis Intronisationem facta Convocatione omnium Magistrorum dicte Universitatis apud Reverendissimum Dominum, Dominum Theodericum de Bulo Lubucensis Ecclesie Presulem ac eiusdem Universitatis Conservatorem dignissimum*

---

4 roges *ed.* 1539. 20 Publicum] *sic editum est.*

& Conradum Wimpinam de Buchen Sacre Theologie Professorem Achademie quoque antedicte Principem ac Primum Rectorem bene meritum ceterosque Dominos, quorum mandato ac Commissione sub salute Conscientie dicte Universitatis Magistri ad Domum Fratrum Calendarum pro Primi Decani Electione profecti habito mature Consilio ac deliberatione pro tali Electione Canonice ac rite elegerunt Magistrum Ioannem Lindholz de Moncheberg, Utriusque Iuris Baccalaureum: Quem sic electum ac Canonice promulgatum maxima solennitate dictis Dominis in presentia plusquam ducentorum Suppositorum in Curia Domini Gratiosi astantium confirmandum presentarunt: Cui ut tunc confirmato condeputati sunt viginti ex quatuor Nationibus pro Consilio Facultatis Magistri . . . . . . At Lindholzius durante hoc officio suo XIII. Baccalaureos, inter quos Ulricus ab Hutten quartum locum obtinuit, et XII. Magistros creavit, inter quos primo loco stetit Wolffgangus Redorffer Canonicus Furstenwaldensis et Viatici Lulucensis Auctor . . . . Postea I. U. Licentiatus, ac mox Doctor creatus, eoque titulo sextum Universitatis Rectoratum a Die Galli A. MDIX. ad D. Georgi A. MDX. sustinuit, denato quoque Matthæo Molitore Pastor Ecclesiæ S. Mariæ constitutus: Locum tamen in Facultate Philosophica retinuit, inter Examinatores Candidatorum Magisterii adhuc A. XXXIV. collocatus, & A. MDXXXV. circa Festum Pentecostes obiit . . . . . .

Hæc a recentioribus omnibus prætermissa sufficiunt ad corrigenda tum quæ de Hutteno gradum academicum accipiente dubitationes ab aliis prolatæ sunt, tum quæ alii de magisterii honore ab Hutteno suscepto tradiderunt, ut Melch. Adamus Vit. ICtor. p. 14. ed. Haidelberg. 1620. 8., testimonio usus Hermanni Kirchneri, cui alios etiam Burckhardus in Vit. Hutt. III. p. 22. sq. addidit hoc modo:

Huttenum . . . primo a fundata Academia Francofurtana anno primum in Philosophia dignitatis gradum accepisse, complures litteris prodiderunt. (Prodidit id præter alios M. Gnolphg. Iustus [*Jobst*], Francophordianus, in Descriptione omnium Academiar. Ff. ad Viadr. a. 1554. 8⁰. H 4ᵇ. . . . . Cyriacus Spangenbergius etiam (*Adelspiegel* II. p. 140ᵇ. [cf. p. 46. sq.] adfirmat, doctrina excellentissimum Huttenum a. 1506. Francofurti a. V. primum in Philosophia gradum accepisse, quum annos tantum habuerit XVIII. Alterutrum secutus videtur Herm. Kirchnerus; utpote qui in Oratione, quam de Illustrissimæ Familiæ Ducibus et Principibus, de Comitibus, Baronibus, Nobilibus, in Academiis, superioribus sæculis, Magistris ac Doctoribus promotis, Marpurgi a. 1606. habuit p. m. 91. Vol. II. Orat. adseverat, Ulr. Huttenum inter eos, qui omnium primi primum promotionis Actum in recente Academia Francofurtensi celebrarint, honorem Magisterii suscepisse, Equitemque postea auratum factum, lauream poeticam a Maximiliano Imp. impetrasse. Error itaque est in Tab. CLXVII. Geneal. Op. Humbracht: ubi Huttenus XVI. ætatis suæ anno Magistri Philosoph. insignibus decoratus dicitur. Nam si anno 1488. natus est,

---

[4] *Calender- s. Calands-Brüder.* [6] In inscriptione Interpretationis in Summam naturalium domini Alberti magni, quæ in fol. impressa est per „Conradum Baumgarthen de Rotenberga. Francophordie cis Oderā. Anno . . . Millesimo quingentesimoctauo. quarto ydus Aprilis etc." (cf. Panzeri Annal. VII. 55. 7.) nomen est 'Magistri Ioannis Lyntholcz de Moncheberck'. [8] Suppositi sive Supposita dicebantur scholares sive studiosi in potestate certi alicuius ordinis, Facultatis vocabant, constituti. Sæpenumero etiam Epistolæ obsc. vir. mentionem eorum faciunt.

ut est, sequitur, ut sexto insequentis sæculi anno XVIII habuerit annos. Coloniæ eum prius, quam Francofurtum abierit, gradum Phil. accepisse, nusquam saltem legi".

Huttenum inter alumnos scholæ Francofurtanæ fuisse ipsi huic urbi universitatique litterarum vel poetæ sequentis temporis laudi adscribunt, ut Sabinus et Schofserus ubi de fonte incrustante, *Steinbrunnen* vocant, quasi de quadam hippocrena verba faciunt.

Elegiarum itaque lib. III. el. 13. „ad ill. principem Ioachimum II. Marchionem Brandenburgensem de instaurato gymnasio Francofordiano", inter mira de situ oppidi prædicat

GEORGIVS SABINVS.

Nec liquidi desunt fontes qui murmure rauco
Per iuga frondenti consita vite fluunt.
Actus ab umbrosa per acernos valle canales
Fons ruit ac dulces eiaculatur aquas:
Inde quod erumpens pulchre fluat unda, vocavit
Callirrhoe fontem nomine Nympha suo.
Nec minus hausta sacros hæc efficit unda poetas
Quam vel Gorgonei fons celebratus equi:
Hanc Eobanus aquam bibit Hessus, et acer eodem
Dicitur Huttenus fonte levasse sitim.
Fontibus adde lacus . . . . . .

(Totam elegiam repetiit etiam Beckmannus in Kurtze Beschr. Der Alten Löbl. Stat Ff. a. d. O. 1706. fol. p. 26. sq.)

CHRISTIANVS SCHOSSERVS [IOANNIS F.]

In Xyloen Francofurtanum
quem vulgo fontem poetarum nominant.

Fons, Claria recinende lyra mihi carmine, salve,
Unde ferunt patrem sæpe bibisse meum:
Tu Musis es grata quies et vatibus aura,
Nectare quos recreas quosque sapore foves.
Sæpius hic Celtes viridique Huttenus in umbra
Insignem plectro personuere lyram.
Haslobium taceam qui victus munere somni
Te prope procubuit, te relevante sitim?
Tu leni dulces inducis murmure somnos
Et præbes studiis otia grata meis.
O utinam nunquam te, fons fœcunde, carerem,
O utinam doctis sæpe rigerer aquis.
Sis felix, Xyloe, semper Musisque sacratus,
Ut Clarios foveas erudiasque viros.

(Ex Beckmann. l. c. p. 32. sq.)

---

32 Gorgonici *Beckm.* 10 otio *Becm.*

LIPSIÆ. | **III.** | SEMESTRI HIBERN. A. 1507.

[HVTTENI NOMEN ALBO VNIVERSITATIS LIPSIENSIS INSCRIPTVM.]

Matricula s. Album litterarum universitatis Lipsiensis inter eorum nomina qui per semestre hibernum s. brumale anni MDVII. inscripti (intitulati s. immatriculati) sunt, cum rectoris munere fungeretur Ludowicus Sartoris Gorlitzensis iug. art. M. th. B. form. [cf. *Abhandlungen d. k. sächs. Gesellsch. d. W'ften.* vol. III. *Lpz.* 1857. 8°. max. pag. 594], continet hæc:

Domīꝰ Johañes Eſticampianus ꝓfeſſor Rethorice artis et poeta laureatꝰ x gr.

> **[Primum inter eos qui 'de natione Miſnenſium' erant, hæc inscriptio locum optinet.]**

Vlricus Huttenꝰ de buchen̄ x gr.

> **[Tricensimus is est ex LIX studiosis qui tum 'de nacione Bauarorum' inscripti sunt.]**

Summam decem grossorum non nisi a ditioribus nobilioribusve pro inmatriculatione eo tempore solvi solitam fuisse docent commentarii citt. p. 577.

? | **IIII.** | A. 1508?

VLRICVS HVTTENVS
HERMANNO TREBELIO NOTIANO
POETAE *LAVREATO.*

Accipe ab Hutteno blandam, Notiane, salutem
    Deque peregrinis carmina missa locis.
Tu, fati melioris, agis fœlicius ævum,
    In promptu est studiis vita quieta tuis.
Dat tibi conspicuos agilis Fortuna paratus,
    Sumis adornatos absque labore cibos.
Tu Veneris dotes lascivaque gaudia carpis:
    Nam fovet amplexos fœmina pulchra tuos.
Dumque ego quærendis cogor spem ponere rebus,
    Utere fortunæ commoditate tuæ.
Nos incertus amor multo discrimine turbat;
    Tu capis in proprio gaudia plena thoro.

IIII. Ind. bibliogr. n°. III^A.

[19] Poetę L. III^A. De Trebelio infra sæpius dicendum erit. Cf. p. 16. [22] foelitius [24] fortuna [25] adoratos [27] fauet

Mæsta peregrinas adeunt mea carmina terras;
Tu facis in patriis carmina blanda locis.
Adde quod impastus servilia carmina canto·
Tu saturo placidos excipis ore modos.
I, superos donis et grata voce saluta;
Cui nent fatales fila secunda deæ.

GRYPHISWALDI. | V. | ÆSTATE A. 1509.

V.

[HVTTENI NOMEN ALBO VNIVERSITATIS GRYPHISWALDENSIS INSCRIPTVM.]

„Heinrich Bukow, Professor des Rechts, der vom May bis zum October des Jahrs funfzehnhundert und neun das Rectorat [der Greifswalder Universität] verwaltete[1], schrieb den wandernden Dichter unter die Zahl der studirenden Jünglinge ein, umsonst, weil er aller Habe beraubt war, vielleicht auch aus Rucksicht auf seinen Dichterruf[2]; von den im Sommerhalbenjahr Eingezeichneten ist Ulrich von Hutten der vierte vom Ende[3]."

[1]) „Der Anfangstag des Sommerhalbenjahrs war der 3te May (dies inventionis crucis) und des Winterhalbenjahrs der 18te October (dies S. Lucæ)."

[2]) „Die Worte der Inscription sind: *Ulricus Huttenus poeta clericus Herbipolensis gratis intitulatus quia spoliatus omnibus bonis* (Bl. 113. b). Ein grosser Fingerzeig steht am Rande. Bei *spoliatus* ist übrigens an keine wirkliche Beraubung zu denken. Ueber das Wort *clericus* sehe man Seite L." [wo Mohnike meint, Hutten habe sich in seiner drangsalvollen Lage, um desto eher sich Unterstützung zu verschaffen, hier und dort für einen Geistlichen ausgegeben]; „vielleicht ist es aber nicht mit Herbipolensis zu verbinden, und letzteres soll nur die Diöcese bedeuten, in welcher *Hutten* geboren war, wiewohl man in diesem Falle wohl den gewöhnlichen Beisatz: *dioec.* erwarten sollte. Uebrigens wird *Hutten* auch auf dem Titel der Englischen Uebers. der Schrift *de Guai. Med. et Morb. Gall.: that great clerke of Almayne* genannt. . . ." [*Clericos* etiam scholares, sive laici sive sacris initiati fuissent, pariter ut Anglice *clerks* dici solitos fuisse, miror Straussium quoque I. p. 21. fugisse. Kosegartenus nomen clerici recte interpretatus est. De iis qui Huttenum sacris in monasterio Fuldensi initiatum fuisse mentiti sunt, ipse videndus est in *Endtſchüldigung Wyder etlicher vnwarhafftiges außgeben* cap. '*Wie jn die Curtiſanen vnd yre anhänger gern ſchelten wöllen*'.]

[3]) „*Heinrich Bukow* hat niemahls, wie fast alle andere Rectoren gethan haben, den Tag der Inscription beigefügt. Weil *Hutten* der vierte vom Ende ist, so fiel seine Ankunft wohl in die Mitte der letzten Hälfte des genannten Rectorats."

[V. *Mohnike* (Indic. bibliogr. nº. 77.) p. cxiv. sq. Cf. *Kosegarten, Gesch. der Univers. Gfswald.* 1857. 4º. I. p. 165.

13 Meſta 16 excipis] *i. e. sponte tibi obveniunt.*

ROSTOCHII. VI. 15. IVLI 1510.

AD SEDECIMVIROS GYMNASII ROSTOCHIENSIS VLRICI HVTTENI EPISTOLA

CVM TETRASTICHIS IN SINGVLOS.

Nihil a me scribi hac tempestate, nihil pene dici debet, viri ornatissimi,
sine vestri honoris præfatione. Cum enim hieme præterita in spoliatorem
Lossium incidissem, nudusque ad vos diverterem, et honorifice sum susce-
§.2. ptus, et habitus liberaliter. Scripsi itaque iis diebus, quos apud vos humanas
litteras professus sum, Elegias quasdam ad diversos de fortuna mea; quas
ubi in ordinem congesseram atque edendas putavi, vobis nuncupare volui.
Quid enim meo carmini amplius, quid honorificum magis accidere posset,
§.3. quam tantorum virorum præscriptio? Atque eo magis solatio hoc mihi esse
debet, quo ea res æmulum meum, qui perpetuo quodam odio in me iuravit,
inflammabit, magisque ac magis ad invidendum excitabit. Ego mehercule
nullam maioris ultionem facio quam eam qua inimicos nostros conscientia
§.4. malorum suorum pungi macerarique insultantes ferimus. Accipite ergo hos
Querelarum libros (sic enim inscribere visum est) atque ita accipite, ut si
ingenium non omnino probetis, causam saltem meam, quæ omnium vestro
§.5. iudicio optima iampridem censa est, defendatis. Adiunxi Tetrasticha quæ-
dam in singulos, exiguum pro tanta vestra benevolentia munus, ut scilicet
intelligeret spoliator meus et si quis item nasutus accesserit, tam me bonos
laudare quam vituperare malos. Valete et Huttenum vestrum legite atque
tuemini. Ex officina mea litteraria Rostochii Idibus Iulii.

TETRASTICHON

[1] AD GERHARDVM PHRILLVM Theol. doct.

Quicquid inest Musis, quicquid dedit Attica Pallas,
Quodque putes Clarias psallere posse fides,
Naturas rerum et magnorum archana deorum,
Cuncta simul docta mente Pherillus habet.

VI. 1 . . . 3 = Indicis n⁰. IIII.

[5] paene *2. 3.* [7] De Lossiis (*Lötz*, *Lotze*), Wedego, burgimagistro et filio eius Henningo, iuris doctore et professore, Gryphiswaldensibus satis constat ex Mohnikii libro (p. cxv. sqq. et 358 . . . 362), quocum cf. *Kosegarten, Gesch. der Univ. Gfsw.* 1857. 4⁰. I. p. 165. sq. 168. [9] literas *3.* [11] mag *1.* mage *2.* [12] ſolatii *3.* [13] Emulum *1.* [19] inditio *1.* [19] Tetraſtica *3.* [21] etsi quis *2.* [25] Phrill.] = *Frilden*, *Vrilden*, *Vrelle*, *Wrylden*, a. 1495. rector Gryphiswaldensis, moritur inter a. 1517. et 1520. Cf. *Mohnike* p. 362. [26] Quidquid *2. 3. et sic statim post.* [28] arcana *2. 3.*

[2] AD NICOLAVM LEONEM Decret. doct.

Vasta tibi mens est, et nomina magna Leonis:
Credendum est homines vivere posse feras.
Nec mirum est, quia te vulgus 'Leo docte' salutat,
Exuperas homines, vincit ut ille feras.

[3] AD IOANNEM BARCHMAN Legum doct.

Quantus es et quantæ dignus me iudice laudis,
Das ipse ex facie tu documenta tua:
Sæpe etenim ex gestu firmæ constantia mentis
Visa est: hæc gravitas te docet esse gravem.

[4] AD IBERVM GROT Decr. doct.

Turba senum memor est et Rostochiana iuventus,
Qua sit iudicium laude fideque tuum:
Rector Palladiæ fueras præsesque palæstræ,
Nec quisquam est isto pressus ab imperio.

[5] AD PETRVM BOEGEN Decr. doct.

Cum leges, cum iura scias, cum, Petre, tot artes,
Summaque canonici sit tibi cura fori,
Cum tibi divitiæ, cum sint sine crimine mores,
Miror in iis cur nil mente superbus agas.

[6] AD ENRICVM MVLERT Iuriscon.

Ut caperes Latiæ cultumque decusque Minervæ,
Post patriæ studium Gallica regna petis:
Nemo est callidior, nemo est te doctior unu,
Seu quid in hoc doceas munere, seu quid agas.

---

[1] Leonem] == *Löwe* s. *Lowe* s. *Louwe*, Stettinensis, a.1482. studiosus Rostochiensis, a. 1493...1503. iuris professor Gryphiswaldensis, tum sæpe rector Rostochiensis usque ad a. 1536. Cf. *Mohnike* p. 363...365. *Kosegarten Gesch. der Univ. Greifsw.* 1857. 4°. I. p. 139. sq. 145. 150. 159. 168. [5] Exsuperas *2. 3.* [6] *Berchmann* s. *Bergmann*, Rostochiensis, Latine Ioannes Montanus, iuris prof. Rostoch. ab a. 1489. usque post a. 1514. *Mohnike* p. 365. sq. [8] Ipse das *1.* sed in *MSS. emendd. ab 2 et a me adhibitis* Das ipse *habetur.* [9] Sepe *1.* [11] *Grot*, sub cuius rectoratu Huttenus Rostochium venerat. Post a. 1513. nullam viri mentionem exquirere potuit *Mohnike* (p. cxxiii. 366). [13] inditium *1.* [14] paleſtrae: *1. 3.* [16] *Pet. Boyge* s. *Bogen*, Dithmarsensis, professor, iudex loci ordinarius et pastor in æde S. Iacobi Rostochiensi; a. 1542. rector univ. Rostoch. vita functus est. *Mohnike* p. 366. sq. [21] *Henr. Mulert* s. *Mulerth*, Suollis Frisiæ occid. natus Rostochio relicto Stettini Bogusiao X. a consiliis factus, deinde exeunte a. 1513. Gryphiswaldum ad legendum in utroque iure vocatus ibique a. 1514. 1516. 1520. rector factus est; mortuus a. 1520. Cf. *Mohnike* p. 367. sq. *Kosegarten* p. 168. sq.

[7] AD BERTHOLDVM MOLLER Theol.

Da veniam, lector, si quid laudare necesse est:
Molitor ingenio, Molitor arte valet;
Atque adeo est illi doctæ facundia linguæ,
Ut credas hominem ducere posse deos.

[8] AD ENRICVM CRVSELMAN Ph.

Tu quoque, Rostochiæ non infima fama palæstræ,
Huc ades in nostrum, docte magister, opus:
Te iuvat in placido Sophiæ fervescere ludo:
Diversa est aliis, hæc tibi vita placet.

[9] AD IOACHIMVM NIGEMAN Ph.

Ex merito conflatus amor spesque excita lucro
Sæpe aliquem laudes fecit inire novas:
Non igitur quia multa mihi, Ioachime, dedisti,
Accipis has laudes, sed quia vir bonus es.

[10] EBERHARDO DICMAN Ph.

Vir bonus est instoque nitens Eberhardus honore;
Vir bonus est, nec se indicat ille tamen.
Hunc probat in læto facilis clementia vultu:
Mirum est posse graves vivere læta senes.

[11] AD ECBERTHVM HARLEM hospitem Ph.

Ut queat Ecberthus castis incumbere Musis,
Virgineum nunquam polluit ille decus.
Huic probitas vera est, huic contulit omnia virtus,
Nec negat Aonias pagina sacra deas.

[12] AD HENRICVM HOLTZMAN Ph.

Sis melior Sophiæ interpres meliorve sacerdos
Dum dubito, nondum est res bene nota mihi.

---

[1] Moller] = *Möller* s. *Müller*, Hamburgensis, Rostochii per annos 1505.. 1530. theologiam docuit, ubi rector fuit cum moreretur. *Mohnike* p. 368. [6] Henricum Kr. *3.* Crusemannus a. 1510. rector Rostochiensis fuit. nomen eius in scholarum indice ab a. 1520. non memorari adnotavit *Mohnike* p. 368. sq. [7] paleftræ *1. 3.* [10] hec *1.* [11] De hoc Nigemanno nisi quod Vismariensis familiæ fuit, nihil investigavit *Mohnike* p. 369. [13] Sepe *1.* foecit *1.* [16] Dikmannus Rostochii primum philos. prof., a. 1478. licentiatus iuris canonici, a. 1516. 1526. rector universitatis. *Mohnike* p. 369. sq. [18] fe fe *1. sed alterum* se *inductum est in MSS. 2.* [19] loeto *1.* [21] Echertum *3.* Ecbertus de Harlem („vir doctus et probus“ Epp. obsc. virr. II. 24.) Hollandus, facultatis artium collegiatus et a. 1517. rector univ. Rostoch., de Hutteno optime meritus. Nomen eius in actis Rostochiensibus post a. 1539. non legi memorat *Mohnike* p. 371. [22] Echertus *3.* [26] Holzman *3.* De hoc viro nihil nisi quod ex ipsius Hutteni libro discitur, novimus.

Si quid amicitiæ mecum congesseris istuc,
Non equidem maior, sed mage notus eris.

[13] AD IOANNEM LOBERINGK.

Maximus orator, causarum maximus actor,
Et quicquid Sophiæ est, hoc Loberingus habet:
Seu poscas carmen seu quicquam lege solutum,
Omnia facundo perficit ille stilo.

[14] IOANNI SONNEPERGK Franco.

Adde decus nostris, Francorum terra, triumphis,
Adde virum Musis ingenioque bonum.
Ille fovet sacros, ille ambit honore poetas:
Non mirum est vatem vatis amore trahi.

[15] AD IODOCVM STAGHEN Ph.

Pone odium Lossii, pone omnes, Musa, dolores:
Vir tibi laudandus lingua animoque venit:
Huic quoniam virtus, quoniam facundia præsto est,
Rite docere deus, rite loquique dedit.

[16] IACOBO TREMPEN Th.

Pro te agitant homines cum Musis bella puellæ:
Forma homines, Musas permovet ingenium.
Iuncta venustati membrorum gratia mentis
Quantum homines, tantum ducit amore deos.

* AD EGREGIVM VIRVM
CHILIANVM REVTERVM
V. IVRIS DOCTOREM ET MVSARVM STVDIOSISS.
V. HVTTENVS.

Pignus amicitiæ tecum, Chiliane, futuræ
Mittitur a nobis Lossius iste tibi.

---

[1] amiciciae *1.* [3] Etiam Loberingius ex hoc solo Hutteniano carmine nobis notus est. [5] quidquid *2. 3.* [6] quidquam *2. 3.* [7] ſtylo *3.* [8] Sonnep.] „alias helyorgo“ *adscr. est ad marg. MS. 2. Ioa. Sunnenberch*, Sonnenbergensis Herbipolitanus, Coloniæ promotus, a. 1504...1515. præses regentiæ unicornis Rostochii, a. 1516. Gryphiswaldiam petiit, ubi decanus facultatis artium factus eodem anno peste correptus exspiravit. *Kosegarten* p. 169. sq. cf. *Mohnike* p. 371. sqq. [13] Stagen *3.* Iustus Stagen, Schauenburgensis, Rostochii philos. prof. cum Ecberto Harlemensi regentiæ portæ cœli præpositus fuit; rectoratum gessit a. 1520. et 1526. paullo post mortuus est. *Mohnike* p. 373. sq. [16] preſto *1.* [18] De Alberto Trempen, theologiæ magistro, qui a. 1510. regentiæ *Adlersburg* dictæ præfuit, Huttenum h. l. dicere coniectavit *Mohnike* p. 374. [27] Amicicię *MS.*

*) *Hanc inscriptionem cum epigrammate ad Kilianum Reuterum I. V. D. ipsa*

Qui tibi si placuit, hostem placuisse putabo:
Nemo magis durus quam fuit ille mihi.

Hutteni manus scripsit in Querelarum archetypum exemplum (cf. Indic. bibl. n. IV. 1:*), quod Londinenses in Museo Britannico adservant. Kilianus Reuter, Franco, Vitebergæ hieme a.* 1505. *in album academiæ sic inscriptus est „Kilianus Reuter de Mellerstat arcium magister Coloniensis", (Förstemann lib. mox laud. p.* 18.*) ibidemque mortuus est exeunte a.* 1516. *sive ineunte a.* 1517. *In Albo acad. Vitebergensis ex autogr. edito a C. E. Foerstemanno (Lips.* 1841. 4⁰.*) p.* 63. *legimus:* „Sub Magnifico Magistratu ven. v. Ioannis Deltzsch Feltkirchen*sis* ... anno etc. sexto decimo in festo Lucæ electi .... Item duo Doctores per non contagiosas egritudines eodem tempore mortui, quorum alter vtriusque Iuris doctor nomine Kilianus Reuterus frangke, Alius vero medicinarum ordinarius Ioannes Schwab nomine", (et p. 49. ibid. Iohannes Swab filius Capitanei in Leuchtenbergk Dioc. Numburgen."), qui anno 1514. inde a 3. Maii per semestre tempus rectoratum academiæ Vitebergensis gesserat, ut relatum est eiusd. Albi p. 50. Eiusdem puto Reuteri, „pie defuncti doctoris Reuther", memoriam conservat Lutheri ad Spalatinum ep. d. 3. Apr. 1517. data, quam novissime repetiit *de Wette* (*Luthers Briefe* I. p. 53). Reuteri carmen extat in hoc libro: **Georgij Sibuti Daripini | Poete et oratoris laurea-|ti : Siluula in Albiorim il|lustratam. |** Constat 28 foliis in 4⁰., in fine supra typographi arma duobus scutulis depicta legitur: **Impressum Lipcz per Baccalaureum | Martinū lantzberg Herbipolitanū: |** Qui liber cum infrequentissimus sit, illud æstate anni MDVI. compositum carmen Reuteri repetisse iuvabit:

¶ Panegiricū Chiliani equitis in recom|mendationē Georgij Sibuti poete lau-| reati : qui primus suis carminibus Albio|rim illustrauit.

Calliope ad principē.|

Pascua rura lacus siluas et florea tempe
Que colit Albioris docte poeta cane
Antra feras hortos uberrima germina succo
Insita que sterili cortice prole tument
Gramina purpurei spaciosaqꝫ iugera campi
Lilia verna rosas vmbriferūqꝫ nemus
Qd' bibit irriguū (dū se diffuderit) Albim
Arida qui bifido gurgite rura lauant
Is fugit eoo Phebi radiantis ab antro*
Et caput occidijs labile condit aquis
Templaqꝫ marmoreis studio celata colossis
Que decus eximiū laudis et artis habent
Organa disparibusqꝫ melos resonantia cannis
Carmine que alterno pectora fessa leuant
Indigetum vultus picta sub imagine viuūt
Viuis et in sculpto robore nate dei
Zeusis eat cubitum calamus dormitet Apellis
Nec tua praxiteles hoc opus arma terent
Ista tibi cecinit diuina Minerua Sibuti
Dum premit Albigenas pestis amara lues
Cui sacer inflexa precinxit tempora lauro
Maximilianus habens regia sceptra manu
Albiorim primus dignatus ludere versu

*) antro l.

Est illud nostri studiosi, est illud amici,
Ut, me quod contra sæviat, illud ames?
Tu tamen hunc studiosus ama: quis credere possit,
Quis placet Huttenus, omnibus ille placet?

EX WITTEMBVRGO. | VII. | 31. DEC. 1510.

VII.

IOANNI ET ALEXANDRO DE OSTHEN
EX EQVESTRI FAMILIA ADOLESCENTIBVS STVDIOSISSIMIS
SALVTEM D.
VLRICVS HVTTENVS.

Ego nunquam in vobis, optimi iuvenes, neque generis antiquitatem ad- §. 1.
miratus sum, qua estis satis præstantes, neque divicias, quibus estis florentissimi; sed, quod rarissime in nostro ordine contingit, in bonas artes studium incredibile, et ingenia ad hoc supra modum acria. Quod cum mihi §. 2.
iampridem in vobis perspectum esset, et ego iucundissima vestra consuetudine istuc invitarer, volui aliquo interea vos honore prosequi, quoad liceret vobis per vosipsos claris fieri. quod ego proculdubio futurum censeo: nam vos profecto ex hoc albo estis, id est eorum numero qui sibi famam et decus nominis apud posteritatem comparare possunt. Unde eos longe sua §. 3.
fallet opinio, qui vos contemptui habent propterea quod me meique similes studiosissime sectamini: dum enim se ad altiora, ut ipsi aiunt, studia conferunt, ea negligunt sine quibus esse studiosi minime possunt. Sed venentur illi per mare, piscentur per aerem, volent sine pennis, vos, ut decretum est, iis litteris operam date, sine quibus nihil percipi potest, ut tandem, in iure civili et pontificio (eo namque tenditis) edocti, vobis emolumento et

---

VII. 1 = Indicis bibl. nº. V. 1. 2 = Burckhard. I. p. 74. sq. 3 = Wagenseil. nº. III. p. 59. sq. 4 = Hutt. Münch. I. p. 83.

Menia : templa : nemus : pascua : rura : lacus
Sarmata te Scythiciqȝ canēt garamūt⁹ et ind⁹
Ad tua templa ferent : annua vota preces
Ergo decent meritum largissima munera vatē
Qui canit heroo carmina docta pede

Extat etiam eiusdem Reuteri comœdia, quam non vidi, tamen a Goedekio (*Grundr. der Gesch. d. D. Dicht. p.* 133.) parum recte sic indicari puto: Chilianus, eques Millerstatinus, comœdia Dorothee passionem depingens. Liptzk. Wolfg. Monacens. 1507. 14 *bll.* 4º.

[3] ama. (quis credere poſſ[*it*]) *MS.* [4] Cũis *MS.*

[6] Ad Ioannem et Alexandrum ....., adolescentes studiosissimos Epistola. *4.* [7] Ex queſtri *1.* [11] divitias *2. sqq.* [12] contigit *3. 4.* [13] quum *2. 3. 4.* [21] studiosi esse *3. 4.* [24] nanqȝ *1.*

§. 4. patriæ atque amicis honori esse possitis. Hoc autem carmen scholasticum, raptim, ut volebatis, a me compositum, eo animo accipite, quo ego illud offero, et muneris parvitatem donantis benevolentia rependite. neque per ætatem erubui hæc ad vos scribere: estis namque tam novi lectores quam
§. 5. ego poeta. Valete et Trebelium Notianum vestrum optimum praeceptorem amate, meque vel diligite. Ex Wittemburgo pridie Kalendas Ianuarii Novo ineunte anno post millesimum et quingentesimum undecimo.

In ipso titulo q. v. principis Artis versificatoriæ exempli [cf. Ind. bibliogr. n. V. 1.] præmittitur sequens dodecastichon:

PHILIPPVS ENGELBRECHTVS

HVTTENI CONIVRATVS AD LECTOREM.

Nobilis Eoo petitur smaragdus ab orbe,
Et magno exiguus venditur ære lapis;
Exilis Phario reperitur in æquore gemma,
4 Et precium modico corpore grande facit:

---

[1] patriȩ *1.* honore *3. 4.* [3] paruitate, *1.* hec *4.* [5] Trebellium *4.* Hermannum Trebelium s. Trebellium Notianum [i. e. *Surwint* = *Süderwind, Südwind,* secundum Mohnikium *Sausewind,*] Isennacensem, qui Querelas Hutteni carmine suo præmisso lectoribus commendavit, Huttenus Querel. II. el. 10. v. 31. suum Osthenorumque præceptorem in univ. Viadrina fuisse ostendit. De quo I. I. Maderus (Scriptor. insignium &c. Helmst. 1660. 4º. num. LXXIX.) „Hermannus Trebelius, natione Thuringus, patria Isenachensis, ius civile in Francophordiana universitate publico stipendio docens et enarrans, ICtus omnium celeberrimus, nec non Rhetor luculentissimus atque poeta laureatus. Scripsit et edidit plura carmine ac soluta oratione, e quibus subiecta duntaxat vidi: Epigrammatum et carminum libb. II. [cf. Ind. bibliogr. nº. III A.] Encomium heroicum D. Annæ. lib. I. *Maxima Divorum genetrix venerabilis Anna.* Pyram Marchiticam de perfidia Iudæorum *Berlini* crematorum, lib. I. Tumultuaria et varia ad diversos. Claret adhuc Francophordiano in Gymnasio, continuo nova cudens, quibus nomen suum posteris memorandum relinquit. An. 1514." Inter alia quæ mihi ad manus sunt Trebelii scripta memoro a Madero novissimo loco indicatum libellum 8 foliorum in 4º., inscriptum **Hermāni Trebelij Notiani | Poetae Laureati ad Diuum Joachimum Sacri | Romani Imperij Principē Electorē ꝛ Marchio|nem Brandenburgensē ꝛc' Et alios Heroas Car|mina Francophordie nup tumultuanter deducta.** | 1508. | In fine legitur: **❡ Transcriptum typis Francophordi | Oderae per me Joannem Jamer** | . 1509. | In his carminibus unum **Ad reuerendiss. Theodorum de Bulou Pontificē Lubusianū Gymnasij Francophordiani Cancellarium dignissimū**", alterum „**Eitelwolpho de lapide ꝛ genere ꝛ doctrina claro Equitumqꝫ splendidissimo**" dicatum legitur. Non nulla alia de Trebelio disputat *Mohnike* p. 374 . . . 377. [6] Wittenburgo *3. 4,*

[10] Philippus Engelbrecht, a patria Engentinus cognominatus, in Albo academiæ Wittebergensis sub eodem cum Martino Luthero rectoratu, Nicolai Viridimontani [*Grünberg*], qui a die S. Lucæ a. 1508. usque ad d. Philippi et Iacobi a. 1509. scholasticam præfecturam gessit, ita inscriptus est „Philippus engelbrecht de enghe". Cf. *Förstemann.* Alb. acad. Viteberg. p. 28. Infra idem poeta non incelebris et inter Friburgenses doctor, Zasii amicus, sæpius nobis occurret. [13] ere *4.* [14] equore *1.*

Sic liber Hutteni, fulvo pretiosior auro,
Archetypis laudem vendicat iste novis,
Qui tibi dat brevibus tornatos edere versus
Et struere ad dulcem carmina docta chelym.
Quare age fac habeas operoso hunc Marte libellum
Inque sinus condas interiora tui.
Nam si magna licet parvis componere rebus,
Non minor Attalicis est liber hic opibus.

Diis auspicibus.

[FVLDÆ] | 3. FEBR. 1511.

VIII.

EPISTOLA CROTI RVBIANI AD V. HVTTENVM.

S. P. D. Plura quæris in epistola, respondebo per ordinem. Primo §. 1. *scire vis quo in te animo sim, qualis sim amicitiæ cultor. clarior esse tibi debet amor meus quam vel de me dubites: crescit cum ætate mecum fides, constantia, integritas, observantia erga bonos, erga malos contemptus: amari te antea; iam vero auxi amicitiam charitate, veneratione religioneque sinceræ mentis, et Huttenum meum sane habeo inter fidos amicos loco primo aut certe proximo. Concessit hoc mihi natura parens, ut favoris et benevolentiæ principes in me dotes esse cognoscam, quas in hunc usque diem tali integritate expressi, ut neminem pœnituerit usum se fuisse mea familiaritate. Amicos non habuisse semper inhonestum putavi; cessisse vero benevolentia et charitate, et turpe et indecorum duxi. Deinde quamvis me natura facilem clementemque effinxerit, volui tamen in amicitia paranda parcus existere, in parata vero et promptus et constans. Inde est* §. 2 *(nam per hoc ad alteram partem epistolæ tuæ venio), ut, postquam in hanc solitudinem secesserim, ad veteres Phagos Gelidosque monteis, nihil omiserim quod ad rem tuam pertinere arbitrarer: volui vox mea tibi deserviret et amicitia nostra tibi esset propugnaculo. Sæpe cum patre, sæpe*

VIII. 1 = Monumm. piet. [Indicis bibliogr. n°. 65.] II. p. 3...7. 2 = Wagenseil. Hutt. Opp. [Ind. n°. 71.] p. 51...56. 3 = Mohnike [Ind. n°. 77.] p. CLVI... CLXII. cf. p. XLII. not. **** 4 = Münch. H. Opp. [Ind. n°. 78.] I. p. 100...105.

[4] chelim *1*.

[2] CROTVS RVBIANVS AD VLRICHVM HVTTENVM. *2*. EP. CR. RVBIANI AD VLR. H. *3*. Robiani *1*. [17] voluit *2*. [20] Phagos *i. e. Buchoniam.* Gelidos montes *i. e. Höhenberg,* saltus Thuringici.

*cum nigricantibus consodalibus honorifice de te sum loquutus; frequenter ad-
didi stimulum, frequenter preces. Incidit aliquando sermo, ut vestem velle mu-*
§. 3. *tasse credidisses aut incussisse minas male audientibus. Scripsi eadem ad te
binis verbosissimis literis, imo commentariis: unas commisi patri anno supe-
riore, cum nesciremus plane, quibus oris terrarum iactarere, nisi quod quo-
dam rumore monebamur te vivere in urbe Brunonis spoliatum; alteras tradidi
nuper mense decembri Ioanni Aquilio (ita voco profugum adôlescentem e fa-
milia Weigerorum): scivi eodem tempore sub quo cælo versarere, doctus
primo a Madora, adolescente cum bello tum bene instituto, deinde lectione tui
Lossii dono mihi missi a Mutiano illo polyhistore. In eo commentario diligen-
ter perscripsi quæ hoc anno de re tua didici. sed quia neutras recepisti,
vellem occidione occidisse: non enim omnes scire debent quæ tibi amico*
§. 4. *communico. Aquilius apud Francorum vadum sedet: discessit eo consilio,
ut te bonas artes audiret præcipientem: spes vagum fefellit nuncio for-
tuito. repete ab errabundo literas errabundas. Ego interim cantabo tibi*
§. 5. *eandem cantilenam; sed summa sequar. Pater tuus Ulisseo ingenio præ-
ditus callidior est quam ut plene intelligatur. quoties mecum loquutus est,
frequenter autem loquutus est, semper ridicule de te interrogavit, damna-
vit et te studiumque tuum voce adeo contemptibili, ut vix habereris unius
assis: mira audires, si liceret extra epistolam exspatiari: ille vero quam-
quam ludit sordidata tua existimatione, nihilominus tamen laude tua mi-
rum in modum pascitur, quam nunquam satis audit; cætera occulit vir
prudens, animum titillantem ex tuis præconiis non occulit: manifestat illud
crebra de te repetitio. porro cæteris canentibus receptui novum ipse exorditur
postliminio: quæ res mihi certo indicio fuit aliter de te dicere, aliter sen-*
§. 6. *tire. propterea omnia de te pleno ore commemoro: ridet ille, vilipendit:
hem habeo te, callide! scio quid sentis: satisfacis tuo circumspecto ser-*

---

[1] nigric. consodalibus] veteris abbatiæ Fuldanæ, e qua Huttenus olim effugerat, incolis Benedictinis qui nigris vestibus utuntur. [2] ut vestem velle mutasse, credidisses, aut incussisse minas male audientibus. *1. 2. 4. Locus male sanus neque sic emendandus est, ut 3 dedit:* sermo, te incussisse minas male audientibus, ut vestem velle mutasse creditus esses". *Sensum hunc esse puto:* Incidit aliquando sermo, ut, metu minarum male audientibus incussarum commotus, vestis mutationem pati velle non nunquam visus esses, postea vero deposito illo metu investiri recusasses. *Nonnihil excidisse videtur. Sed de Hutteno puero non mirarer si legeretur* ut vestem *[qua scholares Benedictini utebantur]* ense mutasse credidisses atque incussisse &c. *nam pariter ad ensem atque ad calamum Hutteni dextera semper parata fuit.* [6] urbe Brun.] *Brunsvici.* [10] Lossii *i. e. Querelarum contra Lossios libri.* [10] Muliano *1.* [13] *Francofurti ad Viadrum.* [14] Spes vagum fefellit. Nuncio fortuito repete *1. 2. et similiter 3. 4.* [16] Ulysseo *3.* [18] ridiculo *1.* [20] Illeû q̃q̃ ludit [*sive* dicit *mihi* multis] *scriptum fuisse sumpsi.* Illo (Ille *2. 3. 4.*) quemque vicit (vincit 2. *3. 4.*) sord. tua existimatione. Nihilominus *edd.* [25] indicio *1. 2.* [27] *Locum* „Hem ..... vix extollere." *ita his lineolis* „ " *distinxit 3.*

mone detonsis patribus, iureiurando affirmas gnatum tuum per te reversurum in cucullum, non audiente renuncias paternum animum: sic sedantur calvi: tu interim remotiora, hoc est nova moliris et gnatum vis extollere. Hæc vera sunt, Ulrice Huttene: vult carere genitor tuus omni suspicione, quod mehercle facit; ita exuit omnem sui suspicionem, ut monachi credant nihil ipsum æque exspectare ac tuum reditum. non omnino falluntur, quia hæc molitur; mens tamen, ut audisti, subest alia, si propositum consilium male successerit. Anno superiori ad poculum serotinum mihi et §. 7. *duobus reliquis assessoribus (nam cæteri abierant) se totum sine nube aperuit: tria verba dixit tibi memoranda: diis in fidem vocatis iuravit sese centum florenis nomismatum velle mercari priusquam mœnia Vuldana exiret equo, ne tot annos hoc in monasterio hic contrivisses. deinde cœpit de religione, sibi videri, ait, verisimile, ne unquam bonus cœnobita evaderes. tertio memoravit aliquem esse in Italia vestræ familiæ causis forensibus mirabiliter nobilitatum; si redires applicaresque te iurisprudentiæ, omissis tuis nugis, memorato causidico se velle te mittere: melius in foro fieres rabula forensis, profuturus genti Huttorum, quam monachus perversus, male auditurus patribus præsidibus. Hæc tunc. quod iam vero* §. 8. *aliter scribat, mandet, clamet, vociferetur, non mirum: causam recensui. Ergo illis duabus meis epistolis deperditis diligenter tibi suadebam reditum, non ad consortium Gallorum (nam quicquid eiusmodi est, nihil dico), sed quod introspiceres consilium paternum secretius. Monui eodem, si tibi suspecta foret pax patris, consederes apud fidos amicos et propinquos, unde hortareris hominem te adesse, quicquid vellet mandaret; deinde displicente tibi conditione, posse tibi patere totum mundum. Nunc idem videtur opti-* §. 9. *mum factum, ad quod te hortor, moneo, invito: crede mihi tuis rebus sollicito, non te capiet pœnitudo; sin autem imprudens nostrum consilium videtur, fac quod libet, scribito quod Pomponium Lætum ad patriam revocatum a Roma rescripsisse solitum accepimus, siquidem non probans suorum voluntatem sic respondit „POMPONIVS LÆTVS PROPINQVIS ET AMICIS SALVTEM. Quod petitis, fieri non potest. Valete“: vox mehercle a magno animo profecta, tibi iuveni similis studii non spernenda. De mona-* §. 10. *chis autem quod memorem, supervacaneum puto, præsertim quando habeas binas literas me interprete exaratas. unum illud teneto, omnes te*

[4] genito *3.* [11] centum filiios n. *1.* centum filios n. *2. 3. 4.* filios *defendi posse putat mate sanus 4. Germanice Huttenus pater dixerit* „Ich wollt, bei Gott, eh' ich wieder aus Fuld ausreite, 100 Gulden Geld drum geben, daß der Ulrich nicht so manch Jahr hier in diesem Kloster zugebracht hätte.“ [11] mercari prius, quam *2. 3. 4.* [11] Fuldana *3.* [12] cepit *1. 2. 3.* [17] Huttenorum *3. 4.* [*sed nomen modo Hut, modo Hutten proferebatur.*] [19] mandat *1.* [21] Gallorum, *i. e. sacerdotum matris deorum spadonum.* [22] eisdem *3. 4.* (*pro* eodem) [32] spernanda de *1.*

amant, omnes tibi plurimum tribuunt, omnes in te magnam spem ponunt, præcipue archimandritæ, quorum clementiam tibi pro numine colendam contendit pater, quoties nares subducit et cutem non relinquit suo loco.
§. 11. *Quod vero nihil æris tradiderint Zonario, quem quidam non satis perite Cinxium nominavit, debes tu suspicari: verentur circumspecti patres, ne illudantur; aiunt, ubi tu fidem servaveris, optime de tuo studio literarum*
§. 12. *velle consulere. Profitebar me de monachis decrevisse supersedere; non parui: propositum vicit verbositas mihi tecum peculiariter communis. ergo igitur cesso causamque totam Zonarii interpretationi relinquo. paro statim*
§. 13. *transitum ad aliam quæstionem. Est mihi ut volo: quæris tu his verbis, conveniens est iisdem respondeam, quo satisfiat verbo Catonis 'Par pari refero'; vel tu quoque fac simile. sed transeat iocus, palam loquar: est mihi ut volo: nam volo illud quod fortuna, sive aliquod fatum est, offert: secunda et adversa discrimino, illa a diis peto, ista quantum possum providentia vito; quicquid vero parum feliciter evenit, quia facta infecta fieri nequeunt, iuxta prospera pono, et fortunæ ostendo medium digitum, ut nuper in gravi casu, quo vita atque fatalis hora iuxta erant. audi a Zo-*
§. 14. *nario fortunas hominum. Cæterum si de tota serie mei status fieri vis certior, pande aures et summa duntaxat intromitte. nolui malam messem facere et beneficio mereri gratitudinem, quamobrem discessi ab illustribus discipulis impetrata dimissione nolente volente patre et redii ad Erphurdium in consortium hominum similitudine studiorum parium: quod genus vivendi ego arctissimum societate iucundissimum pro cuiusque ætate duco,*
§. 15. *et Marcus putat. Verum cum ibi omnia discordiarum plena, discedente plebe a patribus cottidieque nova moliente, non tutum videbatur versari inter enses atque pro calamo ferrum tractare, proinde semestri spatio cœpi cogitare quo consilio subriperem me turbulentissima Charibde, præsertim*
§. 16. *iam se inclinante collegio hominum literatorum. Ita mecum cogitanti redduntur literæ a Vuldanis; advolo media hyeme; advenienti proponuntur conditiones multæ; displicuerunt omnes: ergo rediissem in Duringiam, nisi*

---

[4] Ad Fabium Zonarium Chrysopolitam *(Gürtler von Ingolstadt)* epigramma post Hutteni priorem Neminem legitur. Vide p. 27. [4] quidem *1. 2.* [5] Verendum *1. 2.* [6] amet *1. 2.* (*pro* aiunt) [8] mihi t. p. communis *i. e. mihi in litteris ad te dandis maxime consueta.* [9] *i. e. totam causam Zonarius tibi interpretetur.* [11] iisdem. Respondeam, *1.* eisdem respondeam, *3.* eisdem. Respondeam, *2. 4.* [20] ingratitudinem *3. 4.* *sed gratitudinem Crotus pro sola gratiarum dictione posuerit.* [21] immissione *1.* [21] patre Fredii ad Euphundium *1.* patre Fredii ad Erphurdium *2.* patre, et redii ad Erphordium *3.* patre redii ad Erphurdium *4.* [23] ego *omis. 3.* [24] *Locus* et Marcus &c. *fortasse corruptus nec a me satis sanus factus est.* Et Marcus putat. Imus in in ibi *1.* putat. Vidimus inibi *2. 3. 4.* Marcus] *puto Cic. in Lælio.* [25] quotidieque *2. 3. 4.* moliente. Non ..... tractare. Proinde s. s. *1. 2. 3. 4.* [26] cepi *1. 2.* [27] e turb. *3.* ex turb. *4.* [27] Charybde *3.* [29] Fuldanis *3.* [29] hieme *3.*

Eromius Apollo Petrus Schambergius et cæteri invitum precibus detinuissent; tantopere displicuit ludus scholasticus, quem nolebant separare a
prælectione monachorum, prout ipse enixe cupiebam. Victus itaque orando §. 17.
mansi præses gemini ludi, pro mercede a Kirchbergio quem totum habeo aureos v̄, vestitum aulicum a iuuenibus, florenos XIIII cum reliquis corollariis, non numeratis quisquiliis superstitibus, a grege scholastico.
Vale et quæ ab amico sincero alias castigatius scribuntur, sine arbitris §. 18.
lege: scis quem morem in scribendo tecum habeam, apud alios utor aliqua diligentia, tecum duntáxat verbis. Vale.

III. Nonas Februarii. An. M.D.XI.

ERPHVRDII. — VIIII. — 5. OCT. 1511.

[PETREIVS APERBACHVS]

IOACHIMO VADIANO

RHAPSODO VAFRI INGENII ET POETÆ PRÆSTANTISSIMO TANQVAM FRATRI.

VIENNÆ.

Heus Vadiane, Petreius salutat te tuus. Iam binis meis literis nihil respondes: an te cotidianæ lectiones et discipulorum turba, an subans Lesbia venereis ample-

---

VIIII. Ex MS. S. Gall.*)

[1] ἐρώμενος *3.* Malim *Bromius*, nisi forte Petrus Schambergius aut a patria sua Eromii, aut a versibus quos monachus Fuldensis facere consueverit, Eremii Apollinis nomen gessit. et *cum 3. addidi.* [4] quem totum habeo *verba valde suspecta: „der ganz mein Freund ist“* vertit *3. fortasse* quantitatem habeo aureor. *legendum est.* habeo aureorum, veſtiti aulici à Juribus flo. XIIII. cum rel. coroll., non num. q. s. à gr. sch. *1.* habeo aureorum, vestitus aulici, a Iuribus flo. XIIII. c. r. c., n. n. q. s. a gr. sch. *2.* habeo, aureorum, vestitus aulici a pluribus, flo. XIIII cum r. coroll. non numeratis, q. s., a gr. sch. *3.* habeo aureorum, vestitus aulici, a Juribus flo. XIIII. c. r. c., n. n. q. s. a gr. sch. *4. Scriptum fuisse videtur* a Kirchbergio quantitatem habeo aureor. ū [*sive* aureor. VIII *t. e. octo*], vestit: aulic: a iuuēibus *[i. e. noviciis]*, flo. XIIII. *etc.* [10] Nonis *1. 2. 4.*

*) Ex apographo exemplaris in bibl. S. Gall. adservati, mecum a Straussio communicato, a D. Henne scripto. In eodem Vadianarum epistolarum volumine Sangallensi leguntur aliæ P. Aperbachi ad Vadianum epistolæ hæ: 1) Vindobonæ 6. Non. Maii MDX. scripta, qua Petreius in amicitiam Vadiano sese commendat (I. p. 6.), 2) Holomuzæ XVIII. kalendas Germanicas [*sic*] anno MDX. „Vadiano, magistro in Flauiana academia literas humaniores docenti amico carissimo“ scripta (I. p. 7.), 3) Olomuz. III. Eid. Sep. MDX. „Ioachimo Vadiano mgro doctiss. et perinde famigeratiss. amico selecto. Zu Wienn auff dem alten Fleischmarckt.“ de Arbogastis morte data. (I. p. 8.) Deinde sequitur supra repetita epistola quæ scripta est postquam cum Hutteno Aperbachus in Vadiani contubernio habitaverat. (Opisthographum est Epigramma de intempestiva morte Thomæ Wolphi iuvenis eruditissimi.)

xilus irretitum moratur? forte quod neminem habes cui tuas ad me des, nihil scribis. hoc lubentius crediderim; gravatissime enim inducor, ut de meis sinistri quidpiam suspicer; debemus enim quos semel in amicorum album recepimus, maximopere laborare, ne eorum nomina umquam inducantur. Sed iam rogo quid isthic agitur? qui valet Cuspinianus, qui Marius, qui Conlimitius nostri? Arbitror bene valere et quoniam ita spero et dis boni curæ sunt; rogo tamen significes mihi cum hoc abs quo has accepisti, quando domuitionem capesset: homo est propter canos, sacerdotium, presbyteri nomen venerabilis: addo Cuspiniani necessitudinem. eius salutandi caussa isthuc proficiscitur. comitare hominem, ut si forte diu non visus amicus Cuspiniano viro amplissimo memoria exciderit, tuo ductu meaque commendatione acceptabilior veniat. Mutianus meus et Spalatinus et Huttenus si huius nuncii copiam habuissent, salutassent sui amantissimum Vadianum, ut quoniam amicorum anima una esset, corpora tantum diversa, salutare te meis verbis insserunt, ea tamen conditione ut, nisi resalutes, apostata dicaris, in ærarios referare. Spero meam Hilariam Ausoniam visurum. Da operam ut mea isthic rite peragantur, vel fidem vel diligentiam in rebus tuis a me nunquam sperabis. Vale. Erphurdii. Raptim IIIJ. non. Octob. ann. XJ. Aperbachus tuus.

VIENNÆ PANNONIÆ. **X.** 12. IAN. 1512.

IOACHIMVS VADIANVS
DOCTISSIMO MATHEMATICÆ ET PHILOSOPHIÆ CVLTORI
GEORGIO TANNSTETTER COLLIMITIO
STVDII VIENNENSIS VICECANCELLARIO
S. D.

Venit superioribus mensibus ad me Mariumque et Aperbacchum illum eruditum, dum ageremus contubernio, Vlricus Huttenus poeta tam, ut ipse quidem videre

X. Indic. bibliogr. n⁰. VI. et XX. I. A.

7 sacerdotum *apogr.* 13 animam unam esse: *apogr.* 13 meam ... vis.] me ad hilaria Aufoniã vifurum *apogr.* Cf. Auson. Parental. 6. „ ... more virum medicis artibus experiens."

19 HELVETVS POE|TA ET ORATOR LAVREATVS *add. B.* 20 DOCT .... CVLTORI om. *B.* 21 TANNSTETTER *om. B.* Georgius Taustetter Collimitius *(von Rain)* AA. LL. M. et Med. D., physicus et mathematicus aulæ Cæs., academiæ Vindob. astronom. prof. 22 Mathematico & | Medico Salutem Dicit plur. *B.* 24 Marium] Puto de Augustino Mario loqui Vadianum, quem m. Maio a. 1529. e Friburgo Wirciburgum commigrantem, 'concionatorem ibi præstiturum' Stibaro commendat Erasmus (Epp. L. B. col. 1190. num. 1049.) et Conrado episcopo Herbipolensi etiam commendaverat (Burscheri Spicileg. XVIII. Autographorum. Lps. 1793. 4⁰. p. IV.), qui magnis laudibus hominem extollit in ep. d. 9. Mai. a. 1530. ad Erasmum data (Burscher. l. c.); tum ipse Erasmus ad Marium scripsit (Erasmi Epp. L. B. col. 1291. n. 1110.). Memoratur idem Augustinus Marius, 'quondam ecclesiastes Basileæ' ab eod. Erasmo ep. ad Cholerum (col. 1426. n. 1210.) a. 1531. data. Ex Seckendorffio (Hist. Luth. II. p. 171. 198. 203. ed. 1692.) didici eundem Marium inter compositores Confutationis Augustanæ confessionis et pro fratre Campegii habitum fuisse. In epistolis Aperbachi Vadianique de eodem hoc Mario sæpius scribitur. Cf. supra num VIIII. 24 Aperbacch.] Petreius Eberbach Erfurtensis. Cf. supra num. VIIII. 24 Apobachũ *B.* Apobachum *3.* 25 Vlrichus *B. 3. 4. 5.*

videor, ingenii fœcunditate nobilis, quam maiorum claritudine ac insigni prosapia
famigeratus; qui ea fere ratione nos et accessit, et a nobis acceptus est, qua con-
stantiæ et fortitudinis exemplar Ulyxes ille, dum 'terris iactatus et alto Vi superum'
post ingentem illam Alcinoi Phæacum regis humanitatem patriam petens ad eos
venit, quibuscum pristinæ quietis sibi voluptas accessit. Cum enim vel prima nocte §. 2.
qua lares nostros ingressus est, petentibus nobis ordine narrasset, quam peregri-
natio sua experiendi gratia instituta ærumnis referta fuerit, quamque in Germanico
etiam oceano quod attigit, Scyllæam rabiem expertus ad proxima littora in Cyclo-
pum manus inciderit, quos primum (mirum) amicos habuisse aiebat, dein vero ur-
gente fato cum iter alio instituisset, furore correptos præter vitam omnia sibi
eripuisse, quam et ipsam petitam esse cicatrices quas nobis, dum iretur cubitum,
ostendit, satis attestantur. deinde quemadmodum circum ea loca a Calypso quadam §. 3.
exceptus, fotus et curatus summa cum diligentia fuerit. rursus vero, Mercurio suo §. 4.
ita instigante, per saltuosa Bohemiæ pannosus et naufragio squallens in Moraviam
illam fertilitate Corcyræ fere parem ut casu venerit, ibique ad Stanislaum Tursonem
episcopum Olomucensem, studiosorum et Musas colentium Alcinoum liberalissimum,
deductus fuerit, non quidem a Nausicaa, quæ illic nulla erat, sed ab Echeneo heroe,
hoc est Augustino Moravo, qui summa eruditione et prudentia vir Hutteno appulso,
cum ingenium novit, ex officio est patrocinatus, quemadmodum Echeneus apud Ho-
merum in Odiss. 7. Ulyssem peregrinum in Alcinoi auro gemmisque lucescentem
aulam induxit, minime passus ad focum eum in cinere ultimum sedere. cui episcopo §. 5.
quam grata fuerit Hutteni præsentia, certum faciebant et alacris sonipes, quem ei
dono dedit, et largum admodum viaticum, quo ad nos usque pervenit; tum annulus
ex auro et insigni gemma, ab Augustino præposito donatus, quem summa utrins-
que laude et commendatione crebro digito girabat. Cum, inquam, hæc et alia me- §. 6.
moria versaret, manum in sinum inserens carmen deprompsit, solutis inscriptum
schedulis, et Censete, inquit, viri boni, quo in loco habenda sit ea opera, quam
diebus proximis, nondum plane mihi ob itineris ærumnas constans, in invictissimi
Cæsaris nostri memoriam ex rebus a se institutis insumpsi. Quod cum vellicatim §. 7.
carperemus (erant enim, ut Sibyllina olim, folia dispersa), placuit omnibus inven-
tum, dataque est illico opera eius exscribendi et libelli formula compingendi: quem §. 8.
nuper, dum in patriam abiit Marius, rursum visum deprehendi visusque est rele-
genti mihi luce et multorum lectione dignus; et subinde apud Hieronymum nostrum

---

[2] ratione, & accessit nos, & acceptus a nobis est, *B. 3. 4. 5.* [3] Ulysses *B. 3. 4.* [3] quum (*pro* dum) *4. 5.* Vergil. Aen. *1. 3. sq.* [4] peteret *4. 5.* ad nos *B. 3. 4.* [5] quietis voluptas sibi accessit. *B. 3. 4.* Quum *3. 4. 5. et sic semper.* [7] erumnis *B.* [8] quem *4. 5.* Scillęam *B.* Cyclopum, *vult Lossiorum.* [9] deinde *B. 3. 4. 5.* [11] eripuisse sibi *B. 3. 4.* [12] Dein *A.* [12] circa *B. 3. 4. 5.* quodam *3. 4. 5.* *Ecbertum Harlemum de quo vide supra p.* 12, *h. l. significare potest etiam* Calypso quaedam. [13] Rursum *B. 3. 4. 5.* [14] Boemiæ *B. 3. 4. 5.* [14] squalens *4. 5.* [15] Corcyre *A.* [15] Tursonem *non habet A.* Stanislaus I. quadragensimus secundus episcopus Olomucensis, sub quo postea Paulus Speratus reformatorum doctrinam in Moraviam sparsit, † a. 1540. [16] Alcynoum *B.* [18] *De canonico Olomucensi Augustino plura quæ dicam, non habeo.* adpulso, vt animum novit, *B. 3. 4. 5.* [20] in Odyssea Vlyssem *B. 3. 4. 5.* [22] quem illi *B. 3. 4.* [24] Proposito *A.* [25] gyrabat. *3. 4. 5.* [26] deprōsit *A.* [27] &, censete *3.* [27] inquiens *B. 3. 4. 5.* quo loco *B. 3. 4.* [28] nōdū | plane mihi *om. B. 3. 4. 5. pessime.* [28] erumnas *B.* [30] Sybillina *B.* [31] & (*pro* est) *3.* [31] excribendi *B.* [32] abit *B. 3.* [32] rursus *3. 4. 5.*

ac Singrenium chalcographos eius invulgandi opera suscepta. qui typis suis exactis-
§. 9. simis rei litterariæ his annis non nihil visi sunt profuisse. qui et hunc credo libel-
lum emunctissimum edent, tuo vero nomine insignitum. Georgi vicecancellarie, qui
et Huttenum nostrum, dum aderat, multa humanitate et singulari benevolentia, ut
§. 10. decebat, prosequebaris. et divi Maximiliani Augusti victrices aquilas animumque in-
victum et in eruditos omnes incredibilem benignitatem decantari et, ut merito fit,
commendari gratissimum tibi semper fuerit, quemadmodum est et mihi et cæteris
§. 11. bonis, qui iustam causam externo favori anteponunt. Vale et in animo cogita quid
Germanis de Hutteno sperare liceat, qui hæc et alia nondum vicesimum egressus
annum meditetur. Viennæ Pannoniæ pridie Eidus Ianuarias. Anno M.D.XII.

[VINDOBONÆ.] [1.] A. 1512.

IOANNES ABHAVSER.

Sæcula per doctos quondam coluisse Poetas
Pulchrum erat, ut legeret fortia facta nepos.
Scilicet hoc tellus Graium Latiumque superbum
Discitur, et clarus carmine durat honos.
Quid ni fata velent rebus his affore testes,
Quis bello vel quis pace verendus ades?
Militat ecce tibi Phœbus, tibi docta Camenæ
Carmina proponunt, præmia magna ducum;
Ecce tuas celeri complexus carmine laudes
Huttenus, qui vix bis duo lustra videt:
Maiora his sperare licet quo gesta nepotes
Mirentur, Cæsar Maxmiliane, tua.
Ergo pium vatem serves, Auguste, perenni
Victurum versu, quo tua sceptra canit.

[2.]

VADIANVS GERMANVS.

Gesta virum quondam, non victaque signa recondit
Solus amor vestri sub fera bella soli:
Germanos etenim nomen quæsisse per arma
Mos erat, et sævo ponere in hoste decus;

[1 et 2.] 1) Indic. bibl. n. VI. (pag. 9*. vers 6.) 2) = Hutt. Münch. I. p. XCVII. sqq.

[1] Syngremium *B. 3. 4. 5.* Calcographos *A. B. 3. Vide Indic. bibliogr. p. 9*. vers. 2. 3.* [2] literarię *B.* qui *om. 4. 5.* [5] & Imperatoris Maximiliani (*om.* Augusti) *B. 3. 4. 5.* [6] oīs *A.* [7] fuit *4. 5.* [8] et tecum cogita *B. 3. 4. 5.* [9] vigesimum *B.* nondum vicesimum. *Errarę Vadianum et Abhauserum v. 10. constat.* [10] Viennae *et quæ sequuntur, om. 3.* [10] Ponnoniæ II. Idus *B.* [10] Anno dñi *B.*

[12] De Abhausero nihil novi. [12] Maximiliane *2.* — [4] sera *2.*

Nec fuit aut scriptis honor, aut sua gloria famæ,
    Littera quam tenui duxerat ulla fide:
Ipsa sibi munus peperit non territa virtus,
    Hocque satis visum est. 'Quid mihi posteritas?
Quid quod magna sua narrant de stirpe nepotes?
    Hæc laus, dixerunt, ocia prava trahit,
Et minimus virtutis honos ac versilis umbra est,
    Si vel ab externis victor in orbe ferar.
Hoc etiam poterunt nugæ, Latio ne fides sit?
    Cumque hoc cumque illud credula turba legit,
Historici mendacis erat dare pondera rebus;
    Heus facile est verbis tollere vel premere;
Et cecinit nostras Latii facundia laudes,
    Invida sed gens hæc Theutonas igne tulit.
Fortia quot nullo memorantur pectora honore?
    Quotque latent quorum sydera gesta vident?'
Sic sensit nullo domitus tum milite miles,
    Et forti est mensus fortia facta manu.
Sed melius rerum vobis iam prospicit ordo,
    Et nihil hæc possunt sæcula vestra queri,
Invicto quibus est Pallas coniuncta Gradivo,
    Quæ facit ut relegat Cæsaris acta nepos,
Et quæcunque novo virtus veterata nitore
    In iuvenes tractim contulit inque senes,
Vester inextincto nusquam dum deficit ordo
    Robore, dum virtus bellica maior adest,
Dumque viri simul arma ferunt in vasta minaces
    Agmina, dum gentes ad sua frena domant,
Dum quæ Phœbeos casus, quæ spectat et ortus
    Tellus, Germano milite cuncta timet.
Postera et hæc viset Hutteni carmine pubes,
    Maioresque animos hæc monimenta dabunt,
Cui Venus ad versum ridet, cui Phœbus Apollo
    Mæonium inspirat Pindaricumque melos,
Maximilianæos referenti in carmine vultus,
    Cantanti et trepidis classica iusta modis:
Quo si vate suum perdet Germania nomen,
    Hoc vel aquæ tulerint, vel feret ignis edax.

---

[10] otia *2.* [11] cunq; hoc, cunq; *1. (h. e. quælibet, promisce omnia)* [16] Teutonas *2.* [20] sidera *2.* [38] Mœonium *1.*

BONONIÆ. XI. 21. AVG. 1512.

EPISTOLA HVTTENI AD PHACHVM.

§. 1. Non scribo nunc breves ad te literas, Phache, ob eam causam, quod itidem breves abs te expectem, sed quia illi qui afferunt, gravari se putant, si maiusculæ extiterint. Verum tu mihi copiose de rebus omnibus scribito, quas ad me pertinere arbitraberis; etiam quod ad Trebellium communem §. 2. amicum spectabit. Adhuc Vulcanum æmulor, verum aliquando miserabilius quam nuper: nescio an fortunæ hoc potius quam temeritati meæ adscribam, quod mihi in tenera ætate nullis malis subeundis peperci; gratulor tamen mihi, quod bonas literas sequendo ea quæ minime quærebam invenerim. §. 3. Sed tu quid agis? ducis an duceris? id est ex tot puellis Saxonibus unam tibi matrimonio (quod nuper aliqui susurrabant) conscribis, an caput radis, ut dignus fias cœlestis boni ruminando? an hoc quod tu respondere sole- §. 4. bas, Phachus manes? Libet paulum de me scribere, in umbilico mensis Aprilis Papiam Insubrorum urbem intravi, ibi ut ex instituto legibus operam darem. Quarto mense postquam intraveram, a Gallorum militibus, qui armati urbem adversus Helvetios tenebant, tres dies integros, quanquam etiam febre laborans, in angustissimo recessu domus obsessus sum, certusque mori hoc mihi epitaphium feci et scriptum apposui:

§. 5. Qui misere natus miserabile transiit ævum,
Sæpe malum terra, sæpeque passus aqua,
Hic iacet Huttenus: Galli nil tale merenti
Insontem gladiis eripuere animam.
Si fuit ex fato, ut totos male viveret annos,
Optatum est, quod tam corruit ille cito.
Ipse suas coluit per mille pericula Musas,
Et quanti potuit, carminis autor erat.

§. 6. Paulo post hæc capta ab Helvetiis urbe tanquam qui castra Gallorum sequi solitus essem, ipse quoque captus sum, spoliatus et miserabiliter hinc inde pertractus, donec tandem, amissis quibusdam bonis et pecuniis, liberatus. §. 7. Igitur hinc solvens deserta urbe omne genus turbis occupata, sanguine, fame et pestilentia infecta, Bononiam mense Iulio petii. Bononiam inquam illud

XI. 1 = Monum. (Indic. bibl. n°. 65.) p. 9. 10. 2 = Wagenseil. (ibid. n. 71.) n°. 11. p. 57. 58. 3 = Hutt. Münch. (ibid. n°. 78.) I. p. 144. sq.

[2] Hutteri *1.* Huttenus ad Phachum. *2.* Balthasar Fabricius, Facha s. Vacha (ad Werram) oriundus. [6] Treb.] Hermannum Trebellium Notianum sive Isenacensem, de quo vide supra p. 16. [7] Vulcanum aemulor *i. e. claudus sum.* [12] conscribas *1.* [14] *Ludit ambiguis verbis* Fachus *et* vagus, *i. e. cælebs.* [15] ibi cum *1.* [27] potui *1.*

pulcherrimum doctissimorum virorum conventiculum: ubi tuas literas expecto; sed non quales scribis ad gregarios amicos tribus aut quatuor verbis absolvens. Vale et te cura; me nunc medicus. Vale iterum. XII. Cal. Septemb. Bononiæ breviter, ex more et familiariter. §. 8.

Ulricus Huttenus

XII.

IOANNIS M. HERBIPOLITÆ
IN PERSONA NEMINIS HEXASTICHON.

Frons quod læta parum, caput album, squalida barba
Cur mihi sit, quæris: concipe plura brevi:
Gens malefida suis obtrudit crimina nobis
Omnia, sic damni sum ferus auctor ego,
Neminis inque caput, veluti mala condit Appella
In gallum, peccans cum scelus omne ponit.

AD FABIVM ZONARIVM CHRYSOPOLITAM
STVDIOSISSIMVM ADOLESCENTEM.

Ardet et Aonias sequitur Zonarius undas,
Iamque bonis operam ponit in ingeniis:
Nemo est impigrior, nemo est studiosior illo,
Dum consors sacri nititur esse chori.
Pone metum, iuvenis, nec te labor ille fatiget,
Forte aliquid patriæ laudis it inde tuæ,
Et potes obscuros fama illustrare parentes,
Et tibi venturo tempore nomen erit.

XII. Indic. bibliogr. n. VII. — Hexastichon Ioannis M. in VII. 2. non legitur.

[4] (1511.) *add.* 2. (1512.) *add.* 3. [*ex Meinersio* p. 21.] [5] Hutterus. *1.*

[7] Hic Wirciburgensis Hutteni amicus quis fuerit, non novi. [10] queris *1.* [13] veluti] sicuti *1.* [13] Apella *3. 4.* [14] gallum] Ad quendam Iudæorum morem nescio quem hic adludi opinor. ponit] luit *3. 4. MS.*

[15] Hunc Ingolstadiensem Fabium Zonarium (*Gürtler*), non incelebrem postea medicum, supra p. 20. iam legimus ac sæpius infra legemus. [15] Crisopolitam *edd. et MS.* [17] Aonidas *2.* [22] patrie *1...3. MS.* tue *2.*

[ERFVRTI?] | **XIII.** | [A. 1513?]

XIII.

GE. B. HERBIP. AD LECTOREM
[*HVTTENICI CARMINIS 'CVI TITVLVS VIR BONVS'*].

Edidit Huttenus, lector, tibi, candide, carmen
Conspicuum dulci Meonioque sono.
Qui docet ut iustus fias, simul et moderatus,
Providus et sapiens, relligione sacer,
Moribus ut valeas rigidum exuperare Cathonem,
Dexteritate Numam Socraticamque scolam.
Morte carent omnes tolluntque ad Olympica regna
Cultorem, Virtus vulnere et ipsa caret,

XIII. Hoc epigramma in principe tantum Viri boni exemplo (Ind. bibliogr. n⁰. VIII. 1.) extat, nam non receptum est in Opp. poetica quæ a. 1538. 8⁰. prodierunt; ex quibus ad recentiores Hutteni 'Vir bonus' pervenit.

[FVLDÆ?] | 25. IAN. [1514?]

XIIII.

CROTVS RVBIANVS IOANNI REVCHLIN S.

§. 1. In legibus Solonis Aristoteles esse refert, si ob discordiam dissensionemque seditio atque discessio oriretur, ut populus Atheniensis in duas parteis scinderetur et ob eam caussam irritatis animis utrinque arma caperentur pugnareturque, tum qui eo tempore, in eoque casu civilis discordiæ non alterutri parti sese adiungeret, sed solitarius separatusque a communi malo civitatis secesserit, is domo, patria fortunisque omnibus multaretur. §. 2. Decessere iam theologistæ a theologis eo animo, ut civili tumultu e republica Christiana te eiicerent optimatem theologum propugnatoremque veritatis acerrimum. ego ne fortunis meis omnibus, quia non minus est molestum calvis quam comatis pilos evelli, exuerer, iampridem te nesciente socium me tuarum partium addidi, quanquam longe terribiliora per Vulcani Neptunique minas minantur sanguisugæ theosophistæ, quæstores aliorum delictorum, suorum celatores, quam si possessiones nostras per decreta suarum propositionum cornutorumque syllogismorum eriperent; quia sanctius honestiusque duco in re honesta cum honestis periclitari, quam per improbitatem ad victoriam adspirare cum fraudulentis,

XIIII. Ind. bibliograph. n⁰. 51. *fol.* z *et* z ij.

² Quinam hic Georgius (s. Gerardus) B. Herbipolensis s. Herbipolitanus fuerit, non comperi. ¹² 8. *Inter* Cultorem *et* Virtus *eorum quæ ad cælum tollunt nomina excidisse videntur, ut totum epigramma decastichon fuerit, desinens* virtus v. et i. caret.

¹⁹ ˢᑫᑫ· Verba fere sunt Gellii N. A. II. 12. ²⁹ cælatores *A*.

quorum mendacia, velint nolint, tandem aliquando notante vulgo in extrema parte nigrescunt. Sed vellem, dum immortales hoc tibi concessissent, ut viros bonos §. 3. agnovisses, improbos vero neque agnovisses neque agnitus fuisses ab ipsis, sicuti a Sole precari solebat Apollonius ille Tyaneus: profecto non impegissent te in tempestatem adeo turbulentam nugatores sophistæ, generatio prava, pecus exarmatum. sed fortassis per singularem providentiam superum cœpta lis est: desidiam ignaviamque illi odio habent; sicuti parentes liberos suos per industriam, laborem, vigilias ad gloriam, ita illi quos amant variis periculis temptaminibusque, quo virtus maior enitescat, exercent. ni Ciceronem Clodius egisset in exilium, diem reditus pulcherrimum honestissimumque non habuisset. Prospera in plebem ac vilia ingenia §. 4. deveniunt, at calamitates terroresque excellentes animos quærunt. Magnus semper fuisti et habitus es; postquam parricidas candidæ famæ tuæ iudice virtute superabis, tecum ipse certabis cum gloria. Unde fortitudo tua cognosceretur, nisi fortuna dederit facultatem exhibendæ virtutis? Erit hoc quasi actæ ætatis præmium, ut partæ tot annis gloriæ monumentum laudis sempiternum accedat. nec vereor, quod quasi effœtis viribus pugnæ minus sufficias unus ad debilitandos conatus multorum; videmus senem Entellum strenuum athletam apud Maronem; cognovi generosum animum tuum, alacrem pugnæ, ex epistola tua Mutiano missa, quam rursus ille visendam ad me trans tot arduos montes legavit, ut haberet testem participem concepti gaudii; vidi integritatem tuam, Capnion; vidi et interpretando eam ipsam multis theologistis, Arnobardistis, Thomistis, Scotistis, Occanistis, Canonistis, stomachum movi, quod eo libentius feci, quo citius ad vomitum cum satellite suo Pepericorno perducantur. Scribunt quidem illi, acciti homine, in te. quid §. 5. tum? caduca, subventanea momentaneaque scribunt. tua durabunt donec literis occupabuntur studiosi lectores. Non hic adulor auribus tuis, a quo vitio valde alienus sum: iudicium peritissimorum, non meum, attigi. At dicet aliquis 'Capnion solusne contra plures, quum ne Hercules quidem contra duos?' Huic respondeo 'Inimici Capnionis exarmati sunt; sonitu, non verbere terrent, ut vespæ evulsis aculeis'. quibus si adimeretur ne superstitiosas anus atque delirum vulgus nugis suis eluderent contraque recte sentientes concitarent, non amplius quam leo pulicem eos formidarem. verum, si diis placet, scribant, commententur, invehantur, propositionibus propositiones suas accumulent, dummodo sciant tardæ ac languidæ pecudes doctis se præbere materiam ridendi. Tu quoque si volueris, tibi non deerunt in respondendo auxiliatores: habes doctissimum virum Mutianum; habes totum Mutiani ordinem; sunt in eo philosophi, poetæ, oratores, theologi, omnes tibi dediti, omnes pro te certare parati. Eobanum Hessum cæleste ingenium beat, scribit carmen summa fœlicitate; vidisti credo eius ludicrum bucolicon, in quo ostendit ille quid possit, si velit. in Hutteno meo exultat ardor et subtilitas; uno impetu conficiet aridum Ortvinum. non attinet plura promittere. manda et iube; quando voles, præsto erimus. Ipse in hoc collegio non habeo arma Minervæ, copiarum tamen §. 7. tribunum me profiteor: stant in corpore adhuc vires integræ ad algoris æstus, inediæ patientiam; exercuit me fortuna; ubi opus erit, montes vallesque tuo nomine superabo. ne se in hoc iactet solus Pepericornus tuus, impius transfuga, ore, vultu, totius denique corporis habitu fœdissimus, ut recte impuram animam dignum hospitium habitare dixeris. Altero abhinc anno multa de te cum eo locutus sum, ut, quod obscœno corpore lateret, loquentis sermo mihi indicaret: non recipit epistola,

---

3. 4. Cf. Philostrat. vit. Apoll. I. 31. 8 quos nirtus *A.* 17 Maron.] Aeneid. V. 437. sqq. 18 epist. tua Mut. m.] d. 22. Aug. a. 1513. scripta. Cf. Strauss. I. p. 261. 43 tuus? *fort.* Iudæus.

§. 8. alioqui scriberem: dedit literas Arnobardistæ, quibus ille tibi lapides e via tollere præcipit; alteras tuas quas tu ad eundem Arnoldum dederas, requirendas docuit Moguntiæ a chordigeris patribus, cum quorum præfecto nudipede in iurgium descendi. quod effutiret te iurisperitum falcem misisse in messem theologorum, quodque impietati daret religionem nostram abs te sectam vocatam. quærenti mihi nil præter
§. 9. hanc futilem obiectionem respondere potuit obliviosus agaso circumforaneus. Sic se habent, eo dementiæ pervenere occæcati Torii, ut nullibi residere existiment theologiam, augustissimam dominam, quam in suis obsoletis cœtibus, quam adeo inhoneste plerumque tractant, ut putes pudicam matronam rapuisse in cœnobium meretricum. Eas literas post domuitionem variis amicis misi volnique per epistolam tuam mihi favorem conciliare; sed impedimento fuere tanta itineris distantia et nunciorum raritas hac in solitudine: nunc primum se nobis obtulit occasio, qua tibi hæc extemporalia effundimus, quæ legas velim sine iudicio, ac egregiam nostram de te voluntatem ne contemnas. diis tibique thure sacrificavero, si me in album
§. 10. tuorum legeris. Hartmannus iuris consultorum nobilissimus atque nobilium iurisconsultissimus, vir clarus e familia Burggraviorum de Kirchberg, tibi plurimum favet. Vale et salve. VII. Kalend. Februarias.

? — **XV.** — ?

RVDOLPHVS AGRICOLA RHETVS VADIANO.

. . . P. S. De carminibus Hutteni non est quod te angas. Lectiones tum publicæ tum privatæ fecerunt, ut dilatum sit. Placet mihi Huttenus, qui a facie Lipsiis mihi notus fuit. Legam publice.

XV. Ex cod. Sangall. mihi communicavit Straussius. Putaverim epistolam quæ loco dieque non expressis extat, scriptam esse postquam e Cracovia Vindobonam sive ipse venerat Agricola sive libros ibi publicare cœperat, anno 1513. Scripta huius iunioris sive Wasserburgensis (Hydroburgii), non Frisii (senioris) sed Rhæti, Rudolphi Agricolæ indicata sunt ap. Adelung. in contin. Jöcher. I. p. 335. et plenius in Ianocianis I. p. 6...14.

LIPSIÆ. — **XVI.** — D. 20. MART. A. 1514.

EOBANVS HESSVS VADIANO.

Ex Lypsi 13. Kal. April. 1514.

. . . Dici non potest quantum me delectaverit quod tua et Aperbacchi diligentia Hutteni nostri carmen ad D. Maximilianum Cæsarem emerserit. utroque pollice

---

XVI. *Mecum communicavit Straussius ex cod. Sangallensi* (tom. I. n⁰. 32.).

[2] Arnoldum] de Tungaris. [7] Torii] sic *A. An* Thurii. *ut referamur ad Arist. polit.* v. 3.? *an* θοῦροι, ὁρμητικοί, qui cum assultu impetunt? Possis occæcatorii *(quasi 'Blendner'). fortasse quis de Germanico* Thoren *cogitaverit, ut in epistolis obsc. vir. de* gilvis crinibus, blavio cœlo *et similibus legimus; sed vereor ut Crotus ita in epistola ad Reuchlinum dissimularit, et legerim* Theologi. [14] contemnes *A.*

laudavi studium tuum, quum in Hutteno exornando bonas horas tam bene collocaveris. multo tamen gratius hoc .. erat, quod videbam te cum doctissimis meique amantissimis iuvenibus pulcherrimam necessitudinem constituisse .. Nunc utrumque in Italiam abiisse, imo secessisse audio; de Aperbaccho quidem certus sum.

[GOTHÆ.] XVII. [?IVN. A. 1514.]

XVII.

[CONRADVS MVTIANVS]

HENRICO VRBANO.

Si vales, bene est. XI. Cal. Quintiles reddidit mihi literas tuas puer bigarius plenas suavitatis et summi amoris erga me tui .... Valeat ergo compendium vel pocius dispendium Trutfetteri, vel si omnino carmine delectantur, dabo Triumphum Capnionis ab Accio Neobio concinnatum in Colonienses theologistas, quem sophistæ apponant operi suo tam pulchello: verum hac lege do, ut in manu mancipio sit tuo: nam si Theobardis exhiberes, damni multum faceres, et tu es optimus testis, quam iniquis auribus acciperent. Hoc scripsi bene ebrius. sic soleo curare valetudinem. Dic quantum dederis pro psalterio. item mitte Damascenum: dabo pro utroque precium. item Vallæ novum testamentum. de vitta preciosissima tuum limatulum et politum iudicium habere volo; nisi sit IIII aut quinque aureorum, non placebit. Vale et hæc boni consule.

XVII. Ex Conradi Mutiani Rufi epist. CCCIII. MS. cod. Francof. 4°.

[GOTHÆ.] D. 30. IVN. A. 1514.

XVIII.

SACROSANCTO VRBANO

MAGISTRO EGREGIO AMICO ET COLENDO ET FIDO

M. RVFVS.

Initio tibi ut debeo salutem dico. te enim salvum et honestum esse semper volui. Ego si quæris quid legam, confero Davidis hymnos et verbis prope singulis, nedum versuum sententiolis immoror .... Triumphum Neobii et epistolam ad Agricolam restitue. si illum abalienaveris, mitte hanc, pro qua habeo aliam. Ego misi ad nundinas Neoburgias aureos quinque, ut munusculum supportetur. Hic desino te culpare. nimis fortasse sum morosus, ne dicam contumeliosus amicis. Satis te increpui, nunc sit quies. sed pœnitet, pudet, piget me scripsisse ad te et

XVIII. Ex eiusdem Mutiani ep. CCCLXXIIII. eodemque MS. cod. Ff. Cf. Conr. Mutiani Rufi Epistolar. a W. E. Tentzelio Ienæ a. 1701. editar. p. 180. sq.

3. 4 Aperbachum et Huttenum. Quæ in cod. Sangall. sequitur Aperbachi epistola (n°. 33.) data est Rom. XV. die April. MDXIV.

8 d. 21. Iunii. 11 Accio] *sive* Attio *scriptum sit.*

missise bis eadem de re Publium. serra tuum ærarium; nunc scio cui servias: servis enim pecuniæ: ego hoc die dedissem tibi X aureos si honori meo affuisses: ideo magis dolendum, quia optime sensi et brevi satisfacere volui. Sed pax sit et quies et tranquillitas: ego utar vetere instituto meo, tu sis paterfamilias tuo more; novam tibi peram destinabo, tua sordebat. Vale. pridie Cal. Iulias MDXIIII.

[GOTHÆ.] XVIIII. D. 8. AVG. A. 1514.

XVIIII.

SACROSANCTIS VIRIS VRBANO ET EOBANO
INGENIO ET DOCTRINA PRÆSTANTIBVS
M. RVFVS.

S. Nescio an Picus comes concitacioris ardentiorisque spiritus in scribendis hymnis fuerit; sane patet eruditissime scriptos, ceterum adeo obscuros esse, ut nisi luculentis enarrationibus illuminarentur, ducerem ego vel Cimmeriis tenebris vel Mercurii nocte obscuriores. at Iessei hymnographi pietas plena iuvenilis ardoris meridiana luce clarior est. . . . . Salve et tu, divinissime poeta, Eobane Hesse. . . . . Ostendit tibi solertissimus pater Urbanus, præcipuus observator elegancia Latinæ Triumphum Neobii, id est Buschii, cui adhæret Hutteni Epigramma extemporale. fac pervideas. Capnionem, virum undecunque doctissimum, laudato. si inventus isthic fuerit tabellarius, curabis ut sciamus. et tota cohors amicorum salutem dicet. Valete. Ex tranquillo. Cyriaci natalicio festo DDDXIIII.

XVIIII. Ex eiusdem Mutiani ep. CCCLXXXVII. eodemque cod. Ff. Cf. Mutiani Epp. a Tentzelio editar. p. 184.

[ERPHVRDIÆ.] XX. [A. 1514.]

XX.

ERPHVRDIANVS ANTIQVITATVM VARILOQVVS
(AB A. 438. VSQVE AD A. 1517.)
AD ANNVM 1514.

Quinta sequenti cepere Casparum hospitem zum Torney hora meridiei, ob id quod cum literis certis versus Moguntiam a decano et capitulo Moguntino et Ulrico de Huten — — — hæreditariis sede vacante, ut aiebant, deprecatorias, et ad hoc dedit D. D. Iohannes Sommeringk X. fl. pro sumtibus et Andreas — — conduxit hinc equum, qui dum Moguntiam venit, datæ sunt ei responsiones, quas ad curiam Rever. Erfurt dicebatur detulisse, nec contenta

XX. Exscripsimus hos locos, quamvis ex parte corruptos et obscuros, ex I. B. Menckenii Scriptorib. rer. Germ. tom. II. (Lips. 1728. fol.) p. 525. 529. 532., quoniam nos docent Huttenum iam per æstatem a. 1514. in ministerio archiepiscopi Moguntini fuisse Erphurdiæque iudiciis pœnalibus interfuisse.

[10] comes] Mirandulæ. [13] Mercurii] *In apographo mihi transmisso est* illurii. Cf. Plautinam Amphitruonem. Iessei] i. e. David, filii Isaï s. Iesse. [18] isthic] *Erfurdiæ*.
[27] *post d. 17. Febr.*

in eis unquam ad aures consulatus Erfurt devenisse. Qui sic deprehensus et interrogatus, quid Moguntiæ egisset, dixit: se in causa sui et Prælati fuisse. Quam responsionem Doctor Wendelinus dicebatur affirmasse . . . . Sexto post Exaudi Georgius Hallis ductus de carceribus ad stubam hospitis prætorii: ibidem in præsentia Moguntinensis tunc Erfurt existentium Christiani de Hunsteyn militis, Udalrici de Hotten, atque certorum de consulatu ac tutoribus interrogatus super casu illo — — — anno 1511. *regiminis sui, ut summus Decurio sedebat, iussisse ac mandasse fertur: Omnes in Curia Domini Reverendissimi eo tempore existentes in ore gladii interimere. Item Dominorum ambarum Ecclesiarum effringere, spoliare atque destruere sub fucato colore, videlicet ipsorum velle braxatoria et caldaria evertere. Nam ad aures consulatus deveniebat, quod nonnulli sacerdotes habentes braxatoria propria aliis indifferenter pro pretio braxarent. Potuit nihilominus aliquid huiusce rei esse. Quod Consulatus noluit habere, quod vergeret in præiudicium reipublicæ. At ille respondens nedum per ipsum, sed per omnes Consules et Proconsules ante et ab ipso regente conclusum et ratificatum esse. Ob id interrogatus desuper Doct. Wend. negative respondit. Similiter et alii omnes, qui cum ipso Georgio et ante ipsum sederunt in Consulatu. Ex his liquido patet, quod in huiusmodi præmaximis pœnis et tormentis aliquis confitetur quod nunquam est vel fuit verum.*

Eo tempore Dux Wurtenbergensis per suos ignobiles e patria usque Herbipolim propter novas exactiones, quas populo suo imposuit, pulsus est, qui tandem auxilio Imperatoris et nobilium restitutus est. Secta contra eum der arme Cunz dicebatur.

Quarta altera Arnolphi Georgius Busenbach ex Hallis in sententia — — post decimam horam fuit perductus e carceribus libere ad iudicium interim prætorii in foro piscium, atque per Nicolaum Manstet procuratorem pœnarum impetitus, qui usque in horam tertiam stetit, se tuens, qui dum vinciri non potuit, reductus est ad carceres. Dum autem iret, auditum est a multis, quod missus de Moguntia Ulrich de Hotten fremens ac furibundus dixerit: Oportet te sententia mori, et si haberes longitudinem turris. Et sequenti die iterum deductus hora nona stetitque usque ad medium — — — iudicem, qui tandem lictori adiudicatus, qui ipsum ex civitate duxit atque decapitavit: qui mox sequenti de licentia iudicii et consulatus ad leprosorium ibidem sepultus est.

XXI.

Hic locus esset, si nancisci potuissem, earum epistolarum, quarum mentionem iniecit tum inscriptio parvi libri quam in Indice librorum Huttenicorum IX. 1. exhibuimus, tum sequens ex Ioa. Henr. Maii Vita Io. Reuchlini. Durlaci a. 1687. 8°. ed. p. 253. sq. transcriptus locus, cum quo cf. Burckhard. I. p. 176.

. . . Iudæo usi sunt, sacris Christianorum solenni ritu initiati. Fuit is Ioannes Pfefferkornius, homo perditus et ingeniose nequam, qui non satis

---

[4] S. post Ex.] *i. e. d. 2. Iun. a. 1514.* [6] *Hotten, Hutten, Huten* promiscue usus est scriba, cuius hi commentarii diurni esse videntur. [10] Dominorum]? *an* dormitorium? [21] Dies paullo ante indicatus est 24. Iun.

[40] Maius in errorem, qui statim post Halensem crudelitatem pervulgatam non

habuit quod populares suos decepisset, nisi et Christianos fraude fallaciisque conveniret. Etsi vero non meretur iste homuncio, ut prolixam de eo narrationem instituamus, cum nihil laude sed vituperio potius dignum, gesserit, tamen, quia socii etiam ipsius cognosci quodammodo possunt ex socio, pauca quædam narrare animus est de celebri impostore. Commodum enim accidit, ut quædam Vlrici Hutteni epistolæ de Pfefferkornio ad Adolphum Roboreum Coloniensem et Eytelwolfum de Lapide, una cum capitibus criminum, quorum convictus fuit, et exclamatione eiusdem Hutteni in flagitiosissimam Iudæi vitam, ad manus meas ex Nicol. Gerbelii Bibliotheca venerint; unde quæ huc spectare videbuntur desumsi: Utque brevissime scelera tantum, ob quæ infamis et A. supra millesimum quingentesimum decimo quinto Halæ Saxonum supplicio affectus fuit Pfefferkornius. . . . Idem Huttenus in literis ad Adolphum Roboreum significat alium hunc fuisse Pepericornium ab eo, qui Coloniæ ageret, ac paucissimos scivisse duos extitisse Pepericornos Iudæos tinctos, obque eam rem existimasse Capniomastiga supplicio esse affectum. Quod si verum est (nihil enim audeo definire, cum alia me destituant indicia satis certa) doctissimi quique viri in gravi errore versati hactenus fuerunt. Interim Pfefferkornius Capniomastix nihilo fere melior cive suo fuit, quoniam tantum nefas contra innocentissimum Reuchlinum ausus fuit. Neque magis excusandi illi sunt, qui suppetias Apellæ tulerunt, eiusdemque sceleris participes sese reddidere; quod Colonienses Theologos fecisse constat . . . .

? **XXII.** [INEVNTE A. 1515.]

AD CLARISSIMVM EQVITEM
EYTELVOLFVM DE LAPIDE SVEVVM
MAGISTRVM CVRIÆ ET CIVITATIS MOGVNTINÆ PRÆFECTVM
VLRICHI DE HVTTEN
EQVITIS
IN PANEGYRICVM
[*IN LAVDEM ALBERTI ARCHIEPISCOPI MOGVNTINI COMPOSITVM*]
PRÆFATIO.

§. 1. Ne me cunctatorem voces diutius, neve promissorum putes immemorem, Eytelvolfe ornatissime, exhibeo panegyricum in exceptionem Moguntinam illu-

---

XXII. A = Ind. bibliogr. n⁰. X. 1. 2 = Ibid. n⁰. X. 6. Posteriorem huius præfationis partem, §§. 10...17., exhibet etiam Burckhard. I. p. 95.

ita infrequens fuit, incidere non debebat, ut Halis crematum Pfefferkornium atque Coloniensem prædicatorum socium unum eundemque hominem fuisse putaret, neque ipsis Hutteni litteris meliora edoctus dubitationem deponeret. [11] quinto] immo quarto. „*Nach Christi vnsers lieben herren geburt. Tausent fünffhundert vnd im viertzehenden iare, vff mitwochen nach Egidii, Hat man einen getaufften Juden, Johannes Pfefferkorn genannt, zů Halle vor sanct Moritzburg auff dem Judenkirchoff gebraten, vnnd zů vor mit glüenden zangen etzliche male vsz seinem lyb gerissen..*" Ita incipit *Die geschicht vnnd bekanntnusz des getaufften Juden, genannt Johannes Pfefferkorn* eodem anno edita.

[24] Eitelv. 2. *et sic semper.* [27] Germani *add. 2.* [29] *ita v.* sequentem *1. 2. huic editioni aptavimus.*

strissimi Principis ac Archiepiscopi Alberthi, scriptum a me his diebus, immo effusum. scis enim quantillo temporis spacio, qua fortuna, quo rerum mearum statu compositum libellum in lucem edam. et ut scis, ita non potes ignorare in quod me discrimen famæ egeris. *δύσζηλοι γάρ τ' εἰμὲν ἐπὶ χθονὶ φῦλ' ἀνθρώπων.* quod si quid unquam negare tibi potuissem, §. 2. hoc negassem profecto. et si per te licuisset, quanta me, dii boni, infamia liberassem? Neque vero tam stultus sum, ut mihi exemplo Albini | Albinus a Catone reprehensus. cuiusdam apud lectores præcipitatæ editionis veniam deprecer, quemadmodum ille arroganter tractatæ græcitatis. Abeant, exeant, in incendio suo §. 3. pereant infaceti ioci, inargutæ nugæ, inamœna et inepta poemata. malo, dum tibi obsequar, errasse deprehendi, quam non obsequutus ingratitudinis vitio notari. debetur hoc pulcherrimis tuis in me meritis, debetur absolutissimis Alberti virtutibus, tanto omnium per Germaniam principum optimi maximique, quanto ego sum omnium ibidem poetarum pessimus. Quod si §. 4. erratum a me est, hoc primum consolabitur, quod non potest non multos in consimilem errorem adducere Alberthi bonitas, *ὡς ὅδε πᾶσι φίλος καὶ τίμιός ἐστιν.* deindē quod te monitore edidi, cuius amor ac reverentia apud universos politioris literaturæ assertores tanti sunt, ut vel graviori delicto veniam ac gratiam pepererint. Modo in hoc principe ita sunt omnia §. 5. summa, ut non opus sit legentium fidem prece aut precio captare, nec ego unquam dixero hoc quod ille scriptum reliquit, loquutum se de Cyro, | Xenophon de Cyro. non quod talis fuerit, sed quod talis esse debuerit. adulandi vero studium adeo semper a moribus meis abfuit, ut nihil unquam remotius: id quod tu scis, et annos iam plus quinque diversa mea fortuna expertus es. Quid igitur hæc §. 6. edi oportuit? an ut hunc, quem laudo, ad virtutem capessendam invitarem? minime vero; sed ut ingenia æqualium ad scribendum excitarem; et excitabo sane, nam quotus quisque erit, quem visis his non iuvabit statim meliora scribere? Et sunt fortasse qui poterunt multi, me autem sic vinci non pigebit. Porro Albertus non est is cui dici conveniat illud quod huic | Laus Alberthi. §. 7. Homerico dicitur, *οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα, ᾧ λαοί τ'*

[1] Archepifcopi *1.* Alberti *2.* imo effusum. Scis nempe *2.* *[Sæpe pro* enim *lectoribus* nempe *obtrudit indoctus nugator Münchius.]* [4] Homer. Odyss. VII. 307. Invidi etenim sumus supra terram genera hominum. [7] exemplar *2.* Albini] *„Aulus Albinus, qui cum L. Lucullo consul fuit, cum in principio rerum Romanarum Græca oratione a se scriptarum, si quid parum composite aut minus eleganter narratum foret, his verbis veniam postulasset „Nam sum homo Romanus, natus in Latio; Græca oratio a nobis alienissima est", Marcus Cato „Ne tu" inquit „Aule, nimium nugator es, cum maluisti culpam deprecari quam culpa vacare ... Dic, oro te, quis perpulit, ut id committeres, quod, priusquam faceres, peteres ut ignosceretur?"* Quod Catonis dicterium, innumeris recentioribus præfationibus aptum responsum, refert ex Corn. Nepote Gellius N. A. XI. 8. Macrob. Saturn. præf. i. f. [16] ὡς κ. τ. λ.] Homer. Odyss. X. 38. Ut hic omnibus carus et honorabilis est. [21] Xenophon] Cf. Cic. epist. ad Quint. I. 1, 8. Auson. grat. act. p. 728. Toll. p. 298. Bip. [28] scribere meliora *2.* [29] Homerico] Iliad. II. 24. sq. 61. sq.

ἐπιτετράφαται, καὶ τόσσα μέμηλε. ipse ex semet talis est qualis esse debet, et quales esse paucis adhuc contigit: adeo omnes sunt in illo naturæ dotes §. 8. eximiæ, ornamenta fortunæ cumulatissima. Sed ut sit panegyrico locus, non Eytelvolffus. | dicam de illo plura; ad te revertar, Eytelvolfe, quem ego reor non sine magna deorum immortalium benignitate coniunctum huic principi, *ὡς αἰεὶ* §. 9. *τὸν ὁμοῖον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὁμοῖον.* Possum supplicare diis hoc de te quod ille de suo Nestore: utinam tui similes multos haberet Germania! iam enim barbari esse desineremus, nec nostri nos puderet: dicam enim invitus, et §. 10. tamen dicere iubet meus dolor, multorum detrimentum. Vides qui in no- Vulgus equitum Germanorum. | strum ordinem pessimi mores invaserint, ut qui hos contemplatus fuerit, rectius Centauros quam equites Germanos dixerit: quisquis enim nunc studia literarum bonæ indolis adulescens sequitur, cum illi statim tanquam exortem omnis dignitatis, ab imaginibus maiorum suorum degenerem ac sui dissimilem despicatui habent; eum rident, eum subsannant, ei medium digitum ostendunt. quo factum est, ut iam multi qui procul dubio clarissimi evasuri erant, retro pedem contulerint ac vulgari opinioni adhæserint: possem nomi- §. 11. Centauri. | nare aliquos, et tu vidisti innumerabiles. Illos vero centauros quotidie audimus nobis obstrepentes, et ut sunt *νήπιοι ἀγροιῶται ἐφημέρια φρονέοντες*, se solos putant, in quos reponi debeat omnis patriæ spes ac fiducia; per se unos omnia domi forisque gerenda esse autumant; se solos nobiles existimant, cæci medius fidius obtusi, et Cimmeriis tenebris hebetiores. A quo- §. 12. rum moribus tu intelligis quantum abhorreat meus gentilis Frobinus Hut- Frobinus de Hutten Marschalchus. | tenus; nam cum literas ignoret, ea qua multi iniuria a studiis olim distractus, ita tamen de literis ac literatis omnibus sentit ac loquitur, ut in studiis literarum coaluisse credas: ea est erga omnes humanitate, ea in iuvando me benignitate ac munificentia perspectus est: et quando non vidisti hunc ingemiscentem, quoties in mearum calamitatum historiam aliquam incidit? quando non reprehendit illorum stulticiam ac superbiam, qui se ipsos §. 13. ignorant et bonos contemnunt? namque, ut nosti, *οὐ νοῦς ἐνὶ κενταύροισιν.* Studia Eytelvolfi. | Tu vero unus e paucis quanta fœlicitate coniunxisti hæc, negocia rei militaris et ocium studii literarum? quæ te historiæ latent? quas fabulas igno- §. 14. Prudentia. | ras? quæ carmina non legisti? Prudentia vero et rerum gerendarum peritia in te notior est, quam ut a me prodi debeat: talem te apud invictissimum Cæsarem Maximilianum præstitisti; tali te usus est Ioachimus Marchio; talis apud hunc Albertum maxima omnium nostrum utilitate et reipublicæ Mo-

---

Non decet per totam noctem dormire consultorem virum, cui et populi commissi et tanta curanda sunt. [4] refertar *2.* [5] *ὡς αἰεὶ κ. τ. λ.*] Homer. Od. XVII. 218. ut semper similem ducit deus ad similem. [7] jam nempe *2.* [8] puderet, nempe invitus et *2.* *sine sensu.* [14] eum] cum *2.* [18] *νήπιοι ἀγρ. ἐφημ. φρον.*] Homer. Od. XXI. 85. stulti rustici, quæ unius diei sunt cogitantes. [28] stultitiam *2.* [29] *οὐ νοῦς κ. τ. λ.*] non inest ratio Centauris. In Diogeniani parœmiis, cent. VI. nº. 84. est *Νοῦς ου παρὰ Κενταύροις.* [30] negotia *et* otium *2.* [32] vero] vera *2.*

guntinæ commodo haberis. Indicant item opes te tuæ, manifestat splen- | Splendor ac dignitas. §. 15. dor, dignitas ac potentia, quæ tu omnia onus ac impedimentum ocii tui appellare soles mira et inaudita modestia. In quo enim rectius hæc cu- | Modestia. mulata videntur, quam in te? ἐσθλῷ γὰρ ἀνδρί τ' ἐσθλὰ καὶ διδοῖ θεός. Quid dicam quam te invitus deseruerit alter frater, quam cupidus | Gratia Eytelvolfi. §. 16. alter abstraxerit? Deinde quam memorabile verbum et omni posteritate dignum retorsisti in illum Marchum equitem, qui cum te pro concione insolentius obiurgasset dicens, non eam esse ætatem, ut possis iam tanta meminisse, respondisti 'At tu, o senex, tantum ea in memoria | Memorabile Eytelvolfi responsum. habes, quæ annis quadraginta aut paulo pluribus acta sunt, ego vero etiam ea scio quæ duobus aut tribus retro millibus'. Ibi te extemplo circumstantium favor ac applausus excepit, illum sua confusio operuit. Laudo igitur §. 17. te, Eytelvolfe, ac nostro ordini gratulor, qui te tanto viro rusticitatis famam exuit: es enim exemplum multis, et iam ita me animasti, ut non- | Eytelvolfi exemplum. dum pœniteat eorum laborum, quos annis iam decem turbulentissimis fortunæ tempestatibus per Germaniam simul ac Italiam amore literarum exhausi. et parebo posthac libenter tuis monitis, meo etiam periculo: quorsum enim non concedam ei qui sic de me, sic de bonis omnibus meritus est? Sed ut meum de panegyrico consilium plane intelligas, ni- | De panegyrico consilium. §. 18. hil unquam cupidius scripsi, nihil ardentiore zelo composui: verum ab edendi proposito absterrebant multa, metus in primis, ne non satisfactum tanti hominis, immo tanti numinis virtutibus videretur ingenii mei parvitate; deinde aliorum periculum, quos sæpe vidi, cum famæ ac gloriæ studerent, in contemptum et infamiam deductos. Age vero, lege nunc panegyricum §. 19. istum, quem toties nomino, dolendum verecundiæ meæ spolium, et eo animo lege, quo scriptus a me est, non quo editus, ac boni consule.

GOTHÆ. XXIII. 15. MART. 1515.

EX

CONRADI MVTIANI

EPISTOLA CCCCLI. AD EOBANVM.

Invitas me ad literarum officium intermissum, nescio qua socordia: invitat etiam Ulrichus Huttenus. Vos duo magni poetæ ita me naribus trahitis, ut, velim

---

XXIII. Mutiani Epp. (Indic. bibl. n⁰. 64.) p. 202. sq.

[4] ἐσθλῷ κ. τ. λ.] bono enim viro etiam bona dat deus. Menandri gnom. 141. (Meinekii Fgmm. poetar. comœd. nov. Berol. 1841. 8⁰. p. 344. ubi τ' omittitur.) [12] excæpit, *A.* [25] eo animo &c.] i. e. lubenti, non invito.

nolim, sequar vos. Nam epistolæ vestræ non solum teretes sunt atque rotundæ, sed etiam velut asylo concitæ fulmen habent: et cum alii admoneant, vos cogitis. Amabo, boni viri, quid vultis? si possem prodesse vobis, patrem agerem. At qui possum? imploravi, ut tecum nunc agam, Eobane, auxilium Herebordi .... Hartmannus princeps sacrosanctus studiosissimus est ut reipublicæ, ita totius literarii ordinis, verus, mihi crede, Mæcenas ætatis nostræ; Crotum diligit, me amat, dignus, Eobane, quem Musæ tuæ tollant ad astra. V[*ale*]. Eidibus Martiis. XV.

GOTHÆ. XXIIII. A. 1515.

XXIIII.

EX EPISTOLA
CONRADI MVTIANI DXVI. AD VRBANVM.

Cœnanti mihi redditæ sunt Hutteni et Croti literæ. dequeruntur et me quasi postulant brevitatis in scribendo. Amoris id est: qui amat, nonnisi locupletissimas expectat. ego vero Laconicas scribo: placet μικρολογεῖν, displicet otiosa latitudo et copia non valde necessaria. qui mente non constant, insana verba ex sese pronunt; qui sapit, pauca loquitur: tria verba, id est pauca; tres tantum collegium faciunt, ut inquit ICtus: si tres poetæ sederent in collegio et Cæsar Maximilianus veniret, non assurgerent, ita sibi placet hoc genus hominum. Iulius Cæsar, amplissimus et florentissimus vir, in collegium poetarum cum venisset, Accius poeta non assurrexit, non maiestatis eius immemor, sed quod se in musicis studiis aliquanto superiorem esse confideret. Ideo, mi Urbane, vereor insolentiam poetarum: non audeo cum his ingeniis certare; cedo, herbam do. Ini quomodo insultarent mihi, si unico verbo stomachum ipsis moverem: acer et vehemens Ulricus Huttenus, et magnus poeta, sed talis, ut levissimo dicto irritari possit. Parcant mihi ista ingenia, se mihi præferant: cupio et patior vinci ab illis; nunquam gloriæ studui.

XXIIII. Mutiani Epp. citt. p. 225.

[4] Herebordi] Margariti. [5] Hartmannus comes de Kirchberg, tum Fuldensis abbas. [6] Mecaenas *Tentzel.*

[14] μικρ.] *vult* breviter scribere. [16] ICtus] Neratius Priscus apud Marcellum L. 85. D. de V.S. 50,16., cuius tamen sententiam bonus Mutianus h.l. parum apte memorat. [18] Accius poeta] „Is Iulio Cæsari [*Straboni, non dictatori, de quo Mutianus cogitavit, † a. ante Chr.* 87.] amplissimo et florentissimo viro in conlegium poetarum venienti numquam adsurrexit, non maiestatis eius inmemor, sed quod in conparatione communium studiorum aliquanto superiorem se esse confideret, quapropter insolentiæ crimine caruit, quia ibi voluminum, non imaginum certamina exercebantur.“ Valer. Max. III. 7, 11.

EX THERMIS EMISENSIBVS. XXV. 7. [?] MAI. 1515.*

VLRICHVS DE HVTTEN
EQ. GERMANVS
MARQVARDO DE HATSTEIN
CANONICO MOGVNTINO
AFFINI SVO
SALVTEM DICIT.

Quæ mihi horrenda nuntias, dilectissime, in quos me luctus coniicis, §. 1.
quam mœroris acerbitatem imponis: Ioannem Huttenum, ingentis animi
iuvenem a Wirtenpergensi duce, cui à patre datus comes fuerat, inter-
emptum? Dii immortales, quam hoc est novum, quam atrox nuntium! fieri
enim potuit, ut, quem adeo nuper dilexit, sic oderit nunc, ut occidat?
Sed quid ais, crudeliter ac multis vulneribus, nihil tale meritum, incau- §. 2.
tum, inermem, proditum, interemptum, deinde in demortui quoque corpus
sævitum, et suspendio notatam innocentissimi iuvenis vitam? O incivile fa-
cinus, o immensam calamitatem, o ineluctabile malum! Quid huic seni ob-
stabit, quo minus decernat invisam celeriter vitam abrumpere? Utinam ad- §. 3.
essem ac tam prudenter monere possem, quam consolarer amicissime. Quod
dii faxint, ut incolumem inveniam: metuo enim, ne dolore exanimatus sit,
et recordor quam carum hunc habuerit filium, quanta spe suspexerit. Iste §. 4.
vero dolor quam merito cum illo mihi communis est! nosti summam ho-
minis erga me benignitatem; vidisti qua studia mea liberalitate iuverit.
quorum si nihil esset, quem non tangeret hæc infelicis iuvenis innocentia,
ista probitas et a pulcherrimarum virtutum cumulo decerpta laus? Deinde §. 5.
mortis genus tam novum, tam acerbum, tam immane! Ecquæ igitur satis
digna ultio, qua in illum carnificem invehantur omnes Hutteni, omnes
Franci equites, immo vero universa Germaniæ nobilitas? Hic vero quid §. 6.
agit nebulo? dolet ac pœnitet, an pœnitudinem non admittit tanta feritas,
et ea est hominis malitia, quæ nullis conscientiæ stimulis obnoxia sit? In- §. 7.
terim de Cæsare quæ spes est? egressum omnem modum scelus impunitum

XVI. A = Indicis bibl. n⁰. XXIIII. 1. 𝔅. 2 = ibid. n⁰. 2. 3 = ibid. n⁰. 4.
4 = ibid. n⁰. 5.

* Secundum scriptores Wirtenbergicos in Ioannem Huttenum crimen, de quo hac ep. refertur, postridie i. e. VIII. ante Idus Maias (8. *Mai*) commissum est. Documenta ad hanc causam Wirtenbergensem spectantia infra n⁰. XXX. exhibebimus. ex ipsius Hutteni scriptis ad eandem pertinentibus epistolas hoc volumen continebit, Deplorationi inter poetica opuscula, Phalarismo in fronte Dialogorum tomi locus erit atque Orationes magnam quarti voluminis Operum partem explebunt.
[2] Inscriptionem *om. 2.*, *mutant 3. 4.* [8] dilecte *4. ex Hutteni autogr., ut affirmat.*
[10] Wirtempergensi *2. 3. 4.* [11] Immortalis Christus! *4.* [26] invehentur *2. 3.*

sinet, aut vero aliquod iustitiæ suæ documentum daturus creditur? Certe puto, quanquam interim metuo, ne quæ studiose inquirerentur, si negasset
§. 8. maleficus, eadem segniter puniantur, cum fateatur. Quod ad te pertinet, diligenter investiga quid fiat et quid omnes parent; ac confestim ad me perscribito. Ego interea me excruciabo hic, neque magis aqua madebo quam lachrymis. Vale. ex Thermis Emisensibus, Nonis Maii, Anno post natum Christum M.D.XV.

MOGVNTIÆ. **XXVI.** 13. IVN. 1515.

VLRICHVS DE HVTTEN
EQ. GERMANVS
IACOBO FVCHS
ECCLESIARVM BAMBERGENSIS ET HERBIPOLENSIS CANONICO
AMICO SALVTEM.

§. 1. Aliquid vis novi ad te scribam, Iacobe suavissime, ex nostra Germania, ubi tam invitus ego sum hoc tempore, quam tu in Italia literarum patria libens: nam istic nunc esse oportuit. Sed quid scribam, nisi hoc quod et scribenti mihi acerbissimum est et legentem te mei studio tristitia adficiet
§. 2. non modica? De interitu duorum amicorum uno simul eodemque die allatum ad me est proxime cum in Thermis Emisensibus valetudinis gratia agerem, Itelvolfi de Lapide, docti equitis, et Ioannis de Hutten, cui Ludovichus pater est: illum iniquissimo tempore et quo maxime mihi ac literis studiosisque omnibus prodesse poterat, immatura mors e medio sustulit; hunc immanis Suevorum tyrannus, optimum iuvenem, præcipuum gentis nostræ
§. 3. decus, vi ac ferro interemit. Præter fidem hoc tibi fore scio, cum noris quam gratus illi, quam dilectus fuerit; et mihi erat, Iacobe, sed tamen ita habet: dissimulato quid vellet, in quandam sylvam abduxit, ibique remotis arbitris incautum, inermem, nihil tale suspicatum septem vulneribus lætaliter confodit, deinde expirantem nexo collo suspendit, quo nos sævi-
§. 4. tiæ suæ corollario dehonestare conatus est. 'Quid', inquis, 'tantum commisit?' 'Quid tantum committere potuit?' aio. non ipse aliquid interfector attulit, nec accusare unquam auditus est; tuncque cum occidere pararet, nec vultu nec oratione immutatus amicissime appellavit. Proinde nega

XXVII. A = Indic. bibl. nº. XXIIII. 1. D 2 = ibid. nº. 4. 3 = ibid. nº. 5.
3^{H}. = Hutteni emendationes a Münchio publicatæ.

[6] lacrimis. 2. lacrymis *3.4.* *Bad Ems.* Nonis Maii M.D.XV. *3.4.* [20] ab Hutten *3H.* [24] hoc tibi cum ... fuerit, videbitur. *A.* [25] videbatur (*pro* erat) *A.* [28] exspirantem *3.*

propitios esse Huttenis deos, ubi intelligis quantum in hanc gentem licentiæ
huic sanguinario permiserint. Cuius atrocitas sceleris cum vix triduo ma- §. 5.
iorem Germaniæ partem pervaserit, dubitare non possum totam rem ut gesta
est, tibi istic quoque innotuisse. Nos ex officio ac pietate interemptum de-
ploravimus carmine quod ad te mitto, tali quale mœstissimo tempore condi
a me potuit: debebam hoc iuvenis innocentiæ; debebam patris illius immensæ
erga me benignitati, nec minus Huttenorum nomini, cuius tam insignis hoc
scelere contemptus est quæsitus. Forte cupis scire quid agatur, et num §. 6.
qua ultio paretur: nihil habeo: nam conventui proxime habito non interfui,
neque siquid habeam, huius generis viatoribus committere ausim. Hoc non
sinam ignorare te, universam prope Germaniam, indignitate rei commotam,
inextinguibili huius parricidæ odio flagrare. Ipsum metus et conscientia §. 7.
præcipitem agunt: apud suos consistere non audet; accessit ad Maximili-
anum Cæsarem, impetraturus forte delicto veniam, a quo præter spem ac-
ceptus nescio quo se proripuit, Ulmensium hospitio, uti fertur. Cæsarem §. 8.
aiunt ubi nuntiaretur adesse, per ianitorem iussisse depositis armis acce-
dere. prudenter optimus princeps a furioso gladiatore saluti suæ cavit: nam
qui tantæ innocentiæ, tamque perspectæ probitatis optime de se meritum
hominem, nulla intercedente offensa, crudelissimum in modum enecavit, is
vel a Cæsare si cum ferro admittatur, manus continebit? aut ab aliquo cri-
mine temperaturum putas qui hoc ausus sit? Me tam huius lamentabilis §. 9.
interitus ad luctum incitat, quam immodicus senis dolor ad extremam us-
que tristitiam perducit. Scis ut ex quatuor filiis, quos pulchritudine et
alacritate corporum, virtute vero animorum tota Francia admirata est, hunc
singulariter admodum amaverit; scis quantam in hoc spem posuerat. atque §. 10.
ipse hoc amore dignus ab omnibus putabatur: erat venusta facie, mem-
brorum compagine decentissima, statura corporis procera, sed quam æqua-
ret iusta membrorum proportio; in nullo non iuventutis certamine anteibat
æquales, currendo, saltando, lucta, equitatione, natando; eo vero ludi ge-
nere, quo obnixis hastis armati equites concurrunt, inter primos nomina-
batur. Perspecta erat eius in seriis quoque alacritas: ipsum illum occi- §. 11.
sorem eius audivimus omnibus suis comitibus præferentem; ob easque vir-
tutes narrabatur amare eum unice. quod utinam non credidissemus, quo
sævitiæ suæ exemplum in alio potius edidisset. Age vero quanta a sene §. 12.
beneficia accepit sceleratus, adiutus pecunia, armis, officiis denique omni-
bus, X milia aureorum nummum dedit mutuo nuper, quæ hodie quoque
debentur illi; quinetiam equitatus celeriter ex Francis mittendi, quo insur-
gentes adversum se populares compescuit ille, unicus prope autor fuit.

---

[1] propitium e. H. Deum *3 B*. [5] carmine] Cf. Ind. bibl. nº. XXIIII. C [11] de-
licti *2. 3.* [24] Francia] *Frankenland*, Franconia. [29] ludi gen.] *Tournier*. [34] prius *3 B*.
[36] millia *ubiq. 3.* [37] insurg.] *den armen Kunz*.

Vides quæ sit atrocitas: a quo liberatus fuit, eius liberos perdidit: excla-
mare libet in hæc tempora, quibus tanta fidei ac probitatis vastitas est.
§. 13. Iam uxorem iuveni locaverat pater, puellam venustam, nobilem, quam
amabat, suo magno, ut videmus, malo: hanc dulcem vivendi consuetudi-
§. 14. nem, hoc pulcherrime institutum vitæ genus, antequam ad fructum per-
veniret, abrupit scelestus parricida. Patrem Ludovichum aiunt miserrime
conflictari; me tenet hic valetudinis cura; ubi primum convaluero, ad illum
§. 15. concedam, ut condoleam. quid possum enim aliud? aut si quid aliud
possem, cui rectius præstarem? nosti ut de me sit meritus: habet hoc
tempore Germania quod me delectet nihil; acerbissime afficit gentile malum.
Credo apud Cæsarem et convocatos Germaniæ principes accusabitur reus.
sive adero, ex me quid fiat disces, sive ad te in Italiam ibo, nihil igno-
§. 16. rabimus. Potest hæc ætas si nihil aliud, hoc saltem novum et memorabile
posteritati tradere. Quid dicam ignoro: hoc unum scio, quod male fortu-
nati sumus Hutteni. Verum hunc luctum, per se magnum quidem, auget
tamen adhuc Itelvolfi obitus: calculi morbo occidit, quo laborabat aliquot
§. 17. iam annos, nec a medicis subveniri poterat. Mors mihi eius ut importuna
accidit, ita magnum animo dolorem concitavit: inceperat pulcherrime stu-
diis meis consulere, atque ea non obscure iam promoverat, principem
§. 18. nactus iuvandis literis idoneum, Albertum Archiepiscopum Moguntinum, qui
propositurus virtuti præmia creditur, et per quem futurum putant homines,
ut recta studia coalescant, barbaries exulet: huic me non inutiliter com-
mendaverat. Studiosos enim amabat ac literatos omneis, et amabatur ipse
vicissim ab omnibus. Latine dicebat prompte et incorrupte; scriptis etiam
§. 19. elegantia ac dignitas inerant. præter cætera humanitas maior quam aulico
homini crederetur accidere. frequenter se commendabat amicis per episto-
las, quarum sunt aliquæ ad me tales, ut cum admiratione legam, quippe
quæ ab homine negotiorum magnitudine a studiis seiuncto tam Latinæ, tam
§. 20. castigatæ prodierint. Latinas literas in Italia didicerat, ut plurimum præ-
ceptore Philippo Beroaldo, quem non modica liberalitate demeruerat.
attingens postea Græcas revocatus est a suis: id quod sæpe queri auditus
§. 21. est. Quod summo laudum illius loco refero, primum et unum huius or-
dinis Germania habuit, qui cum magnarum rerum administratione literarum
studia coniungeret. magnus erat ad illum literatorum concursus; salutabat
omnes, præsidio erat multis, fuitque prima illi cura ad quamcunque civi-
§. 22. tatem adventaret, de studiis eorumque professoribus inquirere. Me dilexit
vehementer, nam re comprobatum est, quam non simularet hoc erga me
studium: itaque frequenter familiari collocutioni adhibebat, me interim rarius

---

[8] Ubi habere melius cœpero *3 H*. [20] Archepiſcopũ *A*. [33] *malim* primum eum et [35] quancũq; *A*. quancunque *2. 3*. [37] simularerit *3 H*. [38] collocutione *A*. ipso (*pro* me) *3 H*.

accedente, ne impedimento essem; at ille contra sæpe fortuito aliquo oc-
cursu nactus 'Ades' inquit, 'aliquid horarum studiis nostris subfurabor.'
Ferobino Hutteno affini meo in quendam doctorum hominum conventum §.23
producenti me ac dicenti 'Hic meus est, Itelvolfe', 'At non minus et meus',
ait, ad animorum coniunctionem referens quod ille de sanguinis propin-
quitate significaverat. Aliquando ab Alberto principe muneris loco CC au- §.24.
reos ad me referens 'Dat hoc' inquit 'literis tuis princeps'. Simul in aula
locum impetraverat, ubi ex Italia rediissem. Amabatur ab eo principe ad- §.25.
modum unice, lectus ob id aulæ præfectus, poteratque apud illum ut pau-
cissimi multum; diligebatur et a Cæsare Maximiliano; Marchionis Ioachimi
rebus magno adiumento fuit. Erat laboris omnis patientissimus et agebat §.26.
omnia indefessus, neque fere cessabat unquam. et hoc est, cur valetudi-
nem negligeret, cuius ergo fideliter a medicis monebatur, et obsecuturus
erat, siquid amore sic affecti erga se principis potuisset quiescere. Nimis §.27.
putabatur uxorum imperiis obnoxius, ob facilitatem naturæ. In eligendis §.28.
amicis primum et maxime literarum claritate movebatur, et facillime talem
quempiam accipiebat. in delitiis habuit siquod ad se carmen, aut siqua
epistola a doctiori homine scriberetur. memini quendam ex aulicis nobi-
lem, magnum aliquid nuntiantem aliquamdiu suspendere, dum carmen Bu-
schii, quod a me redditum acceperat, iterum atque iterum pellegeret. Quod §.29.
in quodam illum libro reverenter, ut par erat, affatus essem, hoc se mihi
debere ait et beneficii loco ponere; nam quæ ipse bene fecisset, ineundæ
amicitiæ occasione fecisse. Non passus est, quanquam splendida, ut ibi, §.30.
conditione oblata olim, persuaderi meis, ut in religionem quandam præci-
pitarent me, et abbati cuidam id agenti 'Tune hoc', ait, 'ingenium per-
deres?' Inter eos qui in literis otiantur, plurimum suspexit Mutianum Ru- §.31.
fum, ex epistolis et amicorum commendatione cognitum sibi; Vigilantium §.32.
qui anno abhinc tertio a latronibus in Suevis confossus interiit, vocabat
Germanorum disertissimum, dicebatque sæpe audire se Vigilantium, nun-
quam satis audire. Omnibus qui apud nos carmen scribunt, præferebat §.33.
Eobanum Hessum, cuius olim eclogas viderat, nuper etiam Heroidum Chri-
stianarum opus me afferente. Multum ante tribuerat Bohuslao de Hassen- §.34.
steyn Bemo, quem nobilitatis columen appellare solitus est, et mortuum
familiariter doluit. Ioannem Rhagium venerabilem patrem salutabat. Capnio- §.35. §.36.
nis causam quantum posset propugnaturus erat. Erasmi Roterodami in §.37.
quodcumque scriptum incideret, bene de Germania sperandum monuit, eius-
que declamationem quandam summa cum veneratione circumferebat. Nun- §.38.

---

[1] ipse (*pro* ille) *A. 2.* [3] Frobino *scripserit Hutt.* [4] est meus *2. 3.* [9] et (*pro* ut) *2.* [15] elegendis *3.* [19] nuntiantem, suspendisse *A. 2.* [20] Quid (*pro* Quod) *2. 3.* [25] Tune] tuum [sic] *3.* [28] Suevis] prope Ravensburgum. [31] ecglogas *A.* Christianorum *A. 1. 2.* Lipsiæ æst. a. 1514. publicatæ erant heroides. [32] Hassenstein *2. 3.*

dinis præterea cum esse Francofordii illum et simul Capnionem ac Her-
mannum Buschium intellexisset, cupidissime eo concessit; accidit tamen,
ut non videret Erasmum: nam quo die Socraticum, ut ipse ferebat, con-
vivium apparabat, vocaturus quicunque istic politioris literaturæ assertores
essent, morbo calculi præpeditus est et forte sequenti die abiit Erasmus.
§. 39. unde mihi succensuit postea, qui, illius abitum præsciens, non monuissem,
ac 'Dispeream', inquit, 'si unquam molestior mihi calculus fuit, hospitalitèr
§. 40. accepturo eum virum, quo maiorem non habet Germania.' Inter collo-
quendum cum de equitibus Germanis sermonem orsus 'nostri' ordinis ho-
mines dixissem, 'Utrius?' ait, intercepto sermone, 'equestris an literarii?
§. 41. nam huius et illius sumus.' Si quem ex optimatibus, qui literas non nosset,
laudari animadvertisset, huius ætatis esse aiebat, neque enim quæ prius
§. 42. acta sunt scire, neque posteritatis rationem habere. Pene etiam moleste
ferebat, si quis a senii prædicatione commendasset quempiam, 'tam brevi'
inquiens 'tempore omnia didicit?' Olim item iactantius ea re efferenti se
cuidam Marcho equiti respondit, duorum aut trium milium annorum, non
septuaginta aut octuaginta senium quærere se, ad literarum beneficia allu-
§. 43. dens. Nunquam non inter equitandum ex doctissimis aliquem autoribus
secum habuit, neque sine libris vidisse memini, alterum hoc armorum
genus appellantem: in soluta oratione dilexit Livium, ex poetis post Ver-
gilium Lucano dabat operam, cuius omnes orationes ac catalogos memoria
§. 44. complectebatur. Cum quidam ex doctis adiens illum oraret, ne hoc mo-
§. 45. leste acciperet, neminem doctum molestum sibi esse dicebat. Non semel
mihi familiarius conferens fassus est pœnitere se quod unquam suis con-
siliis induxisset Ioachimum Marchionem ad instituendam Francofurdiense
gymnasium, quoniam ab indoctis doctis possideri, non a Græce et Latine
§. 46. eruditis, ut ipse proposuisset, excoli cerneret. Aliquando aperiens ver-
bosas cuiusdam theologistæ ad se literas, lecto in salutatione illius nomine,
cui adscriptum erat 'sacræ theologiæ doctor', 'Utinam doctus esses', inquit
dimovitque ab se, non esse otium dicens, ut pellegere possit illiteratas
§. 47. literas, et eas tam arroganteis. fugiebat enim arrogantiæ opinionem, atque
igitur a Cæsare Maximiliano accepta laurea salutatus 'Orator et Iurecon-
sultus' non solum non usurpavit ipse hos titulos, sed et factum ab amicis
§. 48. hoc accusabat. Recte pietatem colebat, superstitionem exosus infensissime.
Forte fortuna cœnantibus nobis de Croto Rubiano, quicum mihi a primis
usque annis consuetudo fuit singularis, incidit sermo, cumque illi varie
commendarem veterem amicum et dixissem inter cætera obliquum in super-

---

[1] Francofurdii *2. 3.* Cf. Erasmi Spong. §. 377. [20] Virgilium *2. 3.* [21] et 3^{H}. [25] Francofurdiensem Scholam 3^{H}. [26] possideri, hanc non *3.* [29] Doctor, rectius, inquit, doctus esses, 3^{H}. [30] perlegat 3^{H}. [31] fug ... opinionem] Inimicus enim erat arr., cuius op. de se fugiebat studio. 3^{H}. [35] mihi] ut scis, *add.* 3^{H}.

stitiosos, in hoc prorupit statim, 'quam bellum mihi Crotum prædicas.'
Fratres prædicatores et theologistas Colonienses pediculos Capnionis appel- §. 49.
labat. Porro facetiarum autor non ineptus vel ex tempore fuit. cuidam §. 50.
offerenti sibi trivialem adversus calculum cuiusdam medicinæ synthesim,
subridens 'A coco' ait 'meo prius didici'. Cum diceretur quidam elegan- §. 51.
tissime scripsisse bellum Venetum, 'quam mallem', inquit, 'felicissime gestum'.
Iactabat alius quod in ore habebat vulnus, hoc dictitans 'In faciem hosti §. 52.
stabam', respondit ipse 'Et ille, ut video, tibi'. Concertantibus inter se duo- §. 53.
bus versificatoribus cum alter dixisset, aliquando melius carmen somniasse
se, quam quod adversarius ostenderet, intulit 'Crebro itaque dormi'. Ex §. 54.
electioribus sententiis has frequenter habebat in ore, 'Explorant adversa
viros' et 'Perducit ad ardua virtus'. Dicebat etiam frequenter, temporis
statum, posteritatis famam spectari convenire. Arguebatur ut qui præ- §. 55.
fecturas cupidius ageret; ipse sic interpretabatur, hoc se quærere, quod
in dignos postea conferret. Otii sui sedem Moguntium delegerat, ibique §. 56.
studium literarum, quale in tota Europa non esset, allecta ad hoc huma-
nissimi principis liberalitate, parabat instruere, partim etiam sua pecunia,
partim eiectis inutilibus professorculis et, quibus illi habentur, translatis ad
meliorem usum stipendiis. Occubuit igitur non modica studiorum iactura, §. 57.
quibus simul ac literatis omnibus consulturus erat in otio quod destinabat:
nempe omnem aulicæ consuetudinis molestiam exuere cogitabat, sæpe pro-
bans illud Mutiani consilium, qui missione a suo principe impetrata, scri-
barum decuriæ, in qua versatus erat, inscripsit: VALETE SOLLICITVDINES,
domui vero suæ BEATA TRANQVILLITAS. Hæc agens atque hæc apparans §. 58.
ante diem interiit bonus Itelvolfus: annum enim L. nondum attigerat. Cui
nos a diis immortalibus precari debemus omnia quæ solemus his qui cum
laude vixerunt. quod te facturum mecum non dubito, tam quia me amas, §. 59.
quam quia amari ab illo intellexeras. Hutteni vero casum ita tibi com- §. 60.
mendo, ut insignem atrocitatem cupiam in Italia quoque notescere. Vale.
Moguntiæ, Idibus Iunii, Anno Domini Millesimo quingentesimo decimo
quinto.

---

[1] hæc (*i. e. verba*) *A. 2.* hoc 3^{H}. [17] pecunia, deinde eiect. 3^{H}. [26] ab immortali Christo 3^{H}.

MOGVNTIÆ. **XXVII.** 29. IVN. 1515.

VLRICHI DE HVTTEN EQVITIS GERMANI
AD
LVDOVICHVM DE HVTTEN EQVITEM AVRATVM
SVPER INTEREMPTIONE FILII CONSOLATORIA.*)

VLRICHVS DE HVTTEN
LVDOVICHO DE HVTTEN GENTILI
SALVTEM.

§. 1. Omnes qui istinc ad nos commeant, narrare mihi solent, quam non
fortiter amissi filii casum feras. hoc ego primum, tua fretus rerum ex-
perientia, ut crederem, induci non passus sum; tot deinde certis indiciis
animadversis statui scribere ad te et siquam admonitionem meam acciperes,
hortari ne quid te indignum facias, neve pertinacius luctui indulgens ma-
§. 2. lum malo addas. Quod te per tuam senectam quam turbare non convenit,
per tuos liberos qui nunquam non debent summi tibi solatii loco esse, oro
ne conflicteris; utque proponas tibi, id quod perdideris, reparari non
posse; interim vero diuturno mœrore, quæ negligi abs te minime debet,
§. 3. tuam vitam atteri. Quod dii melius vertant quam tu, tanti animi vir, sic
in utraque fortuna exercitus, tam strenue olim in rebus versatus, sic de-
§. 4. cidas, sic adversis succumbas teque opprimi sinas. Certe duo sunt po-
tissima fortitudinis officia, adversis non frangi, et secundis non insolescere:
horum hoc, difficilius, ad effœtam usque senectam, splendida fortuna, egregie
abs te præstitum est; quo magis admiror in altero, quod facilius est, ali-
§. 5. quid abs te desyderari. Quotusquisque enim fortium est, qui non æquius
adversa ferat, quam prudenter secundis consistat? Si vero hunc casum tanti
facis, ut nullam decreveris consolationem admittere, nimis imparem per
tuos liberos amorem dispertiris, quorum unum mortuum magis curas, quam
§. 6. viventeis quatuor. Tuum tamen ibi iudicium nihil moror; saltem memi-
neris quid te deceat, atque intra officii tui limites verseris. Sane quod in
orbitate pessimum est, ut desolatos reddat, id a te longissime abest: nam

XXVIII. A = Indic. bibl. n°. XXIIII. 1. G. 2 = ibid. n°. 4. 3 = ibid. n°. 5.
3 H. = Hutteni emendationes. cf. Ind. bibl. l. c. n°. 5.

*) Plura quam Senecæ Ciceronisque Tusculanis aut eidem olim adscriptæ consolationi Plutarcho debet hæc Consolatoria, cuius Consolatio ad Apollonium (ed. Reisk. VI. 386 ... 463.) multa quæ in suum usum convertit Huttenus continet.

[2] Ulrici Hutteni ad Ludovichum Huttenum super interempto filio Consolatoria. *3 H*. [20] strenue *2. 3. et sic infra.* [21] potissima *omnes.* [24 sq.] aliquid pati abs *3 H*. [28] dispertis *3 H*.

solus non es: habes tres filios, optimæ spei iuvenes, atque horum maximus
natu Ludovichus et maritus est et pater; habes filiam, et ipsam matrem
ex claro equite Zeysolfo de Rosenbergk: ab his desyderium resarci tuum.
Sic lugere, sic proiici, ingrati deorum beneficiis animi est. neque unquam §. 7.
putabunt se amari abs te hi tam digni amore liberi, si se adeo negligi
viderint, ut nolis vivere et luctu vacare et se frui. Ita istum mortuum dole,
ut et hos agnoscas et tibi constes. Antequam tibi natus esset filius, talem §. 8.
quidem optabas tibi contingere, qualis hic fuit; sed et donec non contigit,
æquo fuisti animo, cum scires ad nostrum arbitrium nihil in rebus verti,
et siquid præter optatum nobis eveniat, neminem adeo stultum, adeo dementem esse debere, qui vel indignum hoc dicat vel accuset deum. Sed §. 9.
non diu est sperata abs te eiusmodi proles: sive enim aliqua dei benignitate, sive casu et propitia tunc fortuna, natus tibi raræ virtutis filius est;
atque is cum suapte virtute universam prius Germaniam studio sui inflammasset, occubuit: utrumque nihil est, et quod natus est, et quod sic interiit: cur enim magis doles ablatum, quam non nato solebas contristari?
Ac nescio an optatior ei mors accidere potuerit: occidit enim postquam §. 10.
clarissima optimæ indolis monimenta ac laudatissimam sui memoriam reliquisset omnibus, e desyderio ac opinione hominum de se optima, quæ per
Herculem mutari progressu temporis potuit, nunc et plena et solida permanet. Quodsi ex tuo voto mori debuisset, nonne hoc tantum optasses, §. 11.
ut aliquam probitatis ac innocentiæ famam post se relinqueret? at quis vel
nostra memoria vel patrum relatione ita mortuus est, ut eius vitam omnes
laudarent, mortem vero quasi communem quandam acerbitatem luctu ac
mœrore prosequerentur? Non hi, dico, qui in Suevis, Francis aut vicinis
iuxta locis sunt, omnes dico Germani significationem suæ erga tuum filium
voluntatis et vivo illo et mortuo dederunt. Iam longius quoque penetrabat §. 12.
eius fama, sed nondum tantus erat, antequam sic moreretur: ex morte
enituit, cuius illum novitas inextinguibili claritudinis splendore evexit. Illud §. 13.
itaque facile tibi concedo, dignum fuisse qui et viveret diutius et levius
moreretur; hoc nego, illustriorem famam vel levius moriendo vel longius
vivendo potuisse consequi. Utcunque tamen æstimas, necesse est ea quæ §. 14.
ceciderunt, ferre æquo animo. nam qui liberos procreat, hunc illorum
quoque casus ac fortunas spectare convenit. dare tuo filio vitam potuisti,
vitæ terminum statuere non potuisti. Quare hanc calamitatem quam vocas, §. 15.
non alia ratione evitasses, quam si non genuisses filium. at gignere qui
voluisti, cuius mortem ferre nolles? an minus ex natura est interire quam
nasci? Credo malles non genuisse, quam sic ablatum dolere; at illam
præclaram laudem non tulisses, in qua vixit, illam incomparabilem inno-

[3] Zeysolfus *Ludovici Hutteni gener.* [4] si projici *2*. coelestibus ben. *3 H*. [7] hos interim agn. *3 H*. [11] vel *delet 3 H*. [19.20] per Christum *3 H*.

§. 16. centiæ famam, in qua mortuus est. Cuius utriusque boni tantum tibi suis-
que omnibus reliquit, quantum ipse mereri potuit. etenim ille interiit;
gloria, fama, virtus, quod immortalia sunt, non simul interierunt: ipse
sic mortuus novum innocentiæ exemplum esse meruit, adeo ut sint qui non
§. 17. obscure voveant talem mortem pro diuturniore vita. Cum incertam tibi na-
torum vitam proposueris semper, certam ac ingentem tulisti laudem. quid
velles amplius? aut quare hac felicitate contentus non es, cum peiora ferre,
si evenissent, oportuerit? et tibi si optio data fuisset, nescio quid potuisses
melius eligere: tam difficilis est natura, tam variabilis fortuna, ut cui me-
diocriter bona eveniunt, nisi pro optimis accipiens diis bonorum authoribus
§. 18. gratias agat, ingratus censeri debeat. Non existimo tuum filium, si aliquot
annos supervixisset, deteriorem futurum; sed consuevit vetustate gratia
attenuari. iterum igitur dico, et feliciter, et optato tempore occidisse, tunc
cum amplissima omnium expectatio in illum coniecta esset, cum maxime
bonus, maxime ab omnibus amaretur. cuius virtutis siqua satietas conti-
§. 19. gisset, non tantum sui desyderium reliquisset. Nuncquid hoc solum optabas,
consequi tuum filium, si centum annos victurus esset? Optabas certe; verum
ille brevius mandata confecit: nōn est cur mortem accuses; quæ cupiebas
vitæ munia implevit; minoris quam tu volebas id quod volebas comparavit.
noli orare longam vitam ei cui brevis tam feliciter contigit. an tot prius
ærumnas, tot calamitates, tot animi ac corporis molestias, morbos ac do-
lores et id genus mala si exhausisset prius, beatiorem putares, ac de morte
minus quererere? Tecum ipse hæc reputa ac rem consydera et aude non
supervacuum istum tuum luctum dicere: quanquam est, cur lugeas, causa;
§. 20. cur in luctu desideas, non est. Exacerbavit hoc fortasse tuum dolorem,
quod atrocem in modum et multis vulneribus est trucidatus: desine mace-
randi te causas ipse quærere: properatæ hoc mortis est, non aucti supplicii.
infracte ferenti omnia graviora sunt; fortis et quæ magna et quæ parva in his
§. 21. rebus eveniunt, iuxta æstimat. Et nescio cur non feliciter magis quam misere
sic cecidisse dicam: utcunque enim hoc mortis genus æstimas, quia repenti-
num est, tantopere miserum esse non potest: neque captus prius est, neque
tortus, neque coniectus in vincula; cum minime suspicaretur, irruit in eum
tyranni furor. Qui prævidet malum, is metuit; qui nec prævidet nec me-
§. 22. tuit, dimidio mali exoneratus est. Iulium Cæsarem aiunt eiusmodi mortem
optasse semper et venientem intrepide amplexatum. Fortem quidem virum
pericula et calamitates probant, fœminis ista relinquenda sunt lugere, eiu-
lare, mœrore ac inedia conflictari. Mors nulla durior est, quæ miseriis
§. 23. nos exuit. Te neque frangi sic mœstitia decet, neque enervari desyderio

---

² ipse rapere p. *3 H.* ⁴ exempl. innoc. *2. 3.* ⁶ cepisti laud. *3 H.* ¹⁰ deo ... authori *3 H.* ¹¹ coni. erat *3 H.* ²¹ erumnas *A.* ²³ quærere *2. 3.* (*non norunt* e *et* æ *ac* re *pro* ris) ²⁶ est confectus *3 H.* ²⁹ nescio an f. *A. 2.*

eius quem reducere non potes, convenit. deinde sic adversis succumbere neque virile est neque firmi animi. An dubitas, cum omnia, utcunque cadant, accipienda sint, unum aliquid non esse fortiter ferendum? neque est consilium expectare, dum tempus istum tibi mœrorem leniat. Ipse potius §. 24. quid facere debeas cogita. quod a natura est, necesse et ex dei voluntate: si id iniquo animo fers, contra naturam facis, insipienter ac impie; certe vero si te invictum his motibus præstiteris, solida fortitudinis opinione celebraberis; sin abiectum ac demissum, primum nihil lucraberis, deinde hoc quoque quod habes, corporis vires, infirmabis, et mentis quietudinem turbatam reddes, ipsamque vitam luctu et mœrore conficies. Cur §. 25. igitur frustra conflictari mavis, quam quod irrevocabile est fortiter amittere, et, cum perdita reparare non possis, ipsum te, quod reliquum est, servare? Noli te affligere; noli in luctu contabescere; medere huic ipse ægritudini; sine hanc tibi miseriam leniri: mortalis erat qui mortuus est. Quod cum semper sciveris, cur nunc tandem nescire videris? tunc lugen- §. 26. dum tibi esset, si unquam credidisses perpetuo victurum. at exploratum tibi erat, posse mori primum, deinde omnibus etiam horis posse, ita, ut novum non sit mortuum esse hominem. Præterea eo mortis genere in- §. 27. teriit tuus filius, quod imprimis deo placet, scilicet innocenter trucidatus: at innocentes suos vocat deus, neque unquam magis irascitur, quam offensis illis. Tu quid ad rem facies, habes deum vindicem. Accipe autem §. 28. aliud si hoc est, quod fere sapientes dicunt, hanc vitam esse miseriam, dolendum censes tuum filium esse miserum desiisse? sunt item qui sic putent, optimum esse non nasci, proximum cito natum aboleri. quorum prius illud durius est, quam ut nobis conveniat; hoc secundum fere accipitur: nam si hic miseri sumus, quid prius optare debemus, quam ut ocyssime per mortem miseri esse desinamus et ad eam properemus vitam, quæ vita est? Nihil istorum non miserius morte iudico, servitutem, infa- §. 29. miam, carcerem, dedecus, luctum, dolorem et quæ sunt eiusmodi. Videndum etiam quemadmodum in rerum naturis suas omnia vices sortita sint: quæ nascuntur, virent primum, deinde arescunt et amisso succo emoriuntur; aliquando repente et ante tempus intereunt. hoc cum in floribus et herbis spectes, in hominum vita admirandum ducis et, quasi præter naturam sit, sic accipis? Neque istud rursum vides, non alia ratione mortem §. 30. vitæ comitem quam diei noctem adsistere? Cum liberi tibi olim nascerentur, id naturale quidem videbas; nunc, cum intereunt, non ignoras quidem naturale et ipsum id esse, sed nescio quomodo extra te evagatus, quorum maxime debes, non memor es. Ausim dicere, cum eo qui sic vita ex- §. 31. cessit, bene actum: nam cum mors sempiternæ libertatis initium sit, ille

---

2 neque iustum est *3 H*. 13 Medicare *A.2.* 36 quidem *om. 3 H*. 37 natura *3 H*. 38 Ausum *omnes*. 39 cum iustorum mors *3 H*.

iam liber est, nullisque ne minimis quidem malis obnoxius secure agit;
nihil in illum fortuna imperii habet, nihil omnes casus; tranquillus est,
§. 32. sui certus ac fidens; non cupit, non timet, non afficitur aliquatenus. Ne
igitur illi eum statum invide, in quo tu si esses, nihil minus velles quam
in hanc revocari semivitam. Iam illud ut Christianum est, ita nobis per-
suasum esse debet, non extingui cum corporibus animas. quæ si interirent
etiam, nihil tamen peius habere homo post mortem posset quam ante na-
tivitatem habuisset: modo nihil sentire, nihil prorsus moveri quis non malit
quam languere, angi, morbos perpeti, dolere, premi, sollicitari ac mo-
§. 33. lestias capere? Hinc fuit ille credo priscis fortibus mortis contemptus, tan-
tus etiam, ut eam ultro quidam sibi consciverint. Habes exempla, quibus
te consoleris: duo Decii non timuere spontaneam adire mortem pro patria;
Cato, ne in tyranni manus veniret, ultro se ferro induit. idem tunc Scipio
ac Iuba, post aliquantum Brutus et Cassius multique alii pro sua quisque
§. 34. libertate. Utque etiam fœminas hoc fecisse scias, Lucretia, Romana mulier,
pudicitiæ zelo hunc vitæ finem statuit; Cleopatra Aegyptia fortiorem sibi
§. 35. interitum usurpavit, quam hi mores digni essent. Sed eorum ad te magis
exempla pertinent, qui suorum fata æquo animo tulerunt. sive igitur fa-
bula est sive legentium fidem merētur quod de Troia scriptum reliquerunt
veteres autores, pone ante oculos tibi senem illum Priamum, ingenti animo
effœta iam ætate, suarum cladium spectatorem: et erant hæ acerbissimæ:
vidit enim tot filiorum neces, propinquorum ac suorum omnium stragem,
suæ civitatis, sui regni excidium, suarum opum direptionem, aspersus etiam
interfecti ante se filii sanguine. quid dici potest calamitosius? (et tamen
nihil animo cecidisse legitur, sed ut hæc spectavit, ita imperterrite mortem
§. 36. adiit.) At Antigonus rex Alcinoum filium non solum non flevit, sed diutius
etiam quam sperasset, vixisse locutus est; Pericles duobus filiis orbatus
candidati officium non intermisit et coronato capite prosecutus est con-
tionem; Xenophon cum filium in pugna occubuisse sacrificans audiisset,
sacra, ut cœperat, perfecit, cumque fortiter cecidisse nuntiatum esset, co-
ronam quoque, ut sibi detraxerat, reposuit; Æmilius Paulus publico gaudio
audita filiorum nece felicitati suæ congratulatus est ac diis gratias egit.
§. 37. Quid illum Græculum Anaxagoram commemorem, qui audita inter dis-
serendum filii morte parum substitit, mox in memorabile illud prorupit
§. 38. 'Sciebam me genuisse mortalem'? Nihil a mentis constantia dimovit Præx-
aspen Cambyses, qui cum filium illius sagitta transfixisset, scrutari astante
patre iussit, num cor quod petierat, vulneratum esset; nihil aliter Per-

---

13 Item *3*. 24 Et tamen nihil animo legitur, sed ut hæc spectavit, ita imperterrite mortem adiit. *om. A. 2. addit 3 H. sed aperte Münchius falsus est, nam aut* animo *non scripsit Huttenus aut verbum aliquod addidit, ut a me additum est* cecidisse *vel simile.* 27 loc. est]=ipse dixit. 30 Cunque *A. 2. 3.* 31 Aemylius *A.* 37 alter *A.*

sarum rex Harpagum, cui filios epulandos apposuit, et comestorum capita ostendi præcepit. Pudebit aliquando legi æquius Q. Martium unici filii §. 39. mortem tulisse, quam te ex quatuor unius: et ille quidem statim a funere ad senatorium munus rediit; tu duos iam menses tristitia conflictaris. Vis §. 40. et fœminarum in hoc genere fortitudinem audire? Duodecim liberorum obitus strenue tulit Cornelia Romana, Rutilia Cottæ filii, Livia Drusi; et, ut ex sacris ponam aliquid, illa Machabæa mulier quanta tibi videtur, qua munita fortitudine, quæ septem integra ætate filios supplicio affici vetula non spectavit modo, sed et hortata est ad fortiter ferendos cruciatus? Age autem §. 41. ut mittamus antiqua ista, quale hoc tempus fortitudinis exemplum tibi obiicit? En illum vide Maximilianum Cæsarem, qui, in tanta fortuna, unicum filium iniquissimo tempore amissum quomodo tulit? certe tantum a plebeio illo luctu abfuit, ut et bellum, quod in Venetos erat iam ante meditatus prosequeretur, et Geldrorum conatus reprimeret ac novos in Pannoniis motus sedandos curaret. Et erat is filius non solum talis qualem hic pater §. 42. sibi vellet nasci, sed et Asiam et Europam sui admiratione attonitas prope fecerat: id quod eo mortuo cognitum est: tantum enim ab interitu illius ausi sunt finitimi, quantum in vita timuerant. flevit præterea illum Germania, luxerunt Hispaniæ, Burgundionibus spes sua intercidit, Pannoniæ deum accusarunt: habebat namque omnes summorum principum virtutes consummate, iustitiam, liberalitatem, temperantiam, fortitudinem ac supra ætatem prudentiam. deinde tantas iam res gerere cœperat, ut nihil non sperare de illo ausi sint ii populi quibus præfuit. Noli te his Romanis, §. 43. Græcis ac Persis partim fœminis inferiorem, fortunas vero tuas his Cæsarianis superiores putare. nihil te indignum censere debes, quod ille mundi dominus æquo animo tulit. Quod si quam in ultione huius parricidii cupi- §. 44. ditatem posuisti, dubius esse in spe potes, fractus minime debes: vides quæ ad votum sunt tuum parata omnia, opem, auxilium, armorum et consiliorum fiduciam; coniurasse nobiscum tantam equitum multitudinem, quantam in ullo unquam rerum motu Germania vidit. tot præterea comites, deinde aliquot etiam principes polliciti ultro nobis sunt quæ possint. Sed §. 45. nos optare debemus minime, ut ad arma res perveniat; quæ tamen provisa esse nihil impedit, quandoquidem ad externa iste auxilia fertur adspirare: et prius omnia certum est experiri, quam nostris armis turbetur Germania: bona itaque spes est consecuturos omnia nos ea quæ iure debentur, et istum sine nostro periculo, sine publico tumultu quas debet pœnas nobis daturum, cum quia ingens et sine exemplo est hoc scelus, tum vero quod, nisi puniatur, timor est omnia omnes ausuros. Certe talis §. 46. est Cæsar, qui hanc de se hominum opinionem non deseret; recedere ab

[7] ponam] afferam *3 H*. [13] et *om. A. 2*. illo] *malim* ille [21] consumate *2*. [26] fert] tulit *3 H*. unquam *3*. [28] et] ac *A. 2*. [29] fidutiam *A*.

innata sibi æquitate non volet; propter istius salutem famæ ac existimationis suæ discrimen incidere nolet; talem se præbebit iudicem, qualem hæc causa expetit. quid quod infensissime isti iratum esse constat? quod ego futurum iam statim admisso parricidio monui: nam eam sciebam esse naturam, ut non posset non familiariter misereri huius nostri casus, et illud atrocissimum post natos homines facinus commotissime odisse. quare nihil minus suspicor, quam fore, ut nos in tantis malis solatio dignos non
§. 47. putet, istum tanto admisso scelere supplicio subtrahi sinat. Quæ huiusmodi etiamsi in nostram spem non caderent, neque aliud aliunde solatium tibi propositum esset, tamen meminisse deberes virum esse te et id ferendum quod mutari non potest. at sunt omnia spei plena; omnia consolationem adferunt; quocunque te vertas, aliquid resultat tuis votis consen-
§. 48. taneum. Quam autem excitare hoc te debet, quod in omni iste ordine despectus est? nemo salutat, nemo familiariter confert; omnes abhorrent ac in nominis quoque huius commemoratione subsistunt; conspectum tanquam pessimum aliquod omen accipiunt; omnes in illum expuunt, omnes detestantur, ac velut execrabile quoddam malum extra fines humanæ con-
§. 49. versationis proturbandum iudicant. Atque hæc quæ scribo, talia sunt, ut nullo non sensu ad illum perveniant: audit probrosam sui commemorationem; videt alienatos ab se hominum vultus, se odio esse publico; neque foris hæc magis, quam intra suam domum, in suo prope conclavi. quo quid posset tibi felicius contingere? porro nihil in luctu tanti, ut consumi
§. 50. luctu velis ac defluere tristitia. Redeundum præterea ad officia tibi, et habenda rerum necessariarum cura, quo ne nostram nobis de te spem præcidas et inimici, qui te sic contritum volet, cupiditatem saties. Vale. Moguntiæ III. Calñ. Iulii Ann. M.D.XV.

STECKELBERG. **XXVIII.** 1. AVG. 1515.

VLRICHVS DE HVTTEN EQVES MICHAELI DE SENSHEYM CANONICO HERBIPOLENSI SALVTEM.

§. 1. Studiose aiunt perquirere te quid in literis hoc tempore pro Francorum, ut tu ais, gloria elaborem et omnino quid scribam. Profecto non nihil effectum est, sed præter tuam spem: videlicet, unde minime possit

---

XXVIII. A = Indic. bibl. n⁰. XXIIII. 1. ℨ 2 = ibid. n⁰. 4. 3 = ibid. n⁰. 5.
3ᴴ = Hutteni emendationes. cf. Indic. l. c. n⁰. 5.

---

4 quod (*pro* nam) *A. 2.* 5 misereri infelicis casus et atroc. *3ᴴ.* 13 in *om. A. 2.* 23 Red. tibi propterea ad off. *3.*
30 Herbipolensi *om. 3.* 33 et ... scribam *om. A. 2.*

hæc, quam tu captas, Francis gloria resultare. neque ego, ut placerent
quæ scripsi, id studui, sed ut quam minime displicerent; cum quia triste
argumentum et res talis, cuius commemoratio bonis omnibus molestissima
est, tum vero quia adhiberi cura non potuit ac pene tantum calamo per-
missum est, quantum impetus et quæ tunc erat animi commotio ingessit.
Deploratio est in occisum Huttenum versu heroico, et epistola ad Ludo- §.2.
vichum senem consolatoria, deinde in occisorem, quandoquidem iudicium
paratur, accusatio. Quo scribendi genere, quod omnes sciunt, nunquam §.3.
me exercui prius, nunc autem coacte magis quam fortasse feliciter. et
quomodo aliquid scriberem auribus dignum, qui sine libris essem, nec
essem quietus, et ut rectius dicam, qui nusquam sum? vagabar enim hinc
inde, ut qui paternas quasdam rationes exigerem. Quo factum, ut maiorem
huius orationis, si meretur dici, partem in equo et itinerando composuerim,
reliqua in sylvis et illa nostra arce, nullis plane studiis obnoxia. Quid ille §.4.
igitur, quem nosti, Romanus Mulio ubi videbit, iudicabit? credo non re-
prehendet, ut qui versus tantum solitus est, de hisque non magis perite,
quam qui imperitissime: quid enim de literis iudicaret, proh Iuppiter, qui
tam habet ipse nullas? at iudicare audet insolens. quare etiam molestis- §.5.
simum hoc mihi accidit, quod anno præterito contentionem super quodam
ex Cæsaris commentariis loco movit, cumque ego quæsivissem, numquid
aliquando legisset hunc authorem, respondit audivisse nuper legi, pro mensa
eius episcopi, cui Romæ servierat. concessi flagitiosæ hominis audaciæ
et sua eum inscitia satis derisum deridere ultra contempsi. nam quis cum
tam inerudito de eruditione contendat, ut qui indicem quendam Cæsaris
commentariis adnexum inter Cæsaris scripta numeret? Sed et in alio osten- §.6.
dit se: cum enim poetam salutari me forte a quodam animadvertisset, se-
denti prope intulit 'Versificator potest esse hic?' audierat quippe et ipsum
id, quoties a stabulo vacaret, plerosque versificatores esse magis quam
poetas. Miranda res profecto, eum qui annos quatuor mulos Romæ cu-
raverit, tantum operæ interim potuisse literis dare, nisi et asini Romæ li-
teras docent: nam nullis ibi doctoribus operam dedit. sed mihi quæso §.7.

1–4 *Locum* neque ego ... molestissima est *lineis inductis ab auctore deletum et post adposita nonnulla verba* maxime tum vero *legi velle Huttenum significasse adnotavit Münchius, qui, ut artis Latine tam legendi quam scribendi plane imperitus fuit, illa verba interpretari sese non posse non solum ipse fassus est, sed probavit etiam, cum adiceret fortasse legendum esse* resultare, studium fuit. Quare etiam valde, ut accepturi ea istic sitis, cum quia odio summo est huiuscemodi argumentorum, tum vero *quæ sine sensu esse præter Münchium nemo non viderit.* 6 epistola *om.* *3H*. 10 libris fui tunc, neque fui q.... dicam, nusquam essem? *3H*. 11 arce, literarum studiis minime obn. *3H*. 15 leget (*pro* videbit) *3H*. 17 quam de aliis. *3H*. proh Christe, *3H*. 19 quod cum anno ... loco movisset. ...legisset eum a.... Concessi hominis impudentiæ, et *3H*. 20 nunquid *A*. 23 sua cum *2. 3*. derideri *3*. 28 vocaret *2*. vac. a st. *3H*. 30 op. int. *om. A. 2*.

quanta iniuria molestus est! quod homines inepte de me iudicant, eam in me
culpam torquet: quando enim arrogavi mihi divinum poetæ nomen, immo
quando non tantum ab eiuscemodi ambitione abfui, quantum ille ab omni
rerum et doctrinarum cognitione sycophanta? Placeat igitur sibi, ut valde
placet, ac indicet, et habeat sententiæ adstipulatores suæ istos suos con-
stabularios; ego me ex aliis formo et huiuscemodi hominum vel laudem
§. 8. vel vituperationem iuxta æstimo. Tu sive hæc quæ mitto leges, sive non,
neque enim hoc ægre feram, neque illud magnopere cupio, tantum hoc
stude literis, ne istos audias ineptos censores, qui in re sibi penitus in-
cognita arguti esse volunt: nihil habent enim, quo possis melior fieri.
igitur quantum in disponenda vita mores tui a vulgo canonicorum absunt,
tantum in tractandis studiis fuge istorum consuetudinem, qui nusquam
§. 9. illiterati magis sunt, quam ubi de literis agunt. Iam decrevisti, id quod
profiteris curare unum, sacras orationes et cantiones, mecumque repre-
hendis tuæ sortis homines, qui neglectis his quibus addicti sunt, alendis
equis et canibus omnem operam impendunt, plurisque faciunt bene sagi-
natam caniculam unam aut assuetum sinistræ accipitrem, quam omnem
omnium sacrorum suorum rationem. male, per fidem! non utiliter expen-
§. 10. dunt enim demandatum sibi talentum. nihil præterea magis isti contem-
nunt quam literas et cum literis literatos ipsos; atque in his persequendis
quosdam plane tyrannos agunt: suas venationes, suas libidines, suas per-
§. 11. græcationes, suos ventres numinum loco venerantur. quidam et pecuniam
colunt, eique soli operam dant: quorum unus Moguntiæ nuper ausus est
serio dicere nihil esse homines sine pecunia, eum autem qui pecuniosus
sit, facile omnia quæ ad animorum et corporum emolumenta sunt neces-
saria, habiturum. O execrandam hominis vocem, o crudelem orationem!
esse quenquam adeo avaritia excæcatum, ut vilissimæ rei omnes humanas
actiones, ipsa quoque officia et virtutes posthabeat, quique putet auro
sanctissima vitæ munia comparari, haud aliter quam populares istos vulgo
§. 12. favores, clientelas ac adulatorum comitatus! Quem ego eo tuli molestius,
quod et literas aliquando didicit et pro docto habetur: visus est enim mihi
§. 13. authoritate sua in hanc sententiam abducere alios. Sed missos faciamus
istos præposteros canonicos. tu derelictis nugis ac nugatoribus id quod
facis, tua age tantum. interim in hoc luctu nostro calamitosum senem,
§. 14. quoties incideris, consolare. Ad tuam profectionem Hierosolymitanam opto
tibi omnem felicitatem et quam mereris fortunam. Vale feliciter. ex arce
nostra Steckelbergk, Calendis Augusti.

---

4 rerum ac *A.2.* 9 literis *om. A.2.* inc. aliquid scire videri volunt. *3ᴴ.* 11 orationes, sacras c., et mecum *A.2.* 16 equis ac *A.2.* 23 eique uni *A.2.* 25 anim. ac *A.2.* 29 comp., velut pop. *A.2.* 32 facimus *3.* 37 Steckelberg. *3.*

EX CASTRIS BOIORVM APVD BVDAM. **XXVIIII.** D. 8. SEPT. (A. 1515?)

FABIVS ZONARIVS VADIANO.

Ex castris Boiorum apud Budam octavo Septembris.

Ego, Vadiane, iam ante triennium tibi scribere debebam. quare idem non effeci, nihil aliud impedimento fuit, nisi mea peregrinatione interdum laboriosa, interdum sollicita impeditus fuissem, quamvis Ulrichus Huttenus, homo in nostris castris eruditus et examinatus, idemque meus familiaris, tanquam mandatarius legatus persæpe eius literis rogabat, si nobis facultas unquam scribendi daretur, eius nomine nostrisque verbis salutarem plurimum.

XXV. Ex cod. Sangall. tom. XI. n⁰. 230.

VORMATIÆ. D. 24. OCT. A. 1515.

Vide infra num. XXXI. ad Erasmum epistolam Hutteni.

XXX.

Superioribus epistolis alia ad causam ducis Virtenpergensis pertinentia documenta scriptaque varia statim subicienda esse videntur, quamvis seriem chronologicam non nihil interrumpant.

1.

1) D. 10. NOV. A. 1515.

2) D. 16. IVL. A. 1516.

[Ausschreiben Ludwigs und anderer von Hutten gegen Herzog Ulrich von Wirtemberg.]

Allen vnd yeden Chůrfürsten Fürsten Gaistlich vñ weltlich Prelaten Grauen Freyherrn Ritterschafft Steten vñ gemeinden, Außgeschlossen dem nachbenanten thyranischẽ Her=|tzog von Wirtemberg: Entbeút ich Ludwig von Hutten Ritter, mein vntterthenig willig vñ freúntlich dinst vñ gůtten willen, wie mir gegen einem yeden nach | seinẽ stand gezympt zůuor, Gnedigsten vñ gnedigẽ, auch lieben herrn vñ gůte freúndt. Ewr gnad vñ jr haben onzweyuel auſs offem gerůch gehort, wie bőßlich vñ erbarmlich der Hertzog võ |

XXX. 1 = Exemplum (Monachii apud Ioann. Schobßerum?) impressi libelli qui servatur in archivio regio Monachiensi, quod exacte transcribi curavi. 2 = Exemplum impressi libelli qui servatur in regia bibliotheca Monachiensi (Ded. 190. fol.), quod ipse exactissime transcripsi. Hoc ab illo nisi in rebus ad orthographiam pertinentibus non differt, exceptis paucis locis, quos in adnotatione significavi. Exemplum *1.* retinuerant Hutteni, 2. postea publicarunt. Cf. *L. F. Heyd Ulrich Herzog zu Württemberg. Tübing.* 1841. 8⁰. I. p. 408. 3 = I. C. Freyh. v. Aretin Beyträge zur Gesch. u. Literatur. München. April. 1805. (s. vol. IV. fasc. 4.) 8⁰. p. 309... 409. exemplum 2. non satis adcurate repeti curavit.

* De hoc Zonario vide supra n⁰. XII.

Wirtemberg Hanſſen von Hutten meinen lieben Sun ſeligen ſeinthalb ganz vnuerſchuldet ermordet vñ zuſchmehen begert hat. Vñ dieweyl ich nachgemelter böſhafftigen ergangner that | ſtettigs willens geweſt bin ſolche böſe that ewrn gnaden vñ euch mit vnttertheniger freüntlicher clag anzuzaygen, So hat ſich doch das auſs etlichen verhinderungē: das die durchleüchtigen | hochgeporen vñ hochwirdigen Fürſten vñ herrn: herr Ludwig Pfaltzgraf bey Rein vñ hertzog in Bairn ꝛc. Chůrfürſt, vñ herr Lorentz Biſchof zů Würtzburg vnd hertzog zů francken mein | gnedigſte vnd gnedige herrn auff Keyſerlicher Maieſtat beuelch, bey mir auff gütlichen vertrag deſhalb gehánndelt Vnd ſunderlich das mich die Landtſchafft des landes wirtemberg in den | ſachen biſs zů künfftigen landtag auſs etlichen fürgeſchlagen vrſachen von jrem herrn zůclagen vnnd anzůzaigen ſtillzuhalten gepeten vnnd angeſucht: biſzhere verzogen: Dieweil ſich aber die | ſachen in die harr verziehen. vnd alſo meins Sons ſeligen vnſchuld, auch die groſſen ſchmach: ſo mir, meinen Sünen vnd freüntſchafft deſhalb durch bemelten hertzogen zůgeſtellet ſtillſwey-|gend vnttertrucken zůlaſſenn nit gepůrn will: Darumb ſo bit ewr gnad ich vnttertheniglich vnd euch freüntlich vnnd gütlich: jr wölt geſtalt ſolcher ſachen auſs dyſer meiner nachuolgenden | warhafftigen ſchrifft gnediglich vnnd vnuerdrieſzlich hören. Nůn hab ich nit wenig beſchwerde: alls got weyſs: vnnd ich vor allen mennſchen bezeüg, Sunderlich einen Fürſten des hayligen | Reichs, oder vil einen myndern Fürſten des hailigen Reichs, der maſſen zůbeclagen vnd anzůziehen: Bin aber doch durch gedachten Hertzogen auſz ſeinenn vnfürſtlichen vnadellichen ſchent-|lichen wercken mit ſolcher vbermaſz dartzů lender gedrungen worden das ich ſolchs auſz groſſer notturfft vnd fürnemlich zů rettung mein vnd meiner Sün angetaſte Ere: vñ glimpf nit vmb | geen kan. der vnzweiuelliche hoffung Ewr gnad jr vnd meniglich werden mich nach geſtalt diſer groſſen vnd boſzhafftigen ſachen des vngnedIglich vnd zů vngůt nit verdencken. Vnnd hat | mit der kurtz (wie ich des zům tayl aigens wiſſens: vnd zum tayl von anndern warlich bericht hab) die geſtalt.

Biſs auf vorgemelte böſe ergangne that: bin ich genantem Hertzogen von Wirtemberg vor anndern Fürſten meins vermügens in aller vnttertheniger ertzaigung willig vnd bereyt geweſt: | Auch jm in etlichen ſeinen nottſachen für einen armen Ritter nit zů kleinem nutz gedienet, vnd jm ſunderlich zehentauſent güldin auf ſein einig brief vnd Sigel ein jar lang on allen nutz gelihen. | die er mir noch auf diſen tag biſs in das viert jar nit bezalt hat, das ich allein darumb melde: das daben des hertzogē vndanckbarliche boſzhait deſterbaſs verſtanden werde. Jch hab mich auch | aller gnaden zu jm vertröſt: vnd darumb genanten meinen Sun ſeligen vor etlichen jarn auf ſundern vnttertheniger vertrawen zů jm gethon: vñ jm den auf das vnttertheniegeſt vñ treülichſt | beuolhen, den er auch der geſtalt mit gnediger verwerung angenomē hat. Daraus vermercht wie hoch ich jm leibs vñ gůts vertraut: das ich (got ſey es geclagt) böſen lon entpfangen hab. |

Jn ſolchem dienſt ſich gedachter mein Sun ſeliger gegen dem hertzogen vnd ſunſt ſo redlich Erlich vleyſſig vñ treülich gehalten: das alle bekante (on rům zůmelden) ſein gehabte tugendt vñ | gůte ſiten: Auch leibliche wolgeſtalt vnd ſchicklichait loben, vnd ſeinen jamerlichen tod deſter mer mit mir beclagen: vnd alls er etlich zeyt in ſolchem dienſt geweſt: hab ich jne (des noch nit ein | jar vergangen) zů Cunrat Thumben des gemelten hertzogen Marſchalcks tochter einer erbern tugentlichen junckfrawen verheyret dabey noch mer, zuuermercken iſt, wie mein Sun vnd ich in | des hertzogen lannd ſunderlich freünt-

[10] ſtillzehallten vnd gepeten angeſücht *2. 3.* [11] harr] larr *3. falso.* [17] oder.... Reichs (Reychs *2*) *omisit 3. per neglegentiam.* [30] mir ... hat] die er vier jarlang jnnen behallten hat *2. 3.* [34] das *omis 2. 3.* [36] das ich ... entpfangen hab. *omiser. 2. 3.* [41] des ... vergangen] (des nit vil vberain halb jar vor ſeiner entleibung vergannģen) *2. 3.* Tumben *3.* [42] einer ... junckfr. *omiser. 2. 3.* verheyrat *2. 3.* [43] Sun ſäliger vnnd *2. 3.*

schaft vnd zů neygung gesucht, vnd wie hoch wir bede vnser vertrawen auf den selben vngetreüen Hertzogen gestalt haben. |

Als ich aber nach mals den selben meinen Sun notturftiger gescheft vnd sachen halben zu mir zukomen erfordert: vnd er deßhalben von dē Hertzogen erlaubnus gepeten, ist jm die etlich zeit mit | aufzüglichen antwurten gewegert worden: Das aber mein Sun seliger, vnd ich nit auß vngnaden, sunder der meynung: das jne der hertzog nit gern von jm liesse verstanden haben: damit ich | dañ solchen meinen Sun säligen dester füglicher zu mir bringen, vñ was zu anrichtung seins neüen eelichen wesens die notturft erfodert, dester statlicher mit jm reden vñ handeln künte: hab ich | einen anndern mein Sun Ludwigen gen Stutgarten zu jm geschickt vñ jm sagen lassen mit sampt demselben zu mir zukomen: darauf mein Sun seliger vom hertzogen erlaubnus gepeten mit | anzaigung wie ich seinen Brůder Ludwigen nach jm geschickt habe: der desselhalben auf jne warte, solche erlaubnus jm der Hertzog damals nit abgeschlagen vnnd jm gůte falsche wort geben | Als aber der Hertzog domals von Stutgarten zureyten fürgenomen: hat er meinen Sun seligen in gnedigem schein mit jm reytten heyssen: So wölle er sich mit jm vntterreden vnd handeln wie | sie lenger beyeinander bleiben: vnd jm alßdañ zu mir zureyten erlauben: wie dañ mein Sun seliger Ludwigen seinem Brůder der vorgemelten massen auf jne gewart, vnnd etlichen anndern treffe-|lichen personen am wirtembergerischen hof als bald alles zuerkennen geben vnd keiner vngnad besorgt, sunder sich gnediger erlaubnus versehen hat: deßhalben er auf des hertzogen begere vnnd | gehens (als vorstet) mit jm on harnasch auf einem kleynnen vnachtparn pferdlin, auch kein anndere werher dañ einen degen bei jm gehabt geriten ist. |

Aber der Hertzog hat sich des tags zu solchem Ritte an vngewonlichen haymlichen enden angethan, vñ sich mit verporgenlichem harnasch vñ anderm dartzu geschickt seinen bösen mördisch|en vngewarneten willen vñ fürsatz an meinē Sun seligen zůuolbringen Vnd am heraußreyten hat der Hertzog im veld all: die er besorget jm an solcher that verhinderlich sein möchten (einen | nach dem andern) von jm geschickt: Also das er allein meinen Sun seligen vnd noch einen knecht bey jm behalten hat. Mit den beden er yetzo disen vnnd dañ ein anndern weg geritten ist: dem | mein Sun seliger als der gehorsam nachgeuolgt vnd auf gnedigen beschid gewartet. Nachmals hat der Hertzog den gedachten knecht: der einig bey jm vnd gedachtem meinen Sun seligen ge-|west absteen heyssen vnnd jm sein stegraif vñ sporn anderst machen vnd gürten lassen: zu dem selbigen mein Sun seliger gedachtem knecht das pferd gehalten hat alles vnbesorgt des Hertzo-|gen fürgesetzten boßhafftigen willens.

Vnd als der Hertzog vmb verborgenlicher volbringūg willen fürgesatzts boßhafftigs mordts meinen Sun seligen biß in ein holtz durch gütliche ertzangung mit jm bracht: hat er den knecht | auch von jm auf ein wart geschickt: wie ich des alles bericht entpfangen hab: vnd fürter mein Sun seligen, als einen blossen vnbesorgten menschen elendiglich vnd jamerlich erstochen vnd er-|mordet: vnd jm Syben tötlich wunden vnd stich gethan: die also an seinem todten leib funden worden sind: Solchs vnschuldigen mördischen erbärmlichen blůtuergiessens der mördisch thy-|rannisch Hertzog, aus vberflüssiger boßhait nit gesettigt gewest: sunder den todten Cörper meins Suns seligen: vnd damit mich: auch anndere meine Sün: vnsern stamen vnd früntschafft | auf das höchst als jm müglich gewest

---

Dann Ee sie wélt jr Eer verliessen
Und fieng da an mit ougen naß
Dardurch ain mensch mag hie uff erden
Damit stilt sie syn grimmen zorn
Nichts handelt zu derselben frist
Sobald er nun dasselb befand
Und ließ Ir ain gefengknus machen
Und ließ sich merckhen solcher massen
Daryn wolt er die fromb und schon
Was er darnach hett fürher glesen
Damit vermaint er durchzudringen
Der nie die syn verließ in laidt
Das sy vor synen aigen Räthen

Darinn wurd er groß wunder héren
Mit Wuthery und mancher that
von erst von dem von Hutten schryben
Noch hangt er in Recht wie ein Dieb
Welcher die sachen recht bedecht,
Ich main nit das es hab gethon
Allein der mann im routen bart
villycht so ist jm gelts zerronnen
Ich will der frommen fürsten schonen.
Warumb er solch mord hatt gethon.
Sich lont nit alle ding mit gelt,
Gestifftet hon mit geldes soldt.
Erhenckhen selbs mit spott und schand
die lass ich fallen diser frist
die that die läßt sich doch nicht stillen
Es hatt der art und Wesens nicht.
Er mocht die sach selbs nie vernaynen
Ist offembar und liegt am tag.
da er die sach wollt bschainen mitt,
und meynt mit seiner gmahel eer
Begert das sie mit jren henden
Wie er jr den selbs fürher laß.
Als ob sie jm in hulden schon
Haimlich by wol vertrawter handt,
darby all mengklich jung und alt
Als ob sie hetten Laster pflegen
das was ein lästerlicher schick,
das henckhen das er hett gethon.
Wa sie nit geb den Willen dryn
zur selben stund von sinen henden.
vor augen sach den grimmen zorn,
In gréssern nétten was sie nie
Sie nit an jren Eern bekrenckhen
uff erden nie mit khainem mann
wie er syn sach möcht machen schlecht
Ee wolt sie fry den tot erkhiesen
In zu ermanen alles das,
zu milt und giet gezogen werden
das er gegen der usserkhorn
Darby es deßmals bliben ist.
von stund da gieng er glych zu hand
Doch thet er das uff haimlich sachen
Er hets sym vatter machen lassen
On all Ir schuld verschlossen hon
Deß müst die fromb syn schuldig gwesen
Doch gott ain herr ob allen dingen
Der schickt es aus barmhertzigkhait
Die deß bericht empfangen hätten,

---

[2] Utz] = Ulrich. [32] knew] knie [35] schlecht] = schlicht

Durch brieff und schrifft gewarnat ward
von stund da hat sie uff der fardt
Sollichs jren brüdern khund gethon
Die honds in nötten nit verlon
Sonder mit Eern und glückhes hand
Sie bracht aus Würtemberger Land.

— — — — — — — — — —

Noch schryb ich von aim wunder list,
Der zwayen sonst begegnet ist
Die an jr gwarsam waren dretten
Nun das sie Wildbrät gessen hetten.
Der ain ist Barthlin Moutz genant
Der ander manchem man bekhant,
Syn marstaller ist er gewesen,
Jr khoinem wolt er lassen gnesen.

[Täuscht sie und läßt sie zur Folter bringen]

Das ist allein darumb geschehen
Er maint sie sollten ding verjehen
Damit er sie möcht lyblaus machen
Und ist doch gwesst allein umb sachen,
Der sie zuuil von ihm hond gwißt.
offt untruw selbs jrm herren mißt.
Also geschach jm an der stund
da er mit pyn und falschem grund
Und mit der fromben sterbensnott
Bedecken wolt den schmehen todt.
Den er dauor selbs hett begangen
An dem von Hutten mit dem strangen
Da bracht er erst herfürher das
vor lange zyt verborgen waß.
Hett aber Barthlin geld genommen
und den Edlen und den fromen
Von Hutten wöllen lybloß machen
Als jm mit ernst und auch mit lachen
Der hertzog offt hat zugemuth
So wer syn sach beliben gutt.
Und hett diß nott nit dörffen dulden
Da er sich aber siner hulden
Ee gantz und gar verzyhen wöllen
da hat man jn und sein gesellen
Mit tod vom Leben wöllen pringen
Daß sie nit sagten von den dingen
So ist es grob darneben gestochen
Und der aiß gar uffgebrochen.

— — — — — — — — — —

12.

Außzug auß einem von einem Anonymo verfertigten Extracte und Indice aller Historisch Wartenbergischen Sachen Verträg und Instrumenten ab Ao 1482 ad 1605.

Ao 1515 hat Sich ein Leidiger Fall mit H. Ulrichen | und einem Fränckischen von Adel so Ihro Frstl. Gnaden | Liebster Diener gewesen, Hanß von Hutten genandt | zuge-

MS. Burckhard. Guelferbytan. „Collectanea de vita ac scriptis Ulrici de Hutten.“ fol. 319, sq.

[Jo. Ja. Burckhards Hand:]
Extr. ex fratris Georgii epistola, d. XVII. Ian. CIƆIƆCCXXIV scripta: — — beygefügt, was der H. ghbte Rath Baron von Stain de morte Io. Hutteni procuriert. Der Anonymus ist der alte Ober Rath Pregitzer; und wäre nicht uneben gewesen, so der Extract vor publication des Partis III. eingelauffen wäre.

Huic scripto in collectaneis Burckhardianis (fol. 317. sq.) *praemissa est epistola Wolfenbutteli d. 23. Febr. 1722. ab alio Burckhardi fratre ad eum scripta, ex qua has fabulas enotasse iuvabit:*

...Der Herr Geh. Rath von Stain hat vergangener Wochen bereits nacher Stuttgardt geschrieben, umb aus dasigem Archiue einige Nachricht von der huttenschen affaire zu erhalten, als wovon er unterschiedliches allda gelesen zu haben sich wohl erinnert. Die Hutten

tragen, den Hertzog Ulrich in dem Boblinger Wald | auff der Jagd erstochen, weil Ihro Frstl. Gnaden etliche | Zeit hero einen Argwohn auff ihn gehabt, alß wenn er | zu viel Gemeinschafft mit Ihro Frstl. Gnaden Gemahlinn | Fraw Sabina hätte, darinn gemeldter Hertzog viel=|mehr gestärcket worden, indem Er auff der Jagd an des | von Hutten Hand einen Ring gesehen, so ihm nicht ge=|fallen, dann Hß von Hutten damahlen in dem Schos in | geschlaffen, Selbiegen Tages zwar hatten Ihro Frstl. Gn: | mit ihme nichts angefangen, am andern Tage | aber wie gemeldt, denselben in dem Boblinger Wald | mit 7 Wunden und Stichen in Beyseyn eines eintzigen | Edelknabens umbgebracht, darauff dann der | Hertzog von S. Pferd abgestanden, den Zügel von | Hß Hutten Pferd genommen, und den Erwürgten | an einem Baum Selbsten gehanget und ihn allda hängen | laßen. Hertzog Ulrich sitzet wieder auff Sein Pferdt | welches, wie auch S. F. Gn. gantz schweißig voll Blut ge=|wesen, kommet wieder zum Hoffgesind und hatte dz | jagen ein Ende. Ihr Frstl. Gn: rennen stracks nach Stuttgardt | zu und das Hoffgesinde zum theil mit und wuste nicht | waß da geschehen. Etliche HoffLeuthe auff welchen des von | Huttens Pferdt gestoßen, ritten in dem Wald hin und | wieder, finden Ihn endlich todt an einem Baume hangen | voller Schweiß und Wunden, Ein Hertzog von Braunschweig || so damahls an dem Wurtenbergischn Hoffe gewesen, | hat ihn Selber mit vielem Weinen vom Baum herab=| gethan. Nachdem solches außkommen, haben des von | Hutten Freunde seinen Leichnamb begehret, Selbiegen | in Franken zu führen, aber der Hertzog wollte solches | nicht zugeben, ist also nicht weit von dem Walde in e. | Flecken Holtzgärlingen genandt, in die Kirche begraben | worden. Aber in 1ten Jahre [sic]hernach, alß H. Ulrich vertrieben worden, haben ihn Seine Freunde wie=|derumb außgegraben. Die von Hutten haben den Hertzog | Bey dem Röm. Kayser und gantzen Reiche verklaget | daß man den Stuttgardter Hencker (:den H. meynend:) auch hinrichten sollte. Nachdem aber Kayser Maximi=|lianus vernommen, wie Sich die Sache verloffen, | obwohlen J. F. G. Gemahlinn des Kaysers nahe Ver=|wandtin und Schwester Tochter war, ist doch Ihro | Kayserl. May. mit H. Ulrichen wohl zufrieden gewesen | und hat Sich an der von Hutten Klage nicht gekehret, | obschon der gantze Fränkische Adel ihn hart verklagt. | Die Hertzogin Sabina machte mit Dieterich Späthen | Ober Vogten zu Urach anstellung, daß Sie auff hl. | Andreae Tage Ao 1515 von Stuttg. hinweggeführet | und biß gen Munchen begleitet ward. allda Sie ver=|blieben, Biß H. Ulrich des Landes vertrieben ward. | Hertzog Ulrich hat Sich mit dem des Heyl. Röm. Reichs | heimblichen Gericht entschuldiget, dann er ein Frey=|Schoeff gewesen. Auff das Westphälische Gericht hat | Sich H. Ulrich in S. Außschreiben vielfeltig bezogen, | daß er daher Macht gehabt Hß von Hutten der Ihn | Sein Ehbett besudelt und andere lose Stücke gethan, | Selbsten hinzurichten und auffzuhencken. Als nun Hß | von Hutten im Majo 1515 hingerichtet worden, hat || Sich die Hertzoginn Sabina wie obgemeldt auß dem | Staube gemacht. Es hatte auch die Hertzogin zu viel Ge=|meinschafft mit Hß von Hutten und Dieterich Späthen | OberVogte zu Urach. Auff eine Zeit hat die Hertzogin in Ab|wesen H. Ulrichs im Schloß einen Tantz angestellet, da ist | H. Ulrich ohnversehens in der Stille Bey Nacht ins Schloß komen, | und dem Tantz zugesehen, wie Sie nun mit dem Späthen | getantzet, und ein freundlich Gespräch gehallten, ist der Hertzog | sobald der tantz außge-

---

Eiche ist allda noch sehr bekandt, wie mich der H. Geh. R. von Stain versichert. Unter andern gedachte selbiger auch in gemeldeten Orthe gelesen zu haben, daß der Herzog den von Hutten, als er ihn ermordet, mit diesen Worten angeredet: Kommstu Fleisch-Dieb. Es wäre auch in Sachsenheim in Stein sonsten gehauen gewesen die Historie von dem von Hutten, wie er mit der Herzogin Sabina unziemlich action getrieben, dabey aber von einer Princeßin, die sich damahln am Würtenb. Hoffe aufgehalten, belauert worden, welche hernach, als sie sich etwas davon hätte mercken laßen, durch das verliebte Paar durch Gifft hingerichtet worden. Pregizerus hätte diesen Stein abzeichnen laßen.....

wesen, herfürgegangen, hat die | Hertzogin auffgezogen, einen Tantz mit ihm zu thun. | Sie wollte zwar außreißen, er aber hat mit Spornen | in Sie gestochen, also daß Sie mit ihme tantzen müßen. | Der Tantz hatte bald ein Ende und war alles HoffGe-|sind verflogen und verstoben. |

Ulrich von Hutten der gelehrte Ritter schreibet an | den König in Frankreich daß Er Hertzog Ulrichen | keine Hülffe leisten solle Unter andern auch dieses: | Solltestus dahin nicht kommen laßen daß du dich mit diesem | Schalk vermischest, dann man kein Laster erdenckt, | daß er nicht gethan Datū den 2 Martij 1519 Es | hat aber diß des Huttens Begehren nicht wie bey | den Schweitzern gefruchtet sondern der König hat | nicht allein dem verjagten Hertzog Unterschlauff | geben, sondern noch 15 Jahre eine stattliche Hülffe | an Geld vorgestreckt auch so viel geschenckt | daß er Sein Land mit dem Schwerdt erobert.

13.

CHILIANI LEIBII
PRIORIS REBDORFFENSIS CANON. REG. D. AVG.
HISTORIARVM SVI TEMPORIS AB AN. MDII. AD ANNVM MDXLVIIII. ANNALES.
DESCRIPSIT A. F. ŒFELIVS.

ANNO DOMINI MDXV.

..... Franciscus a Sickingen cuidam scribæ ferens auxilium, qui se a Wormatiensi Senatu affectum iniuria querebatur, quosdam Wormatiæ cives, dum circa Pasca Francofordium peterent, cepit, ac deinde Iulio mense Wormatiam ipsam obsedit ac post aliquot dies obsidione soluta discessit. Vlricus dux de Wirtemberg Maio mense Ioannem ab Hutten confossum gladio suspendit. Fuerat idem Ioannes egregia forma iuvenis atque ob morum quoque decus omni charus populo, Vrsulam Conradi Thum magistri curiæ filiam duxerat, quare, ut fama ferebat, principis offenderat animum. Qui cum destinasset occidere virum, inter alios ad venandum educit, iubetque ut inermis exeat. In sylva abductum a cæteris pulcherrimum et bonum virum intectumque confodit atrociter, interemptumque suspendit. Ludovicus ab Hutten miles auratus interempti pater anno deinde sequenti convocatis mille ducentis equitibus qui in urbe Wembdingen convenerant, filii necem parabat ulcisci. Eum ipsam necem Vlricus ab Hutten, ea tempestate inter Teutoniæ Nobiles Latine Græceque impendio doctus, scriptis in ducem orationibus declamationibusque amarulentissimis quoad valuit, ultus est. Eo vero scribendi genere valuit plurimum. Alius quispiam in eundem ludens ducem sub eius nomine in parietem cuiusdam diversorii hosce rythmos scripserat

Ich bin jung und nit alt,
Gerad, hübsch und wohlgestalt,
Gross genug und kein Zwerg,
Herzog und Henker zu Wirtemberg,

Ioannes idem ab Hutten quam ob rem a duce fuerit trucidatus, facile patuit, nam Ursula Thumin illius uxor tandem duci coniugis loco fuit. Maximilianus Cæsar mense Iulio multis comitatus principibus Viennam venit. ....

---

1 = *Beytræge zur Geschichte und Literatur, herausg. v. I. C. Freyh. v. Aretin. München.* 1806. 1807. 8°. fascic. XII. p. 632. sqq.

ANNO DOMINI MDXVI.

Sabina illustris Maximiliani Cæsaris ex sorore neptis, Alberti Bavariæ ducis filia, Ulrici ducis Wirtembergii coniux, cum ab ipso sæve nimium contra pia coniugii iura contraque natalium suorum dignitatem tractaretur, Ianuario mense ad matrem Monachium rediit, antea duci filium filiamque genuerat. . . . . . . Franciscus a Sickingen Iunio mense cum non parva Equitum manu loca quædam ducis Lotharingiæ adortus oppugnare, arcem unam obtinuit. Maximilianus Cæsar Septembri mense Augustam accessit. Convenerunt ad illum plures Episcopi, Wilhelmus quoque Bavariæ dux adolescens et Casimirus Marchio ac plerique alii. Cunegundis Cæsaris soror cum duce Wilhelmo filio interpellabat Cæsarem. Iste pro sorore, illa pro filia, accusantes Vlrici ducis Wirtembergii sævitiam, quod Sabinam coniugem inhumaniter, crudeliter ac duriter habuerit, et ob id adversus illum expetebant iuris suffragia. Ludovicus ab Hutten miles auratus et ipse Wirtembergii ducem criminis accusabat, quod Ioannem ab Hutten filium, virum innoxium, contra fas omne iusque crudeliter atque tyrannice iugulaverit. Huius tam atrocis facti horrendique sceleris iudicem Cæsarem Ludovicus irrequietis pulsat et delassat vocibus, ut ultionem de homicida statuat. Erant tunc in stativis apud Wemdingam mille ac ducenti equites ad nutum Cæsaris contra Wirtembergium pro Sabina nepte Cæsaris proque Ludovico pugnaturi exacturique vindictam. At Gallus remorabatur suo interventu principes, haud satis iustum rati parumque Christicolis convenire, ut pro unius delicto plurimi, aut pro principis ac ducis facinore provincia tota vastetur et gens omnis dispereat. Multo desudatum est labore, si res possent citra bellum transigi. Sed maior erat iniuriarum moles et gravius offensionis saxum, quam quod vel principum lacertis moveri levarique posset. Hinc dux Vlricus citatus evocatusque est, ut apud Cæsarem causam diceret et elueret obiecta crimina. Dux quod sibi haud tutus ad Cæsarem videretur accessus, causabatur. Deinde misit iuris consultum, cui cognomen Lamparter, qui illi erat a consiliis, ut causam quibus posset dicendi viribus tueretur. Is inter alia quæ pro duce expiando obtendebat plurimo molimine, Wilhelmi ducis Kunigundisque matris adversus Wirtembergi principem supplicatus et ardentes querimonias irritas et enerves nitebatur astruere, quod ille præ ætate, quæ illi minor erat, et ducissa mater propter sexum ad huiusmodi actionem non essent idonei. Sed vicere eorum pro Ducissa Sabina querulæ voces, vicit Ludovici militis pro pernecato filio luctuosus simul et indefessus clamor et instantia. Hæc igitur contra Vlricum Wirtembergi ducem Octobris undecima die lata lectaque est sententia:

In denn Rechtlichen Irrungen und Spännen zwischen Ludwigen von Hutten anklager an ainem, auch der Anwald Frawen Sabina Herzogin zu Würtemberg clagere am andern Thail, und Herzog Ulrichen zu Würtenberg antworter am dritten Thail haben wir als Erwälter Römischer Kayser und regierender Römischer Kunig und diser Sachen ordentlicher Richter auf die ausgangen und verkunten Ladunge eingebrachten anclag und clagen gerichtlichen berueffen und des von Wirtenberg nit erscheinen, auch derselben anklagenten und klagenten Partheyen verrer in Recht anrueffen und begern und dieweil er selbs von Württemberg alle gietliche zimliche mittel, die wir ihme bey acht und aberacht Krieg und aufrur zuverhietten anzenemen gebotten, abgeschlagen hat, haben wir zu Recht

erkennt, das der von Wirtenberg mit der Thätlichen handlung an Weilland Hannsen von Hutten sune des genannten Ludwigen von Hutten begangen, und auf Sein Ungehorsam ausbleiben die Straff und Pennen in unser und des Reichs Landfriden begriffen, desgleichen der andern Sachen halb Seinen Gemahel berürent den Pennfall und Straffe, auch in unser und des heiligen Reichs acht und aberacht gefallen sey.

Quæ sequuntur, Cæsar ipse pronuntiavit:

Darauff erkennen, erclären und urkunden wir den gedachten Herzog Ulrichen von Wirtenberg in den angezeigten Pennfahl und Straffe, auch in unser und des Reichs acht und aberacht.

Cæsarei præconis, vulgo des Ehrenholds proclamatio:

Unsers allergnädigisten Herrns des Römischen Kaysers Ehrenhold gegenwärtig Thue aus Befelch Seiner Kayserlichen Majestät meniglich zu wissen, das Sein Kayserlich Majestät uf Herzog Ulrichs von Würtenberg Tädtlich handlung, ausbleiben und ungehorsam über ausgangen Ladung und gebotts Briefe, denselben von Würtenberg und alle die so ihm hinfüran anhanng, hilff und Beystand beweisen, in Seiner Kaiserlichen Majestät und des Heiligen Reichs acht und aberacht erkent erklärt und verkündet hat. Das wil ich also hiemit von ambtswegen offentlich berueft und angezaigt haben.

Sententia lata paratus erat Ludovicus ab Hutten cum equitatu memorato pro se proque illustri Sabina sententiam exequi, et ultum ire communes iniurias: sed iterum precibus occurrere atque intervenere principes insontem populum miserati. Reverendissimus etiam dominus Matthæus Lang patre cive Augustano natus Cardinalis S. Angeli Gurzensis Episcopus Vlricum ducem adiit, quæ reparandæ paci accommoda essent, cum illo tractaturus. Tempestas enim illa et imminentis belli tetra nubes, quæ Sueviæ minabatur exitium, quasi salubri vento interspirante soluta est atque dissipata. Quibus vero conditionibus pax inter partes convenerit, non satis cognoscere potui. libet autem et hic inserere, quod in bis sexcentos equites, dum Wirtembergæ imo Wembdingæ potius rei litisque finem, quæ coram Cæsare vertebatur, classicumque et belli ortum præstolarentur, singulis diebus carnium quatuor et tricies centum pondo impendebantur, quorum æstimatio aureorum quadraginta, et vini quadraginta quatuor urnæ in octuaginta aureos, avenæ sacci nonaginta vel centum in aureos ter denos æstimatæ, et panes pretii decem et septem aureorum. Tunc autem omnia medioeri venibant pretio. Quod totum sic placuit meminisse, ut prudens quisque expendat, quantæ pecuniæ tam cito in res bellicas profundantur. Quibus profusis pax tandem componitur, quam satius fuerat complecti ærariis plenis, terris, agris domibusque et horreis adhuc integris iuxta Morionis cuiusdam vetus dictum.

---

[30] Conf. supra conventionem Augustanam s. Blaubeurensem. p.87. sqq.. [39. 40] perfusis *Aventin.*

WORMATIÆ. **XXXI.** 24. OCT. 1515.

VLRICVS HVTTENVS
ERASMO ROTERODAMO
SALVTEM.

§. 1. Omnes mihi deos irasci puto, quorum voluntate fit, quominus sim te-
cum aliquot annos, quique me a tuo latere avellunt, cui, si per fortunam
licuisset, tenacius adhæsissem quam ille Alcibiades Socrati: quare enim
non Germanum Socratem appellabo te, Erasme, ita de nobis quantum
§. 2. ad litteras meritum, ut de suis ille Græcis? Non is sum ego forte, qui
omnino possim placere tibi, cui posse placere quædam admodum felicitas est;
at non indignus fuissem qui ad tuos pedes didicissem Græcas litteras, qui
te sectatus essem studiose, custodivissem vigilantissime, observassem reve-
renter, omnia tua iussa executus essem, ad omnem nutum exsiluissem.
Neque tibi fuisset indecorum, si tibi mira sedulitate, incredibili fide mi-
nistrassem Eques Germanus. Hoc prætulissem, Erasme, non modo aulicæ
consuetudini, ad quam vocor magna mea molestia; sed et huic, ita me dii
§. 3. ament, peregrinationi Italicæ. Et ut breviter scias quid mihi nuper pro-
posuerim, constitueram ire ad te, ac secutus forte in Britanniam usque
fuissem; quod meum salutare consilium intervertit importuna meorum liberali-
tas: liberalitatem enim vocant quod discendis legibus sumptum elargiuntur,
§. 4. atque ob id nunc Romam mittor. Hæc ex itinere scribo ad te circum-
strepentibus multis convivis. Parce extemporalitati; non dabitur revidendi
copia. Invitus eo ubi te non licet videre teque frui. Qui comites sunt,
eis persuaderi non potuit, ut Basilea iter faceremus. Non mirum, quod
non omnes agnoscunt tuam divinitatem. Utinam persuaderi posset tibi,
§. 5. quanti te faciam. Videbis editum a me Neminem, carmen non omnino
contemnendum forte, in cuius præfatione tui, ut decuit, memini honori-
§. 6. fice. Totus a tremore convalui, item ex morbo pedis; si venies in Italiam,
nihil remorabitur euntem ad te ex illo legali carcere, quo me relegant mei.
§. 7. Exorassem ut me commendares alicui Romæ, si venissem Basileam; non
negasses hoc beneficiolum, quæ tua est humanitas; quodsi vacat, scribens
Romam commendabis me alicui ex litteratis, cui non mulos scabam aut

---

XXXI. 1 = Erasmi Epp. 1706. (Indic. bibl. n°. 53,5.) Append. LXXXVI. coll. 1573. sq. [Unde hanc epistolam Clericus acceperit non comperi.] 2 = Wagenseil (Ind. bibl. n°. 71.) n°. IX. p. 88. sq. 3 = Hutt. Münch. II. p. 297. sq.

2. 3 Vlrichus de Hutten ad Erasmum. *2. 3.* 5 sine tecum *2. 3.* 24 Basileam *malim.* 25 non *om. 2. 3.* 27. 28 memini honorifice] cf. *infra* n°. LXXXIIII..

equos fricem, sed inter libros assideam. Non licet plura. Vale. Wormatia XXIV. Octobris, Anno M.D.XV.

? · XXXII. (INEVNTE A. 1516?)

[ERASMVS ROTERODAMVS IN ANNOTATIONIBVS IN PRIMAM AD THESSALONICENSES.]

..... At in aliis quidem sæpenumero videmus magna vitia vel ætati condonari vel eruditioni. In his omnibus quos recensui, vitæ morumque probitas cum eruditione ex æquo certat. Sed pene exciderat unicum illud Musarum delitium Vdalricus Huttenus adolescens et imaginibus clarus. Quæso quid Attica possit gignere hoc uno vel argutius vel elegantius; quid aliud ille quam meras Veneres, quam meros lepores loquitur? Quanquam hunc nuper complecti cœpit vir immortalitate dignus Albertus archiepiscopus Maguntinensis. Quem utinam cæteri quoque principes certent æmulari. Quod si fieret, videremus nimirum non sine causa dictum esse a veteris comœdiæ scriptoribus οὔτε γὰρ ὁ μισθὸς οὐδέν ἐστ', οὔθ' ἡ τέχνη. *Neque vero male constat ratio dati et accepti inter egregios principes et bonis præditos literis: nam si cupiunt æternam apud posteros famam, quod olim pulcherrimum erat affectare, hanc solæ doctorum hominum literæ præstare possunt certius ac verius quam ullæ ceræ, quam ullæ pyramides, quam ullæ statuæ, quam ulli tituli aut colossi; si non cupiunt, hoc magis debetur ea laus, quod non cupiant. An Mæcenati perisse credis agellum Sabinum, cuius usumfructum donavit Horatio? Non poterat pluris vendere quantumlibet diligens negotiator. Quod innumeri reges immensa pecunia quam in colossos et pyramides insumebant, consequi non potuerunt, hoc iste brevi*

XXXII. NOVVM IN|ſtrumentũ omne, diligenter ab ERASMO ROTERODAMO | recognitum & emendatum, ... |||||||||||||||||| APVD INCLYTAM | GERMANIÆ BASILAEAM.| (IO. FRO)|CVM PRIVILEGIO ||||| [*In fine libri legitur*] Baſileæ in ædibus Ioannis Frobenij Hammelburgenſis | Menſe Februario. Anno. M.D.X.VI. [*Erasmi ad Leonem X. ep. dedic. data est* Baſileæ anno M.D.XVI. calendis februariis.] fol. pagg. 555. sq. [*Exempla a.* 1519. *et* 1522. *Hutteni præconium repetentia non contulimus. illud in sequentibus editionibus Erasmus ipse exemit, ut etiam in* Opp. Erasmi Basileæ a. 1540. fol. edd. tom. VI. p. 650., *item* in Leydensi exemplo *totus locus, qui ab Italorum laude incipit, omissus est.*]

---

[1] licent *3.* [2] *Editores omnes et Burckh. etiam* (I. *p.* 101. *sq.*) anno M.D.XVI. *dederunt, per errorem, ut sequentes Vadiani Huttenique epistolæ satis ostendunt.* Ceterum Clericus in subscriptionibus locorum et dierum ubique pro auctorum scribendi more suo ipsius, qui per se ne iustus quidem est, temere utitur. Huttenus procul dubio scripserat 'Wormatiæ IX. Caleñ. Novemb. anno M.D.XV.

[7] Recensiti sunt Guil. Waramus et Guil. Montioius Angli, pontifices Nicolaus V., Pius, Leo X., Bessarion et Medicensium familia, ex Gallis Faber Stapulensis, Guil. Briconetus, Guil. Copus, ex Germanis Iac. Sturmius, Phil. Melanchthon, ex Helvetis Amorbachii fratres, Henr. Glareanus. [9] Queso *A.* [15] οὔτε κτλ.] Aristoph. Plut. 408. Neque præmium est ullum, neque magni ars ipsa fit. [21] Mœcenati *A et sic infra.*

agello mercatus est, nullis unquam seculis intermoriturum famæ decus. Atque utinam omnium benignissimo Mæcenati saltem aliquam huius gratiæ portionem queam rependere: non quod ille quicquam huius rei vel postulet vel expectet: egregia virtus abunde seipso contenta est, quæ quidem quo maior est et absolutior, hoc magis fugitat gloriam. At vera gloria sequitur fugientem. Pulchrius est meruisse famam quam obtinuisse. Non refert illius cui debetur, at nostra refert, ne parum grati parumque memores videamur: refert omnino, ut egregia virtutis exempla posteritati consecrentur, quo plures inflammentur ad honesti studium. Verum quod ingenioli nostri tenuitas non potest assequi, quod nostra non valet præstare infantia, id alii præstaturi sunt, vel hoc nomine feliciores, quod gratiores esse licet. Nos tamen adnitemur, si modo vita comes erit, quam vel in hoc ipsum annos aliquot proferri cupiam, ut liqueat certe conatos fuisse, si minus assecutos. Sed dum harum rerum cogitatione teneor, haud scio quomodo pene operis instituti immemor diutius quam par est, immoror digressioni.

VIENNÆ PANN. | A. 1516.

XXXIII.

VADIANVS POETA LAVREATVS IOANNI REVCHLIN S.

§.1. Vlrichus Huttenus, doctissime Capnion, literis ad me suis Bononiæ datis honorifica tui mentione facta, quid Romæ proximis his mensibus in illa tua causa actum fuerit, adeo indicat fideliter, ut quanti te faciat, ipsa sua verba haud obscure testentur. Is Romæ tota prope æstate, ut intelligo, moram traxit, literarum et in primis noscendi iuris gratia. sed lite quadam inter se et Gallos aliquot ob res Germanorum exorta, uno confecto Gallo, reliquis autem misere sauciis, Bononiam petere coactus est, illic fortassis diutule mansurus.
§.2. Quanto vero me gaudio afficiat omnis illa fama, quæ victoriam innocentissimæ vitæ tuæ contra Stoicorum istas simias adiudicat, non facile scripserim, ac ne dixerim quidem, si coram essem: testis enim esse possum vel posteritati, quoniam altissimum illud tuarum doctrinarum ocium tam præcipiti molestiarum et perturbationum impetu non dignum extiterit; cumque doleam persæpe de multis, istud nunquam non gravate tuli, quod homines illi, quorum stipendiis invidia militat, tantas in re tantilla tragœdias moverint, ut res tota tot iudiciorum cen-
§.3. suras, magnorum etiam iudicum consensu, sustinuerit. Imponet his finem Romanæ sedis autoritas, tot vitæ tuæ et eruditionis præconibus munita, inter quos Erasmum ipse Roterodamum adeo libenter accipio, ut nihil magis. Ego quantulacunque doctrina ac ingenio id moliar, ut vel meo iudicio Capnioni debuisse studiosos omnes futura secula agnoscant. excudetur iam nunc a me scriptus de poetica libellus, in quo meritissimam laudem tui locis oportunis inserui, meam in te observantiam hoc ipso testaturus; eius tibi copiam brevi faciam. Vale, et scribe. Viennæ. Anno M.D.XVI.

XXXIII. Ex Epistolis Ind. bibl. nº. 51. citt. *fol.* ziiᵇ.

[MAINZ.]

XXXIIII.

22. IVLI 1516.

Ich Frowin von Hutten, Meinz. Marschalch ꝛc. bekenne, als der — Albrecht — dem vesten Ulrich von Hutten, meinem Vettern, gnedig zugesagt hat, ime zu vollfurung seines angefangenen Studiums in hoher schule 200 fl. zu stewer zu geben, daß demnach der — Conrad Rucker, Canonic. zu Aschafenburg, Secretari, in abwesen des Cammer schreibers, mihr an denselben 200 fl. auf mein bitt 50 fl. gereicht hat, die ich auch furter ged. meinem Vetter, als er in Welschland gezogen ist, uberliefert han ꝛc. die Magdalenae 1516.

XXXIIII. A = Ms. Burckhard. Guelferb. fol. 322. 2 = Burckh. Vit. Hutt. III. p. 15. sq.

BONONIÆ.

XXXV.

31. IVLI 1516.

HVLDERICHVS HVTTENVS EQVES
NICOLAO GERBELLIO
PONTIFICII IVRIS CONSVLTO
SALVTEM D.

Tres nuper dies perdidi, amicissime Gerbelli: eo enim ventum est, §.1.
ut quod aut scribendis libris aut optimis autoribus evolvendis tempus impertior, id perdidisse me arbitrari debeam, totum possidente studium meum legali scientia: tres, inquam, dies perdidi Epistolam ad Maximilianum principem quasi scribente Italia fingens; ausus que sum in re admodum seria ludos agere, quod minime poteram obstare hortatibus Iacobi Fuchs, canonici Francorum omnium qui ubique sunt, studiosissimi, cuius nunc contubernio utens hic Accursianum absinthium poto. Eas nugas ad te mitten- §.2.
das curavi, quia memini flagitasse hoc a me anno præterito, ut aliquid tibi ex Italia quandoque mitterem, quo meum erga te studium testatum haberes. Verum tu quid non idem facis? an ego minus testimonio amoris §.3.
tui indigeo? Res magnæ in Lothoringis geruntur; aliquid fama, sed ea non constans sibi, huc detulit. Scribe siquid habes. In Italia bellum trahitur. Pontifex ægrotat. Ego nuper a quinque Gallis, quia ægre tulissem iactatas §.4.
in Cæsaris existimationem contumelias, violenter primum pulsatus, deinde vi ac armis petitus, dei opt. max. præsentissimo auxilio salutem meam defendi: ex Gallis qui ferocissimus erat, interiit; ego conscissa sinistra bucca

XXXV. A = Indic. bibl. nº. XI. I. 2 = Burckh. I. p. 105 ... 107. 3 = Wagenseil nº. VIII. p. 86. sq. 4 = Hutt. Münchii II. p. 295. sq.

² Marschalcke, bekenne 2. Albrecht] archiepiscopi Moguntini titulos non exscripsit qui Burckhardo apochæ exemplum fecit, Georg. Christianus Ioannis.
¹² Huldricus *2. 3. 4.* Equit. *4.* ¹⁵ possidenti *2. 3. 4.* ²¹ te hoc *2...4.*

§. 5. insignitus sum, præterea mali nihil accepi. Immodica est per totam pene Italiam Gallorum superbia. dii faxint Germanos nos esse meminerimus. De Capnionis summi viri causa bene te sperare iubeo: salus in procinctu est: Hogostratus theologistarum alpha ingenti decocta pecunia (tanti spem suam emit) nihil effecit, quique olim potentia fretus sua optimo cuique molestus facile fuit, τῇ κεφαλῇ τὸν οὐρανὸν ἐξαράσσειν ἐπιχειρῶν, fractus
§. 6. animo est destitutusque lupus hians discedit. Erasmus pontifici commendavit Capnionem literis. Duos Germaniæ oculos omni studio amplexari debemus: per eos enim barbara esse desinit hæc natio. Sed iam satis; quæ ad te scribenda duxi, habes: tu vicissim aliquid scribe, ac vale. Bononiæ, secundo Calendas August. Anno M. D. XVI.

BONONIÆ. | [M. IVLIO] A. 1516.

XXXVI.

1.

EPISTOLA
AD
MAXIMILIANVM CÆSAREM,
ITALIÆ FICTICIA
HVLDERICHO DE HVTTEN
EQVITE
AVTHORE.

ITALIA MAXIMILIANO CÆSARI.*

Qua, si quando dabis, gaudebit et ipsa, salutem
Accipis afflicta, Cæsar, ab Italia.
Fama erat antiquo tua castra movere Tridento,
Et iuga Rhætorum milite plena tuo:
Exilui molita novos de more triumphos,
Iamque adeo mecum hoc dulce sonabat Io,
Cum quidam extemplo quiddam mihi tristius affert,
Te modo suspensis ausibus ire retro.
Turbavi mutata comas posuique nitorem
Ex male sperato mœsta repente bono;
Deposui digitis, abieci a vestibus aurum,
Et gemui, et lachrymis inmaduere genæ.

XXXVI. 1...5 = Indic. bibliogr. n⁰. XI. 1...4. (et 5.) 6.

[6] τῇ κ.] capite cœlum effringere conatus. *Synes. 198. B.* [11] secundo] II. *aut* pridie *scriptum fuerit.*
[*] cæs.] cæs. avg. *2.* Principi *3. 4. 5.* [4] Rhetorum *1. 2.* [9] poſuitq; *1.* [12] lacrimis *5.* immaduere *4. 5.*

Forma tibi colitur, tibi nostra placere laborat;
Nunc latet; accepto te redit ille nitor.
Ante pater superum Stygiis me admoverit umbris
Fulmine turritum concutiatque caput,
Quam nisi te quisquam videat gaudere recepto.
Squallor in adventus hic manet usque tuos.
Spes sedet hanc per te cunctando restitui rem,
Quæ nunc fortuna concutiente labat:
Solor et ipsa meas deserta utcunque ruinas,
Excusare tuas ingeniosa moras;
Et quoties sumptis quisquam me invaderet armis,
'Sub domino' dixi 'vindice causa mea est';
Nec quod victa premor, ultro victam esse putabis,
Omne reluctanti quod fero venit onus;
Donec abes, donec sinor indefensa, tenebit
Invitam quisquis possidet Italiam;
Nec, quid aget blando qui me tibi detrahit ore,
Pollicitis partes allicit inque suas:
Qui mihi grande decus, mihi qui promisit honorem,
Unus honos, unum est Cæsaris esse decus.
Me res pollicitis Venetorum ingentibus urget,
Tentavit nostram Gallia blanda fidem,
In medioque mei quidam exhortatur, ut ausim,
Quam dare tu possis, uberiora sequi:
Averti tenuique manum pactumque refugi
Donaque contempsi, non habuique fidem.
In te solus amor, in te mea sola voluntas:
Aut nunquam aut per te libera terra mea est.
Tu dominus, tua iussa sequar, te principe tollam,
Ut quondam, domitis gentibus acre caput.
Per te priscus honor, prisca ornamenta redibunt,
Aut ego perpetua squallida sorde ferar.
At tua lenta mora est cessasque in vota tuorum
Qui spe, qui dubio consenuere metu:
Interea nullis ego non obnoxia fatis,
Cuilibet audenti præda relicta petor.
Ah sinis Italiam nullo tutore relinqui,
Regnorum caput hoc imperiique domum?

---

[18] ſqualor *2.* [21] utrimque *3...5.* [39] *an* voluptas? [42] gentibus] regibus *3...5.*
[44] ſqualida *2.* [45] Aut *4.5.* tuorum *2.* [49.50] *Hos duos versus omiserunt 4.5.*

Ah sinis, unde tibi constat nomenque decusque,
Quemlibet iniecta contemerare manu?
In mea fœdifragi grassantur viscera Galli,
Me lacerat Venetus persequiturque latro,
Venit ab occiduo qui me convellat Ibero,
Et partem de me carpit adustus Afer;
Intrantur Danais nostræ prædonibus urbes,
Appetor Illyriis Helvetioque fero:
Nemo quærit opes quem non mea præmia pascant,
Nec sapit hic qui non Itala regna petit.
Quid dicam eversas collapsis mœnibus urbes,
Quid memorem ferro plurima et igne peti,
Aut neglecta situ veterum decora alta parentum,
Dissimilis primum nunc ego facta mei?
Thuscus honoratam tenet usurarius urbem,
Tota Fluentino est prodita Roma dolo.
Da veniam si liberius quid dixero de te:
Quærere debueras ista, tenere negas.
Si tamen instat adhuc istis digna ultio factis,
Nec me perpetuo spernis opemque feres;
Et si vel sero agnosces studioque moraris,
Sit leve vel tanta mœsta tulisse mora:
Ne contemne modo, tulerim differre tot annos,
Subtrahere indigno regna Latina iugo:
Quæ veniunt lente, veniunt tamen; omne rependet
Tristitiæ tempus lætior una dies.
Sed nolis causam producere in longius istam:
Desperat quisquis sperat avetque diu.
Tu toties victos in te consurgere Gallos,
Tu sinis hæc Venetos surripuisse tibi,
Nec gentis virtute tuæ famaque moveris,
Quam memini Latios pertimuisse patres?
Quam pro me, ne sit Germania fortior in me,
Hæc venit auspiciis fama tuenda tuis:
In me terribiles fecere ingentia Cymbri,
Sentio Teutonicæ nunc quoque facta manus,

[53] fœdifr.] raptores *3...5.* [56] Nec pars Hesperiæ est sub duce parua mei. *3...5.* [59] premia *2.* [65] Thuscus opum vacua mercator regnat in urbe *3...5.* [66] Fluentin. *infrequens forma nominis* Florentin. [68] Querere *2.* [74] Subtrahere] Te rapere *1.2.* [75] rependit. *1.* [76] Trifticię *2.* [77] S. n. opus hinc differre i. l. istud *3...5.* [78] Difpereat *2...5.* sp. avetque] fperat habere *1.2.* speret auetque *3...5.* [84] aufpitiis *1.* [86] Romula Teutonicus perculit arma furor. *3...5.*

Me ferus Arminius sumptis afflixit in armis
    Invictoque meas pectore fregit opes.
At tu bella move pro libertate meorum:
    Et potes et debes hoc removere iugum.
Ducat in exemplum præclaris Carolus actis,
    Infestum a nobis ille removit onus;
Ducat in exemplum geminorum splendor Othonum,
    Reddidit in melius tempus uterque suum.
Seu cupias laudem seu præmia digna laborum,
    Cum mihi subvenias, illud et illud habes.
Ah quoties timui, cum res Germana placeret,
    Errares patriæ nequid amore tuæ.
Illius armorum virtus, locupletior hæc est,
    Divitiæ fortes hæ decuere viros:
Siquid ab antiquo repetis tamen, omnia quondam
    Devici indomitos supposuique iugo,
Ulla nec Italica victoria longius ivit:
    Gens tua nunc, olim maxima Roma fuit:
Me Libyci sensere duces, ego Punica vici
    Regna, per Aethiopas arma tulique truces;
Quantum Arabum, quantum est Aegypti, Marte subegi,
    Effera Parthorum me timuitque domus;
Pugnaces domui Thracas, fudique feroces
    Pannoniæ populos horribilesque Gethas;
Pugnavit quoties, toties mihi Gallia victa est,
    Signa per Hispanos, per Siculosque tuli;
Ausa Calydonios etiam superare Britannos
    Inieci occiduo claustra metumque mari;
Dalmata succubuit mihi, succubuere rebelles
    Illyrii, Mœsos edomuique feros.
Audaces cessere Syri quique eminus arcu
    Non modicos Persæ distribuere metus;
Vici acres Macedum turmas, vici Attica regna,
    Servivit Romæ Græcia tota meæ;
Me domitæ novere Asiæ, tot regna, tot urbes
    Sensere et quem nunc omnia, Turca, timent;

---

[87] Tum f. A. cæsis legionibus illis, *3...5.* Arminus *2.* [88] Qua clade Ausonium terruit imperium? *3...5.* [89] meorum] tuorum. *3...5.* [93] ſplendore *1.* [95] premia *2.* [96] subvenies, i. et i. erit. *3...5.* [99] hec *2.* [100] Diuiciȩ *2.* hȩc *2.* docuere *1.2.* [105] Lybici *1...5.* [107] Aegipti. marte *2.* [110] Gethas. *omnes.* [113] Calydonios *omnes*, *pro* Caledonios [119] Actica *3...5.* [120] tota] victa *3...5.*

Impressi tibi, Ponte, iugum Colchosque cecidi;
    Pertulit incursus Caspia porta meos;
Per Solymæ grassata urbem mea gloria gentis,
    Nec mihi se rigidi non tribuere Scythæ;
Fregi acres Cymbrorum acies et Teutonas armis,
    Excidi et quorum te pudet, Helvetios:
Nullus in orbe locus qui me non noverit omni,
    Novit in immenso est insula siqua maris.
Una caput mundi meruit mea Roma vocari,
    Non tuus hoc Rhenus ipse negare potest.
Et sinis hæc, unde est tibi gloria tanta, perire?
    Quin agis et tua sunt siqua tenenda putas:
Non ego vel magni precium tibi vile laboris,
    Non ego ero Marti causa pudenda tuo.
An quis mille rates pro coniuge ducit in armis,
    Tu bello pulchram non petis Italiam?
Si quærenda forem, poteras aliunde morari,
    Nunc tibi, cum tua sim, prima tenenda fui.
Tu caput es Romæ, mundi caput illa vocatur,
    Ah age, qui rerum es, omnia vince, caput,
Aut hoc si nimium est, saltem illud vince tuendo,
    Quo nihil uberius maximus orbis habet.
Causa gravis belli, victori maxima laus est
    Prædones Latio pellere ab imperio,
Romanum formare statum, vicisse superbos,
    Et tandem Romam restituisse sibi.
Huc ades et modico cape præmia summa labore,
    Dicam omnes uno te meruisse minus.
Ausoniæ lacerantur opes, decus omne Latini
    Nominis externo succubat opprobrio,
Pulsa omnis Latio virtus, fex ima resedit,
    Mente abiit quisquis liberiore fuit;
Nuda viris mecum pueros alo, quæque supersunt
    Intactas Galli non voluere nurus;
Infertur teneris vis cottidiana puellis,
    Non mihi matronas nunc licet esse probas,

---

123 ponte *1.2.* cæcidi *4.5.* 124 impulsus *3...5.* 127 Cimbrorum *5.* 128 Excidi, quorum *1.* Vis mea bellaces contudit Helv. *3...5.* Heluccios *2.* 130 Novit inaccessi e. *3...5.* 135 pretium *1.5.* 137 Bellum Troianum. 143 nimis e. *1.2.* 144 nihil *2.* 151 lacerantur *2.* 153 fex *omnes.* 157 vix *3.* uis quotidiana *5.*

Non sexus, non est cui sæva pepercerit ætas
    Gallia, non ipsis abstinet illa deis.
Obiice de rabido virtute ultrice furori,
    Nil reliqui victor iam facit iste mihi;
Fœmineum miserare genus puerosque deosque
    Eripe, quod perdam nil super ista manet;
Serva aliquid dum non perierunt omnia, ne cum
    Servari cupias plurima, nulla queant:
Maturasset opus casu Friderichus in isto,
    Cuncta repentina præcipitasset ope;
Dum tamen ille studet vitiantes tollere morbos,
    Quam volui medicæ plus abiere manus:
Rumpe moras, venere dies cunctarier ultra
    Qui prohibent salva laude fideque tua;
Arma cape intrepidoque tuas motu assere laudes.
    Quid vorat Ausonias Gallicus hostis opes?
Omnia victoris mirantur pectora Galli,
    Hoc tu materiam laudis ab hoste pete.
Mœsta precor genibusque tuis presentia tendo
    Brachia, depuduit supplicis esse loco.
Res tua cuncta perit, summis se admiscuit ima,
    Vergit in occasum siqua suprema fuit;
Non modus est, non est qui debuit ordo tuorum,
    Turbantur mixto fasque nefasque loco.
Dilanior patriis obnoxia facta tyramnis,
    Ut taceam externo quicquid ab hoste fero.
Pastor eris, servabis oves, purgabis ovile,
    Lustrabis quæ nunc illita sorde iacent.
Ipsa pusillanimes Romæ ius dicere scribas
    Cum video, et nullo pectore vulgus iners,
Quique sacerdotes titulo tenus otia ducunt,
    Quique bibunt semper plurima, quique vorant,
Molliculosque homines et inerti corde supinos,
    Quique ibi sunt quorum facta referre pudet;
Et pudet et dicam, pathicos regnare cynædos
    Cum video, Romam tunc pudet esse meam.

---

[166] cupies *3..5.* [167] Fridericus *4.5.* [169] uiciantes *1.* [173] indomitoque *3...5.* [175] uictores *2.* [177] preſentia *2.* tendam *1.2.* [184] quidquid *5.* fero] tuli *3...5.* [186] que *2.* [189] ocia *2.* omnia *4.5.* [192] ibi] ubi *5.* [193] Paticos *1.* paticos *2.* Cynedos *1.2.* cynedos *3.*

Dii melius quam tu desperes ista invare;
Sic cecidi, ut possim surgere lapsa tamen;
Grande quidem vulnus, sed adhuc medicabile nostrum est,
Nec levis est, nec adhuc plaga recusat opem.
Me nisi tu redimas, nisi te duce libera restem,
Tot venient reges qui facile illud agent:
Ne sine te vinci, ne, quæ tua propria laus est,
Hanc aliquem media præripuisse mora.
Nec tibi Trinacrio sulcandos littore fluctus
Propono aut dubias findere classe vias:
Ut mihi me reddas, ut te in tua iura reducas:
Quod facies, tua per regna tenebis iter;
Omnis ab apposita tibi se manus adiicit Alpe,
Maiorem vim quo longius ibis habes;
Nec tantum adversæ minuent tua robora pugnæ,
Quantum acies subitis crescet ab auxiliis:
Qui Venetas fugere manus, quos Gallia vicit,
Et grave Thuscorum qui renuere iugum,
Et fidei servata tuæ quæ se agmina nondum
Hostis in adversas explicuere manus,
Qua non esse putas, effundent se arma virique,
Excutiet latebras ira sepulta suas,
Ut, si nulla tuos Germania roboret ausus,
Hæc tamen Ausonio milite bella geras:
Omnis ab exulibus gravior vindicta, negabis
Irasci Venetis te potuisse magis;
Asperat offensas illata iniuria mentes,
Cogitat ulcisci quisquis acerba tulit;
Laude tua facies alieno bella periclo:
Quid dubitas spacio corripere arma brevi?
Ut taceam quantum est lucri certamine ab illo,
Tam claro poteras Marte vovere mori.
Te quisquam imbellem quoties de plebe vocabat,
Ne caderem rupto pectore, cura fuit;
Multa quoque ulciscor, quæ tu convitia nescis,
Et quoties pro te quid licet, arma gero:
Sed ruit in modicas adversa potentia vires,
Sæpeque, cum nolim, est ira premenda mihi:

---

195 iuuari *1.2.* 196 possem *4.5.* 199 Iam nisi *3...5.* 203 sulc.] remigandos *1.2.* 204 Præpono *3...5.* 207 oppofita *1.2.* 224 spatio *3.5.* 229 conuicia *2.* 231 in noftras obuerfa potentia *1. 2.*

Despiciunt Veneti cives te, Gallia temnit,
Vix aliquid sperat quisquis amicus adest;
Finguntur mediis in te omnia turpia scænis
Contemptuque carent nulla theatra tui;
Audivi, et puduit, recitari carmina de te,
Et qui te ridet, ingeniosus is est,
Atque aliquis medio iam sol ubi lucet olympo,
Accenso quærit lumine Cæsar ubi est.
Quam fuit indignum tibi non parere iubenti,
Tam tua maiestas læsa tuenda venit.
Per genus egregium clarisque insignia factis
Sceptra, per Austriacæ stemmata clara domus,
Per decus imperii maiestatemque verendam,
Per qui te his rebus præposuere deos,
Perque tui, iaceant quæ molliter, ossa parentis,
Per quæ te insomnem cura nepotis agit,
Rumpe moras, oro, fer opem rebusque caducis
Auxilium præsta suppetiisque leva:
Sic tibi quam sera est, tam non clangueat ætas,
Sic superet clari Carolus acta patris:
Quæ iam plane omnem amisi vocemque coloremque,
Absimilis non est cuius imago neci,
Quam casus minuere graves, quæ mortua credor,
Exurgam adventu prosiliamque tuo.

Bononiæ.

ERFVRDIE. | 2. | A. 1516.

RESPONSIO MAXIMILIANI AVGVSTI HELIO EOBANO HESSO AVTORE.

MAXIMILIANVS AVGVSTVS ITALIAE.

Legimus afflictæ lachrymas et verba precantis
Auxilium nostræ sed tamen Italiæ;

2...5 = Indic. bibliogr. nº. XI. 2...4. (et 5.) 6.

[235] fcenis *1.* scoenis *4.5.* [240] querit *2.* Cf. epigramm. pro Pasquillo Romæ „Anxia lustrato" [248] nepotis] Caroli V. [250] prefta *2.* [257] *τέλοσ* Bononiæ. *1.* ℭ Finis. Bononiæ. *3.* Bononiæ *omis. 4. 5.*

RESP. ꝛc.] *dedimus ex 2.* RESPONSORIA AD ITALIAM MAXIMILIANI CÆSARIS AVTORE HELIO EOBANO HESSO GERMANO. *2...5.* AVG.] Cæsar *3...5.* [1] adfl. *4. 5.* lacrimas *5.*

Legimus et turbasse comas, posuisse nitorem,
Nec gemma digitos amplius esse graves:
In nos causaris neglectæ crimina formæ,
Et nimium lenta scribis abesse mora;
Scribis, ut his curis vix possis ægra levari,
Et desperata pene salute mori.
Si qua fuit quam nos velles misisse salutem,
Despice, nunc primum est illa ferenda tibi:
Nam tua sic animum permovit epistola nostrum,
Ut placeant avido quam stilus arma magis;
Et tibi non eadem ratio est, nec velle videris,
Quisquis ut afflictam liberet Italiam;
Nos regem, ut decet, agnoscis dominumque fateris,
Dulce tui nomen Cæsaris illud amas;
Hoc vetus, hoc supplex Augustum nomen adoras
Atque Aquilas repetis, libera signa, tuas;
Commemoras veterum Mavortia facta parentum,
Restitui per nos et petis ipsa tibi.
Parce queri servaque fidem et spes concipe magnas,
Iam tibi, ne dubita, noster anhelat equus;
Quantulacunque nocet cupidis mora, nostra sub armis
Est igitur variis littera fracta locis:
Scribimus et dictant iratæ verba Camænæ,
Terribiles referunt singula verba tubas;
Nunc mihi Teutonicas videor spectare phalanges,
Ex una quoties scripta tabella plaga est,
Nunc longas brevibus certare dolonibus hastas,
Cum stetit hic versus longior, ille brevis:
Scilicet ex ista promissam parte salutem
Ut missam posses dicere, cura fuit.
Ergo ad te brevior tanto ibit epistola, quanto
Pro te suscipiet longior arma manus:
Namque quid Alpinas fuerit movisse sub arces,
Afflictam cum non ipsa querare minus?
Mene Tridentini urbem superasse Athesimque fragosum
Ludibrium famæ despicientis erit?
Illa quidem non vana tuas pervenit ad aures
Atque aliquid maius quam loqueretur erat;

---

[14] adfl. *4.5.* [24] litera *3.5.* [25] et] ut *5.* Camœnæ *3...5.* [36] Adfl. *4.5.* [37] *Aestate a.* 1509.

Sed quod, ut assueta est, præclaris derogat actis,
Ex ista nobis parte maligna fuit:
Expulit imbelles Aquilæ præsentia Gallos,
Tantus in Augusto nomine terror erat,
Et neque sustinuit metantem castra videre,
Quem poterat dici non timuisse prius;
Quodque minus potuit sumptis bellator in armis,
Tentatum precibus pene peregit opus.
Sed retro cessisse doles quererisque fuisse
Non satis irata fulmina iacta manu:
Hoc tibi quicquid erat, fugiente pepercimus isto,
Cuius eras nobis crimine pene nocens;
In tua nos patria grassari viscera dextra
Finge age, et hoc aliquis cui placuisset erat,
At potui et volui cedentem longius ipsum
Infestis Aquilis in sua regna sequi:
Quo minus id possem, commissum est fraude meorum,
Heu etiam nostris nunc male sancta fides!
Prisca fidem coluit sanctam Germania, nec gens
Clarior hac nobis, testis es ipsa, fuit;
Nunc sua perfidiæ passim sunt præmia, passim
Perfida sacrilego pro stipe castra merent:
Quantum tu cuperes, si posses vera negare,
Apula non aliquo prodita regna dolo?
Quam male dissimulat sub proditione nefanda
Cepisse anguigerum Gallica crista ducem?
Nos quoque, dii facerent, non amplius ista petisset,
Solaque de nobis perfida, Brugi, fores;
Iam neque plus nimio tardantes questa fuisses,
Inque sinu poteras nos habuisse tuo.
Quod neque fracta meis poterat, nunc mitior, armis
Adria, non pugnax impediisse Ligur,

---

[39] imbelles] audaces *3...5.* presentia 2. [49] m. Oct. a. 1509. [51] isto] illo *3...5.* [55] cædentem *omnes.* [57] *Maximilianus quod quæ Venetis anno superiore ceperat, a.* 1510. *omnia fere amisit, imperii status auxilia promissa denegantes inculpavit. (cf. infra v.* 215 *sq.) nam de rebus vere a.* 1516. *ab imperatore in Italia superiore infeliciter gestis h. l. sermonem non esse puto. has attingit Hessus v.* 227. *sqq.* [60] ipsa] Italia. [62] facrilego 2. [63] si posses vera, negare Apula *3...5.* [64] *Cameracensis fœderis (a. 1508. a Maximiliano imp., pontifice R. Iulio II., Franciæ Arragoniæque regibus contra Venetos initi) condiciones non solum de Neapolitanis possessionibus neque a Gallis solis fide fracta contemptæ sunt.* [67] illa *3...5.* [68] *Brugenses Maximilianum per sedecim hebdomadas in carcere habuerunt usque ad d. 16. m. Maii a. 1488.* quæsta *3...5.* [71] Quod non ille meis *3...5.* [72] Lygur 2.

An pacem toties Venetum petiisse rebellem
Nescis, et pondus non habuisse preces?
Quam fuit antiquam satius coluisse paludem,
Iratos terra quam tolerare deos?
Aspice et ipsa tuos te contemplare per artus,
Non macula est Veneti sanguinis una tibi;
Illa quidem nostris nunquam fœliciter armis
Restitit, in patrio gens animosa mari;
Perdita deflet adhuc amisso castra Roberto,
Pluraque in Austriaca signa videnda domo:
Respice teque retro bis quinis collige ab annis,
Invenies faustum hanc constituisse nihil.
Exiguo quoties numerosas milite turmas
Fudimus et parva maxima castra manu?
Scit Padus et propior Mantoæ Myncius urbi
Atque Antenorei tecta superba laris,
Testis et æquoreæ clades lachrymosa Ravennæ:
Heu tellus quantum sanguinis illa bibit:
Scit Verona suis per nos animosior armis,
Nec toties vinci Brixia docta negat,
Mœnia nec miseræ quondam, nunc capta Cremonæ,
Nec Vicentinus nec Mutinensis ager;
Ipsa paludosi dominatrix lenta profundi
Ante suas legit fulmina nostra domus;
Linigeri medio trepidarunt æquore nautæ,
Linquentes pavida retia lapsa manu;
Nunc erat utendum parta tot pace per annos
Nostraque fœlici Roma adeunda pede.
Ecce timet sacra positus Leogallus in arce
Fors Capitolinum surgere posse Iovem,
Ecce timet Gallumque vocat dubitatque manere
Sub domino Romam Cæsare posse suam.
Heu Leo, cælestis collator provide regni,

---

79 feliciter *5.* 81 Rob.] *de Marca, duce Bullionensi, Erardi Leodiensis episcopi fratre, qui Brabantiæ oppida vastaverat.* 82 Austrica *5.* 84 hanc *non habet 2.* 87. sq. 91. sqq. *de pugnis a. 1513. sqq. commissis.* 87 Myncius *omnes.* 88 Anten. tecta laris] *Patavium.* 89 lacrimosa *5.* clad. Rav.] *d.* 11. *Apr. a.* 1512. *cf. Guicciardini hist. Ital. lib.* X. 92 toties victam Brixia pulchra negat *3...5.* 95 palud. domin.] *Venetiæ.* 96 *m. Sept. a. 1513.* 100 felici *4.5.* 101 timet Latia clausus speculator in *3...5.* 102 pofce *2.* 103 *Leo X. cum Ludovico XII. Gallorum rege d. 6. Oct. a. 1513. contra Cæsarem pactus est.* 105 Heu tibi c. *3...4.*

Dēbueras nobis hæc sinere, ista sequi,
Et cum credaris superorum ianitor aulæ,
Cur aliena precor claudere regna voles?
Nos te Romanæ dominum ditionis et urbis
Fecimus, in capite est nostra corona tuo:
Utere pace bona nobiscum, rebus inemptis
Contra nos nobis debita stare veta;
Nam qui promissi claves commisit olympi,
Martia pro regnis non dedit arma tibi;
Pro populis baculum cepisti, pastor ut esses,
Non ut cum populis bella cruenta geras:
Nos tibi quam iustum est, quam nos debere fatemur,
Non volumus sanctam non solvisse fidem;
Tu modo ne nimium nobis insurge, nec unquam
Externos dominos in mea iura voca.
Tu quoque ne dubita, regni pars optima nostri,
Utilis ex multa parte querela tua est:
Indignos regnare doles et Romula scribis
Nescio quo misere prodita regna dolo;
Venit ab occiduo qui te convellat Ibero,
Hinc Venetus partes abripit, inde Ligur,
Quodque magis miror, prædatrix Græcia tutam
Non sinit, hinc gravis est Illyris ora tibi;
Aspicis eversas quasdam et sine mœnibus urbes
Squalidaque informi signa vetusta situ,
Et nunc, materia quod erat potiore dolendum,
In gremio claudis Gallica castra tuo.
Fer, confide deo, spera bene, lubrica nunquam
Fortuna in summo cardine stare potest,
Semper et a prima surgentis origine Romæ
Fortunæ facies non fuit una tibi:
Europæ atque Asiæ domuisti et Punica regna,
An, rogo, quod pudeat dicere passa nihil?
Aspice fœdantes incensam Senonas urbem
Patricioque putres sanguine stare vias.
Quid memorem lectas sæpe amisisse cohortes,
Quale tibi imposuit Samnis aquosa iugum,

---

[110] Fœcimus *2.* [113] claveis *3...5.* promisit *4.5.* [115] poculis *5.* (!) [120] mea regna v. *3...5.* [121] Tu] *Italia.* [124] Nescio cui m. *3...5.* [126] Lygur *2.* [130] Squallidaque *3...5.* [135] orgine *5.* [141] ſepe *2.* *sic ubique.*

Quam cito de Siculis pepulisti finibus Afros,
Dissimules victam sæpius esse licet?
Arma bis octonos Pœni tolerasse per annos
Clade tua testis proxima es ipsa tibi;
Quam funesta tibi fuerint Thrasimenia Tempe
Scit Trebia et Ticino proxima rura tuo;
Quid lachrymabilius Cannarum nomine Romæ
Tot simul amissis milibus esse potest?
Anne pharetratos Parthos impune lacessis?
Auxerat Eufratem sanguinis unda tui;
Europæ domitum signis victricibus orbem
Asserere innumera non sine clade potes;
Ut taceam Gallos, quoniam pudet; aspice quanti
Vincere pugnacem constitit Illyriam;
Ut taceam quoscunque mihi est numerare molestum,
Te quibus ipsa doces imposuisse iugum.
Nostra tuo quoties Germania milite tacta est,
Incepti poterat pœnituisse tui,
Nec tentata tibi gens infœlicius ulla est,
Cum servam velles quæ tibi nunc domina est;
Nec similis visa es perpetuo ipsa tui,
Nec Fortuna dedit cursum tibi semper eundem,
Nunc oppressa malis, rebus nunc aucta secundis,
Nunc ver arrisit, nunc tibi sævit hyems:
Spirat inæquali semper dea lubrica flatu,
Aequatas rerum non amat illa vices:
Cuius ut exemplum videas, te respice, dices
Ludere Fortunam non potuisse magis.
Nos quoque per varios eadem Sors ipsa labores
Multiplici rerum lubricitate tulit:
Nobiscum nata est et in ipso flore iuventæ
Tota fere armorum gloria nostra fuit;
Vidit et invidit quæ corripit omnia secum,
Et signum in nobis se dedit esse deam;
Quodque fuit nulla nobis ratione timendum,
In propria carcer gente paratus erat;

---

[143] Aphros 2. [144] vict.] fictam 5. [145] octenos 2. [147] tempe *omnes. Cf. Liv.* XXII. 4. *sqq.* [149] lacrim. 5. [150] millibus 5. [152] Euphr. 3...5. [160] Incœpti 2. 3. poteras 2. [161] Nec tibi tentatum genus infœlicius [infelicius 5.] ullum 3...5. [163] perpetua 3...5. [166] hiems 3. 5. [176] *Cf. ad v.* 68.

Sæpe rebellantes toties vicisse Sycambros
Est iterum atque iterum causa fuisse pium;
Quis fudisse acies Gallorum sæpe superbas
Nescit et ingenti strage dedisse neci?
Ad mea Pannoniæ tremuit domus arma fuitque
Consultæ facies omnibus una fugæ;
Et nisi tot variata modis Fortuna fuisset,
Contudimus quorum nos pudet, Helvetios:
Hæc tumidos gladio fudit victore Bohemos
Dextra, Palatinas cum sequerentur opes;
Infidos pepuli patrio de limite Turcas,
O et adhuc aliqua gens adeunda manu.
Cuncta referre piget, nec enim brevis omnia chartæ
Servatura modum pagina ferre potest:
Nunc quoque quanta tuis tot retro abeuntibus annis
Ediderim campis funera nemo rogat.
Quid mirum si Fortunæ cessisse parumper
Differre et tantum si videamur opus?
Tu quereris causasque times quæsisse morandi,
Et spacium iusto maius abesse doles,
Et velut admoneas imitari exempla parentum,
Segniciem exprobras desidiamque notas:
Desine ab exemplis metiri facta nec istis
Conferre antiquis tempora nostra velis.
Quos tu commemoras, geminorum splendor Othonum,
Longe alia tantus condicione fuit:
Tunc neque tot dominos habuit Germania reges,
Necdum contemptus Cæsaris iste fuit,
Paruit Augustis patrii concordia regni,
Constituit proprium nemo sibi imperium;
Siquando expediit legiones ducere et usquam
Martia in hostili ponere castra loco,
Militiam nemo tum detrectabat honestam,
Gloriaque in castris Cæsaris esse fuit:
Nunc confisi opibus nobis blandimur et inter
Summa voluptates vivere militia est,
Et nos, quando adeo Cæsar sibi quisque videtur,
Accipimus præter nomen inane nihil:

179 Sycambr.] *Belgii.* 186 Vis mea bellaces contudit H. *3...5.* 187 Hec 2. 194 Aediderim 2. *4. 5.* 198 spatium *5.* 200 Segnitiem *3...5.* 203 Quos tum c. *4. 5.* 204 conditione 2. *4. 5.* 211 detrectauit 2.

Sæpe quidem mandata damus regnique senatum
Cogimus auspicio deserimusque bono,
Semper at hoc iterum faciendum iterumque, nec unquam
Consilii finem lubricus orbis habet:
Donec inutilibus terimus conventibus ævum,
Hostibus infidis quid nisi præda sumus?
Ah pudet imperii quoties illa inclyta mentem
Euxini subiit luxque decusque maris;
At, nisi nos fallant promissi oracula fati,
Pro tali pœnas crimine, Turca, dabis.
Ante coegerimus Venetum in sua stagna rebellem,
Fregerimus cristam, perfide Galle, tuam.
Tunc dabitur nostræ iam lapsa palatia Romæ
Visere, et Augusto Tybridis amne vehi;
Quoque minus dubites, iam non promissa sed ipsam
Aspice non ficto pondere stare fidem:
Dum nos Vindelici princeps Augusta Suevi
Detinet, et populis Martia iura damus,
Dum tibi Teutonicæ, fortissima pectora, gentes
Tot coniuratis milibus arma parant,
Interea Venetis sociatum viribus agmen
Quadraginta hominum milia Gallus agit,
Iam tuto populatus agros, populatus et urbes
Abstulit irato fulmina pene Iovi.
Ha scelus et nunquam violentia tuta pericli,
Galle, diu ludus non stetit iste tibi;
Inclyta deerat adhuc tantis Verona triumphis,
Spes nata est Venetis hanc quoque posse capi:
Ter frustra oppugnant magna ter cæde repulsi;
Quod nequeunt armis, hoc voluere minis;
Dira quidem nostris ducibus datur optio, vellent
Sive urbem triduo tradere sive mori.
Improbe, tune minis gentem terrere prophanis
Quam nequeas, armis vincere, Galle, voles?
Venit et aerias iam tertia depulit umbras
Propitia nostris luce revecta dies,

[220] Concilii *3...5.* [221] euũ *2.* [224] *Selimus I.* [228] perf. G.] Galle superbe *3...5.* [230] Tibridis *5.* [233] Vindelyci *3.* princ.] præceps *3...5.* [236] millibus *5.* [237] Venetum sociatis milibus [mill. *5.*] agm. *3...5.* [238] millia *4.5.* Gallus] *iam Franciscus I. rex.* [243] deerat = dērat. [245] *m. Aug. a. 1516. Gallos Lautrecus ducebat. is tractatu Noviodunensi a Cæsare adprobato quinque mensibus post Veronam ingressus est.* oppunguant. *2.* [251] aereas *2.* [249] prohanis *4.5.*

Ecce adsunt, et prima alacres ad mœnia Galli
Tormenta adiiciunt excidiumque parant;
Porta fuit positis modice firmata catenis
Pervia tormentis sponte relicta ducum;
Qua licet irrumpunt, duris cataphrattus in armis
Pars peditum nostræ maxima gentis erat,
Iamque videbantur toto sibi vincere Marte,
Iamque fere illuvies tota recepta fuit:
Rupit ab insidiis quod in istum iussimus usum
Talibus hospitibus tale dare hospitium:
Hanc te ferre stipem, miles Germane, decebat,
Hæc erat officio gratia digna tuo.
Quid referam quantam ediderint tormenta ruinam?
Horret adhuc animus et meminisse grave est:
Pelluntur Veneti imbelles Gallique minaces,
Plura sed illorum milia cæsa manent:
Noster at interea victrici exercitus urbi
Advenit et spolium relliquiasque legit.
Quem nunc ecce tuis victorem cernis in oris,
Pro te, pro patria Martia castra sequi,
Spem nunc interea tibi nos præmittimus, ut sit
Quod maius multo polliceare tibi;
Ut taceam quantas pro se Germania vires,
Quot queat invictos mittere sola duces:
Ungarus accedit pugnax acerque Bohemus
Et qui vasta ferox rura Polonus arat;
Ducet ab occiduo turmas Hispanus Ibero,
Fida suam nobis Anglia mittet opem.
Finge age non aliquæ vires, non ulla sequantur
Auxilia, Augustæ destituantur opes,
Sola potest Venetos tumidumque repellere Gallum
Sueta diu tales vincere nostra domus.
Et mea non uno contenta est Austria regno,
Mater et innumeris regibus illa fuit:
Illius aspicias populis florentibus urbes,
Gallorum vires dixeris esse nihil.
Qua sola Venetum virtute potentia fracta est,
Hanc tibi, si nescis, Austria sola dedit.

---

255 cathenis *2. 3.* 257 cataphractus *5.* 265 ediderint *2. 4.* 268 millia *4. 5.* 270 rellinquiasq; *2.* reliquiasque *5.* κατάφρακτος 279 Hyspanus *2.* 284 Sueta utrumque diu vinc. *3...5.* 289 Qua toties Venetum *3...5.*

Rhenus ab Ausoniis quantum fugit Alpibus et quod
Hæc inter spacium claudit utrumque mare,
Tam late patrium regnum exercemus, et illud
Vix etiam Odrysiis terminat Ister aquis.
Unde nec imbelles Indos mollesve Sabæos,
Nec Persam medias ducimus inter opes;
Sed genus acre virum ferroque horrentia late
Agmina, non aliquo sueta labore premi,
Gentem animo infracto, patientem frigus et æstum,
Tamque sitim docta quam tolerare famem:
His ego tot populis Gallum prohibere minacem
Deque tuo potui pellere, ut ante, sinu;
Fortunæ sed erat cedendum temporis huius,
Quam sæpe invitam detinuisse nocet:
Nunc eadem eventum meliorem spondet et audet
Dicere se facti pœnituisse sui.
Fata datas æque rerum moderentur habenas,
Certum est sive tibi vincere sive mori:
Viribus imperii sociata resumimus arma
Ducturi in fines protinus illa tuos,
Arma nec antiquum tantum visura Tridentum,
Arma per Alpinas longe abitura nives.
Tum neque fœdifragi vecors insania Galli
Euganei obsistet nec domina illa maris;
Non aliquem dices Fridericum animosius isse,
Europam atque Asiam fregerit ille licet;
Tum mihi retrogrados Florentia pingere cancros
Audeat et claro sub Iove ferre faces;
Tum mediis faxo recitent nova carmina scænis,
Contemptu careant nulla theatra mei.
Non tamen illa movent quantum tua damna precesque
Udaque de lachrymis littera facta tuis.
Qualibet interea, quoniam licet, improba iactent
Consilia ingrati pessima turba animi,
Pœna scelus sua quodque manet, sine crimine læsa
Invenit ultores gloria vera deos.

---

[291] Renus *2.* quot *2.* [292] spatium *5.* [294] Odrys.] *Thracicus.* [296] Perſas *2.* [303] cędendū *2.* [309] Viribus *2.* [313] neque raptoris vecors [væcors *3.*] *3...5.* [315] Friderichum *3.4.* [317] *Cf. Hutteni epigr.* In picturam de Cæsare. „Nuper retrogrado." *et supra Hutt. carm. v.* 240. [322] lacrimis *5.* litera *3.5.*

At tu passa graves motus, iam pene coloris
Indiga, iam morbis pallida, iamque senex,
Quæ iam fracta malis poteras et mortua credi,
Cui vitam adventus spes fovet una mei,
Ecce novum spondet rerum fortuna tenorem,
Iam cita desævit, iam revoluta rota est:
Adde novas animo vires priscumque resume
Ornatum, nec te iam periisse puta:
Nostra mane, nec cede malis, teque, inclyta, serva,
Exiguum est quod nos tempus abesse feres;
Ante quidem quam tu vel quisquam credere possit,
Polliciti cernes pondera plena mei.
Cætera quæ cuperes, tibi nos responsa feremus,
Armorum potuit littera ferre nihil.
Erfurdie.

---

*HEL. EOBANVS HESSVS AD POETAS SVI TEMPORIS.**

Ludite, materiam nacti causamque, poetæ,
O qui Castalias cumque bibistis aquas:
Materiam Cæsar, causam dedit Adria belli:
Utraque res magna est, utraque digna cani:
At satis est Cæsar solus, sola Adria, verum
Hæc det Odyssean, ille agat Iliada.

BONONIÆ. — **XXXVII.** — 9. AVG. (1516.)

RICHARDO CROCO BRITANNO
AMICO ET LITERATO ET PROBO GRÆCAS PARITER AC LATINAS
LIPTZÆ LITERAS PROFITENTI
SIBI DILECTISSIMO.

VLRICHVS DE HVTTEN
RICHARDO CROCO
SALVTEM DICIT.

Uno eodemque temporis momento factum est, ut et tu ubi sis rescirem, quod aliquot iam menses varianti rumore dubitaveram, et nuntii §. 1.

XXXVII. A = Indic. bibl. nº. 74. 2 = Hutt. Münchii II. p. 327. sq.
3 = Kraft (Ind. bibl. nº. 84.) p. 4. sq.

[335] cede *2.* [340] litera *3...5.* [341] ℂ Finis. Erdfurdiæ. *3.* *Subscr. omis. 4. 5.*
* Eobani Hessi Appendix. Ad P. *2.* Extat in *2. 3.* sola] fatis *3.* [7] Hæc] Hic *3.* aget *2.*
[17] quod] *an* quo de? variante *legerim.*

Lipsam ituri sese offerrent, fuitque illud in causa, ut, quum longos tibi
§. 2. commentarios texere vellem, vix brevem hanc epistolam celerarem. Certum igitur habe, amicissime Croce, eorum quæ inprimis opto, unum esse hoc, ut tu quam felicissime agas atque is cui tu, his moribus, hac eruditione homo, displices, tantum ab omni felicitate absit, quantum te ego
§. 3. ab omni incommodo votis omnibus abesse cupio. Narrantur mihi epistolæ obscurorum virorum tota Germania divulgari, et apud vos quoque haberi in manibus gaudeo absens, non nescius interea quam isthic vos triumphetis præsentes his, quibus monumentum hoc fit, insultando. age igitur, nihil intermitte quod quidem divexandis pessimis hominibus usurpare possis: bar-
§. 4. bare ridentur barbari: quam hoc bene cesserit, probavit Erasmus, aptissimam tandem viam qua exagitentur improbi sophistæ, inventam arbitratus; sed mihi, qui hæc audio, videre non licet: nondum enim ad oculos meos pervenerunt isti, quiqui sunt, obscuri viri; recte obscuri, non a me tantum. Gratum igitur feceris, (quod gratum dixi, et gratissimum inquam,)
§. 5. si te mittente exemplar accepero. Novem menses iam in Italia sum, nec adhuc alicuius literati amici ex Germania epistolam accepi, uno excepto Hermanno Novæ Aquilæ comite: hic enim officio non defuit. Nisi durius hoc esset quam ut meo in te amori conveniat, accusarem te, quamquam quidem in aliqua forte causa fueris, quare non scriberes, aut potius quo minus quod scripsisti huc perferretur. De mea cum quinque Gallis pugna omnino aliquid scias oportet ubique divulgantibus curtisanis qui vocantur.
§. 6. Capnionis negotium Romæ vertitur; nunc convocati undique theologi disputant, post statuetur: eo enim ventum est, optime Croce, ut iam non quid senserit bonus pater, sed quid sensisse putari possit, accipiatur. Cum primis scies, ubi, quod in dies spero, ad me venerit sententia, non iam de Capnione,
§. 7. sed de nostris communiter studiis lata. Hæc a me, qui brevis esse volo. aliquid enim tui studio moratus sum hos Pomeranos, qui tibi has reddunt. sed et hoc non omittam: nuper epistolam lusi elegiaco carmine ad Cæsarem Maximilianum Italiæ; eam mei studiosus quidam Wittenpurgum Faccho mittit. cura videas num quid habeat quod te afficiat. si tempus est, pro Maximiliano
§. 8. responde: nam hoc aliis reliqui. Nimius fui; igitur occludam literas. Tu vale nostri memor. Bononia V. Idus Augusti: raptim, irrevise, sinceriter.

---

6 abesse cupio *add. A, in MS. vitium latere adnotans.* 9 „monumentum" *pro verbo quodam in MS. corrupto posuit A. Vult auctor* præsentes his insultando, quib. *etc.* fit insultando *male coniunxerunt editores.* 11 Quam hoc bene — probavit Er. *etc. A. 2. 3. qui omnes locum malis distinctionibus corruperunt.* cesserit *equidem addidi. verbum deficiens in MS. vitiatum esse adnot. A. Male de Moria Erasmi h. l. adn. 3.; de Erasmo epistolis O. V. applaudente loquitur Huttenus, quod argumentum egregie in Expostulatione sua cum Erasmo prosecutus est.* 14 a me] ? *an* apud me? 21 sq. De mea .... vocantur *omis. 2. 3.* 24 pater] *Capnion.* 30 Vvittenburgum *2. 3.* 33 *Perperam* „(a. 1515.)" *add. 3.*

BONONIÆ. 22. AVG. (1516.)

XXXVIII.

RICHARDO CROCO ANGLO
MVLTIS SIBI ET MAGNIS NECESSITVDINIBVS CONIVNCTO AMICO
LIPSÆ OPTIMA LITERARVM STVDIA FELICITER PROPAGANTI.

HVLDERICHVS HVTTENVS
CROCO ANGLO
SAL. PL.

Nunquam commissurum me puta, ut quamvis istuc proficiscerer, ad §. 1.
te non scribam; tu, quemadmodum mihi officio respondeas, videris, qui
toto hoc anno nihil ad me. Neque est quod nuntios, qui rari sunt, accu-
ses: erunt mercatores, erunt curtisani; semper habes cui committas. Nudius §. 2.
tertius a Lipsa quidem huc: 'Heu, tu, inquam, Crocum Anglum nostin'?
'Quidni' ait, 'Græca profitentem illum?' 'Illum volo. sed numquid ad me
literarum dedit is?' 'Ne literam unam quidem', inquit. Fieri posse non
arbitror, ut segnius amicitiam colas; et quicquid in causa est, Croce, in-
digne fero quod nullas abs te literas accipio, præsertim tam sæpe provo-
cato. ergo igitur istam solve desidiam tuam, ac ipse expergiscere per
aliquam longam ad me epistolam aut volumen potius. Iterum scripsit ad §. 3.
me Comes Novæ Aquilæ, et perquam familiariter, ut solet. eius vero literis
intelligo quodam in libro seu quadam in epistola aut præfatione nostri
mentionem fecisse Erasmum: scribe, oro, quibus verbis aut quo opere.
maxime omnes in Germania erratis qui omnia istic edita facile ad nos
perventura arbitramini: nihil enim nisi forte post multos aliquos menses
accipimus. Novum Testamentum Romam illum misisse rumor erat: non §. 4.
vidi ipse. Oro, quicquid haberi novarum rerum potest, collige ac quasi
multis simul consarcinatis centonibus epistolam forma, eamque primum ad
me perferendam cura. Accepi Obscuros Viros: dii boni, quam non illibe- §. 5.
rales iocos! Verum ipsum me autorem non iam suspicantur sophistæ, sed
ut audio, palam prædicant. oppone illis te, et aliquam absentis amici
causam age, nec me istis sordibus pollui sine. De eadem ipsa quoque re
copiose perscribas cura: attenduntur raro Lipsienses: cottidie aliquid audis.
quid moliantur fac sciam, ac vale. Bononia. XI. K̅lis Septembr. raptim.

Iteratis consolationibus bene sperare iubentur de Capnionis causa amici §. 6.
Romani. Quicquid est, metuo aurum sophisticum. Hogostratus etsi non-

XXXVIII. Ut num. XXXVII.

[12] a *om. 2. 3.* [21] *Hanc mentionem fecerat Erasmus præconio supra p. 103. sq. repetito.* Cf. infra Ep. ad Erasmum, d. 21. Iul. a. 1517. datam. [23] aliquot *2. 3.* [30] istis sordibus *post Müllerum de epistolis O. V. intellegere solent; quo vix infelicius quicquam: theologos Colonienses petit Huttenus.* [31] attend.] *an* attentantur? [32] Bononiæ *2. 3. XI. M̅is Septembr. A.* XI. Mens. Septembr. *2. 3. In exemplo ab ipsius Mülleri manu correcto, quod possideo, est* Klis „(a. 1515.)" *perperam add. 3.* [34] Hogosratus *A.*

dum contra Capnionem promovit, verum eo tamen sperare aliquid videtur, quod tot iam annos litem producit. et Romanis aurisugis nihil voracius est, nihil, ubi munera obiiciuntur, mutabilius. Iam certum est indices multis ac manifestis præiudiciis elevasse Hogostrati causam. Sperat ille tamen aliquam hiantibus Cerberis offam obiecturum, qua aditum ad victoriam sibi patefaciat. Utinam transacta acta essent, quo ne suspensi diutius essemus. Vale.

BONONIÆ. **XXXVIIII.** 9. SEPT. 1516.

IOANNES COCHLÆVS AD BILIBALDVM PIRCKHEIMERVM.

Mitto ad te, observandissime mi domine Bilibalde, Marcum Hutteni nostri, qui hoc vespere nobiscum cœnavit, aliquot nobis novas recitans epistolas multo cum risu, ex quibus una per totam fere Germaniam vagata est, tuique facit mentionem, quod contra usuram scripseris, quam magister noster disputavit Bononiæ. negat tamen se libelli illius auctorem in hæc verba 'nullo modo, est deusmet.' Ceterum eius Marcum tunc recte accipies, quum prius legeris Sabellici carmen de Venetorum ortu ac fato: nil enim quærit iste Marcus, nisi irrisionem eorum iactantiæ. Mirabile profecto mihi videtur hominis ingenium, præsertim in illudenda aliorum stultitia: iocis scatet et salibus. quamprimum hominem audivi, alterum dixi esse Lucianum. . . . . Itali pecuniam quærunt et pompam. nunquam eos tanti faciam expertus, quanti feci antea: fucus est et simulatio, uti nuper scripsisti. Bene vale et ad priores mihi, ubi dabitur ocium, responde literas. Ex Bononia. 9. die Septembris, anno domini 1516.

XXXVIIII. Heumann. (Ind. bibl. n. 70.) p. 1. sq.

HAGENOÆ. **XXXX.** 19. OCT. (1516?)

WOLPHANGVS ANXT CÆSERBERGIVS DOMINO ERASMO S. P. D.

Obscuri viri ad myrtum canentes apud me in sterili arena orti fronte iam perfricata in tuum conspectum prodire volunt, dumque id sedulo prohibere co-

XXXX. Erasmi Epp. Append. num. CCCXXXIX. col. 1777. Ind. bibl. n⁰. 53,5.

[10] Marcum] *Cf. Ind. bibl. n⁰. XX. D. Cochlæus carmen manu scriptum miserit.*
[12] una] *Vult epistolam Magistri Sclauraff. Epp. obsc. vir. part. II. 9., ubi in carmine rhythmicali legitur versib. 39. sqq.*

Tunc ..... transivi ad Nurnbergam,
Ubi quidam Pirckheymer, qui non est Magister,
Fecit mihi instantiam: sed audivi ibi clam,
Quod cum multis sociis in partibus diversis
Magna in coniuratione vellet stare pro Capnione,
Et contra Theologos facere multos libros.
Et fuit mihi dictum, quod noviter unum librum
Scripsit de usura, quam admittit Theologia,
Sicut Bononiæ est disputatum, et per Magistros nostros probatum.

nor fortius repugnando, in me insurgentes inquiunt nil fore se Erasmo gratius, tum quod dudum is strenuiora sua dicta Argentorato memoriter recitaverit, tum quod istorum sint familia, quos Moria tam gnaviter pridem celebraverit. hac victus procacitate reliqui vela ventis. superest ut dieculæ hospitium non deneges iis, quos tui tam cupidos fuisse agnoscis. Tuum erit, ut ridicula non ægre feras, nec spernas: non enim opis est Anxsteæ tibi omnium doctissimo quicquam præter voluntatem dignum impartiri. Vale et vive. Datum Hagen: 19. Octobris.

BASILEÆ. **XXXXI.** D. 19. OCT. A. 1516.

GLAREANVS VDALRICO ZVINGLIO

DOGGIO VIRO PHILOSOPHO ET THEOLOGO NOBIS AMICISSIMO S.

Non sinit infelix meum pistrinum, ut frequenter nostræ remeent literæ. . . . . Emi et nescio quid audeamne dicere Portuini Gracchi, dicere volui ad Ortuinum Gratium epistolas aut sales illos iucundissimos, auctos prætcrea et magistraliter determinatos. O ipse lacerat bonos bossos, præsertim Zvikaviacum sua herba ηὕδη. Ceterum Lachnerus ille Guolfgangus misit Venetias qui in litera Aldina optimos quosque auctores afferant, Gellium, Cæsarem, Platonem, Ciceronem, Homerum, Lucianum, Demosthenem et quos referre non mora est innumeros alios. Qua in re cautione utendum. si ex iis aliquos habere voles, rescribito Lachnero ut potes amicissime, ne tui obliviscatur, velle te pecuniam promptam apud me ponere, atque id eam ob causam potissimum: quicquid enim bonorum librorum Basileam venit, triginta adsunt qui vix conquisito pretio arripiunt: tantus est appetitus hominum et furor (nam et furor est) nonnullorum, quibus tamen hi libri neque usui sunt neque intelligunt; habere tamen volunt et quam sæpe strenue insanire malunt . . . . . . Vale et me ama. Basileæ ex pistrino meo. XIV. Cal. Nov. Ao. C. 1516.

XXXXI. Zuinglii Opp. (Ind. bibl. nº. 81.) VII. 1. p. 15. sq. nº. 111.

7. 8 Hageb. *aperto errore ed. L. B. Ex hac Angstii, tum Hagenoensis librorum imprimendorum correctoris, epistola Mohnikius suspicatus est, eundem virum epistolarum obsc. vir. auctorem fuisse.*

12 *Henricus Loritus Glareanus, Hutteni æqualis, mathematicas disciplinas Basileæ eo tempore docebat.* 15 lac. bon. boss.] == *reißt gute Poßen. vulgaris phrasis Germanica more scriptorum epistolarum illarum Latine facta. Cf.* Epp. O. V. vol. I. nº. 46. Ioannis Currificis Ambachensis epist. 16 Zuikaviacum ... ηὕδη. *hoc dederunt Turicenses. sine sensu. fortasse* Zuickavia eum (*sive* Zvickaviacus) superbe ὑηνεῖ, *nam tres epistolæ Magistro Conrado de Zuiccavia in primo volumine Epp. O. V. adscriptæ* (9. 13. 21.) *sane setis suillis pingunt adulterum Ortwinum et scriptorem ipsum mœchum.* 16 Lachnerus] *Frobenii typographi et bibliopolæ Basiliensis socer.* 17 Gellium *etc.] Hæc enumeratio et ipsa quasi in epistolis obsc. vir. legeretur, hodie rideri possit.* 25 sæpe]? sapere?

BASILEÆ. XXXXII. D. 24. OCT. A. 1516.

ZVINGLIO SVO GLAREANVS S.

Scripsi nuper, carissime Uldrice, et copiosius et fortasse cordatius quæ in rem tuam curassem. ne vero interceptæ literæ anxium te reddant, iam denuo, esto manus frigeant (frigebant enim maxime, cum hæc scriberem), certiorem ea de re facio. Emi tibi Copiam corum cum Pompeio, Varrone et Nonio, Lactantium cum Tertulliano, non addens quantum quodlibet illorum constet: scio enim te mihi confidere ut amico, atque tu quoque non es inscius quam illibenter docti supputationibus illis sese astringunt. Habuisti mecum 3 scuta et quartarios duos minores. summa autem horum codicum facit 2 aureos et 35 plapp. Basilicos. Ceterum mitto tibi exquisitissimas illas Epistolas obscurorum virorum ad Portuinum Græcum, dicere volui Ortuinum Gratium, ampliatas, non restrictas, explicatas et replicatas. Ipse vult se percutere cum eo, et lacerat mirabiliter grossos bossos. Hieronymus dispositus est, sed bibliophorus ducere non potuit; curabimus autem propediem ut Eremum, quam semper vivens inhabitavit, visat. Unum est magnopere ad rem pertinens: vide ut et Frobenio et socero eius Lachnero utrisque singillatim scribas amicissime; ea res faciet ut cum libri alii adveniant, tibi promptiores patrociniumque meum eo lenius ferent: cum enim boni libri adducuntur, omnes advolant præripiuntque scioli, qui neque intelligunt neque legent unquam. spero autem post duos menses ex Venetiis magnam librorum molem, in litera etiam Aldina, huc duci. . . . , ... Basileæ a. d. VIII. Cal. Nov. Ao. C. 1516. Omnes discipuli salutare te iusserunt. Ignosce celeritati.

XXXXII. Zuinglii Opp. citt. VII. I. p. 17. sq. n°. V.

LONDINI. XXXXIII. 31. OCT. 1516.

THOMAS MORVS DOMINO ERASMO SVO SALVTEM.

Rescribo, mi Erasme, serius, quod certe aliquid scribere cupiebam de equo tuo ab Ursewico promisso. . . . . . Epistolæ Obscurorum virorum operæ pretium est videre quantopere placent omnibus, et doctis ioco et indoctis serio, qui dum ridemus, putant rideri stylum tantum, quem illi non defendunt, sed gravitate sententiarum dicunt compensatum et latere sub rudi vagina pulcherrimum gladium. Utinam fuisset inditus libello alius titulus: profecto intra centum annos homines studio stupidi non sensissent nasum quanquam rhinocero-

XXXXIII. Erasmi Epp. L. B. 1706. Append. num. LXXXVII. coll. 1574. sq.

[13] se percutere cum eo] = *sich mit ihm schlagen*, duellum q. d. cum eo inire. [14] grossos bossos] = *grobe Possen. Sunt phrases Epp. O. V.* [15] Eremum] *Einsiedeln, ubi tum Zwinglius habitabat. Glareanus ambiguo verbi sensu ludit.* [22] a. d.] ad *1.*

tico longiorem. . . . . . Londino antelucanis horis festinanter. 31. Octobris, Anno 1516.

BONONIÆ. XXXXIIII. 23. NOV. 1516.

XXXXIIII.

[IOANNES COCHLÆVS AD BILIBALDVM PIRCKHEIMERVM.]

S. Libera me quæso, optime ac observandissime D. Bilibalde, non dico a suspicione, sed a metu quo leviuscule discrucior, ne forte propter crebras meas ad te ineptias parum visus sim officiosus, præsertim in sordida Eckii disputatione. . . . . Nos iam pridem vehementer expectamus a te literas, Huttenus et ego. ne committas quæso, ut illi non respondeas: nam contemptum se iudicaturus esset, et in me forte culpam transfunderet. . . . . . Ex Bononia. 23. die Novembris Anno MDXVI.

XXXXIIII. Heumann. (Ind. bibl. n. 70.) p. 2.

BONONIÆ. 31. DEC. 1516.

XXXXV.

[IOANNES COCHLÆVS AD BILIBALDVM PIRCKHEIMERVM.]

S. Heri ad me tulit filius D. Hieronymi Holzschuer binas litteras, colendissime D. Bilibalde, adeo gratas, ut omnis expectationis facile sim oblitus. . . . . . . Huttenus graviter nuper ægrotavit. Nudiustertius epistolam mihi ostendit Romæ a Martino Groninck scriptam, quæ certam Reuchlino promittit victoriam, quamvis hac æstate summo certamine utrinque sit laboratum. Mox ubi invenero nuncium, plura scribam. has litteras Romam mitto, ut inde ad te veniant opera Engelhardi. Bene vale. . . . Ex Bononia, pridie Calendas Ianuarii. Anno Domini 1517.

XXXXV. Heumann. l. c. p. 4. sqq.

BONONIÆ. 13. IAN. 1517.

XXXXVI.

HVLDERICHVS DE HVTTEN IOANNI RECVHLIN S.

Per, te, caput tuum oro, per siquid hoc charius utrique, noli tristia §. 1.
ominari nobis. quid enim ista sibi volunt 'sin brevi moriar', satis tibi re-

XXXXVI. 1 = Reuchlin. epp. (Ind. bibl. n°. 51.) fol. A. p. 1. 2 = Wagenseil n°. x. p. 90. 3 = Hutt. Münch. II. p. 337. sq. Vide etiam Burckhard. I. p. 152. sq. III. p. 157. sq.

spondebit virtus tua. noli me terrere obsecro; noli ipse imponere neces-
sitatem tibi, et illum refer animum quo solitus es ferundis adversis uti:
multos ultro ferocientes formidulosus dux milites his querelis emollitos
§. 2. reddes. Ne tibi desis; ne ardentibus pro te muliebre istud obstrepe 'sin
brevi moriar'. immo non moritur qui sic vixit: istis enim annis quicquid
addes, lucro accesserit; gloria abunde est: sensisti vivens ea de te testi-
monia, quæ paucis prius mortuis contigerunt, ac ipse posteritati interfuisti
§. 3. tuæ. Quod ad me attinet, satisfactum meo in te studio arbitror vel hoc
solo, quod inter Reuchlinistas numeratum haud obscure me viderim. Proinde
confirma te, fortissime Capnion: multum oneris tui in nostros humeros trans-
latum est. iampridem incendium conflo, quod tempestive spero efflagrabit:
ipsum te quiescere iubeo: eos mihi adiungo militiæ socios, quorum et ætas
et conditio pugnæ generi par est. brevi videbis lugubrem adversariorum
§. 4. tragœdiam e ridentium theatro exibilari. Hæc diversa opinante te molior.
neque enim de me si recte suspicareris, ista scriberes 'Noli deserere cau-
sam veritatis': Egon' deseram aut hanc, aut te, huius ducem? modicæ fidei
Capnion, quam non nosti Huttenum! immo si tu hodie deseras, ego istud,
quantum per me fieri poterit, restituam bellum; nec mihi ignavos cœptorum
comites arbitrare: his stipatus consortibus ingredior, quorum unumquem-
que huic colluvioni satis futurum putes. Capnionis præconium per ora
virum volabit; feres ipse et hinc et aliunde ingentem laudem extra peri-
culum securus. Hæc volui ne ignorares. Vale, ac integrum te nobis serva.
Iterum vale. Bononiæ. Idib. Ianuar. Anno M.D.XVII.

XXXXVII.

[Ex Reuchlinianarum epistolarum Haganoensi exemplo (Ind. bibl. n°. 51.) *quod in ipsa prima pagina hæc habet:* Reuchliniftarum exercitum pa|gina inuenies mox fe-quenti. | *hic catalogus inserendus esse videtur:]*

CAPNIONIS DEFENSORES ACERRIMI,

VIRI GERMANIÆ TOTIVS LITERATISSIMI SPLENDIDISSIMIQVE.

D. Erasmus Roterodamus uir seculi nostri doctissimus, qui Ca|pnionem suis diuinis operibus undiq; purgat ac defendit.
Hermannus Comes de Nuenar, nobilium omnium specimen.
Hulderichus de Hutten, uir omni in doctrina absolutissimus.
Reuerend. DN. Ioannes Episcopus Roffensis.
Petrus Galatinus Minoritanus, sacræ arcanæ Cabalæ peritissimus
Martinus Groningus Bremensis.
Io. Potken Præpositus Coloniensis

[5 sq.] Cf. Horat. Od. I. 9,14. sq. [11] confluit *2. 3.* [16] Egone *2. 3.* [17] qui [*pro* quam] *ex non intellecta sigla 2. 3.* quam *recte* Burckh. I. p. 152.

Christophorus Vuelser Præpositus Ratisponensis
Fabricius Capito Concionator Basiliensis, uere pius Theologus
Ioannes Oecolampadius Concionator Augustanus.
Iacobus Spiegel Selestanus I. V. Doc. Cæs. Secretarius.
Conradus Peutingerus I. Doc. Consiliarius Augustanus
Conradus Mutianus Ruffus Præpositus in Gotta.
Thomas Truchses Decanus Spirensis.
Laurentius Behem Babenbergensis Canonicus.
Sebastianus Sperantius Præpositus Brixinensis.
Guilielmus Copus Basiliensis.
Henrichus Stromer Aurbacchius Med. Doctor
Bilibaldus Pirkaimer Norinbergensis, summæ doctrinæ uir.
Aegidius Viterbieñ. Gñalis Eremitarum S. Augustini.
Ioachimus Vadianus Vienensis Ordinarius
Simon Lazius Vienensis
Cuspinianus Cæs. Orator disertissimus.
Iohannes Cæsarius.
Georgius Simler Ordinarius Tubingensis.
Hermannus Buschius poeta & Orator iucundissimus.
Henrichus Glareanus Heluetius poeta & Orator.
Eobanus Hessus Poeta & Orator.
Eleutherius Byzenus, qui Triumphū in Cap. uictoriam scripsit. ||
Michael Humelbergius Rauenspurgensis.
Petrus Mosellanus Protegensis.
Beroaldus Iunior Bononiensis
Nicolaus Gerbellius Phorcensis
Philippus Melanchthon Brettanus.
Beatus Rhenanus Selestanus.
Ioannes Quonus.
Ricardus Crocus
Ioannes Huttichius.
Petreius Aprobacchius
Crotus Rubianus
Erhardus Listrius
Eurycius Cordus
Paulus Gereander Saltzburgensis.

¶ *Plærique alii, & Germaniæ doctissimi, qui prope diem in | Capnionis innocentiam proprium in lucem dabunt opusculum.*

BONONIÆ. XXXXVIII. 7. MART. 1517.

[IOANNES COCHLÆVS AD BILIBALDVM PIRCKHEIMERVM.]

S. Laxavi hac hyeme liberas furori habenas, observandissime D. Bilibalde; nunc tandem ad me ipsum redii; reliquum est, ut meæ temeritati apud te veniam pre-

XXXXVIII. Heumann. (Indic. bibl. nº. 70.) p. 9...17.

cer . . . . . . Erat nuper in armis tota nostra natio contra totam nationem Langobardorum; cogebar et ego meos duos seniores in arma atque adeo in pericula mittere; discurrebant per plateas feroces et furibundi, certi hostes dedere neci: incursabant et domus: res agebatur omni armorum genere, etiam bombardis: Longobardi foris non videbantur, at intus plurimi congregabantur, et nisi gubernator sese intermiscuisset, ad manus utique et ad cædem deventum esset. pacem itaque post bidui furorem gubernator indixit. nemo interfectus est, pauci qui casu inciderant, vulnerati. offerebant se in auxilium nobis Thusci, Picentes, Hispani, Ungari, Poloni, ut scholares contra scholares vel in media urbe bellum gererent; sed in tempore est res sedata. est bona nunc inter scholares pax, foris bellum et tumultus. Itaque non imus nunc, ut proposueramus iussu vestro, Romam: multæ sunt causæ, bellum, iter, victus, latrocinia, sumptus equorum et hospitium, quod discessu nostro perdidissemus: melius igitur visum est nobis tunc visere Romam et Neapolim, quando vel omnes vel plures nostrum revocamur domum, ut equis nostris insideamus, non alienis magno ære conductis . . . . Ex Bononia. Nonis Martii Anno 1517.

Est quidam Canonicus nobiscum Herbipolensis, Fridericus Fischer, contubernalis D. Hutteni; is velit aliquando ad te scribere amicitiæ tecum ineundæ gratia; monuit me, ut ad te prius scriberem benevolentiamque captarem. est vir bonus optimique ingenii; scribit ad me sæpe: ut autem videas vel per transennam qualis sit, breves eius ad me imposui huic epistolæ meæ litteras, quibus de tertia mea in Thraculum querelam loquitur, ubi Neroni comparatus est Thrax, peiorque multo reputatus.

BONONIÆ. **XXXXVIIII.** 25. MART. 1517.

[IDEM AD EVNDEM.]

S. Scripsi ad te nuper plurima apud Sigismundum Holzschuher, colendissime mi D. Bilibalde; præcipua tamen erat cura de libello ad te dato, in quo contra Iustinianum scripsi in his quæ religionem tangebant . . . . huius epistolii lator iuris est utriusque doctor, non minus integer quam doctus et humanus, amicissimus semper non modo mihi, sed et nepotibus tuis, totique nostræ hic nationi charissimus, D. Valentinus Pomeranus, apud ducem suum non modicæ authoritatis. cupit nosse te tuamque sibi conciliare amicitiam. vir est optimus, cui te mallem esse amicum quam prioribus illis Saxonibus, minus eo doctis minusque mihi tuisque dilectis: nihil tamen petit quam te nosse amicitiæque se insinuare tuæ. Huttenus dixit se ad te nunc scripturum. composuit orationes acerrimas moreque veteri accusatorias in ducem illum Wirtenbergensem. Bene vale atque de querelis meis aliquid mihi vel paucis rescribe. Ex Bononia, 25. die Martii, Anno domini 1517.

XXXXVIIII. Heumann. (Ind. bibl. nº. 70.) p. 17...19.

2 seniores] *signori* Italice. cf. ad sq. v. 28. 19 Thraculum] Iustinianum, in cuius libros Cochlæus commentarios tam verbosos quam inutiles arrogantiæque plenos scribere tum cœperat.

28 nepotibus] sororis filiis, Geuderis. 29 Valentinus] Stoientinus, Hutteni amicus, ad quem scripta est Querelarum I. elegia 6. 35 querelis] adversus Iustinianum. cf. supra ad v. 19.

BAMBERGÆ. **L.** 27. APRIL. 1517.

[LAVRENTIVS BEHAIM CANONICVS BAMBERGENSIS AD BILIBALDVM PIRCKHEIMERVM.]

1517. April. 27.

Salutem. Percepi literas tuas una cum indicio M. Ortwini: gratias ago magnificas. illud indicium, quod nobis monstravit D. Stabius, longe excellentius, lepidius argutiusque videtur: vellem ut inprimeretur. Est hic D. Iacobus Fuchs, frater decani, vir doctus et elegans, qui totus est Reuchlinista: is mirabiliter delectatur lectione harum materiarum contra theologistas factarum: est optimus amicus meus et intimus Ulrici Hutteni: credo etiam ipsum non nullas composuisse epistolas obscurorum virorum, vel saltem non abfuisse longe, dum nonnullæ earum sunt compositæ. ipse semper mihi communicat nova de hac materia, quando ea habet. Ego literis proximis scripserim ad te non me intelligere quomodo incideris in illum libellum obscurorum, quia tunc non legi nisi II quaterniones de illa materia; at postera die cum ulterius legi, bene intellexi quod non vituperii caussa, sed ut significaret Reuchlinistas. Et ille Huttenus, qui forte auctor est vel maioris partis illius libelli seu epistolarum, ipsemet se, ut scribit, inseruit, sibi ipsi obloquens quasi sit magnus truffator seu bestialis, ut forte evitaret suspicionem auctoris. Ego non satis possum mirari de ingeniis hominum, quam arguti vituperent illum Ortwinum et malos theologos et artistas etc.

L. Heumann. (Indic. bibl. n⁰. 70.) p. 255. sq.

BONONIÆ. **LI.** 25. MAI. 1517.

BILIBALDO PIRKHEIMERO PATRICIO NORIMBERGENSI VIRO FORTI ET IN LITERIS ABSOLVTO AMICO BONO AC INTEGRO SALVTEM TVVS REVCHLINISTA VLRICHVS DE HVTTEN EQVES.

Ne tibi in officio cedere videar, quemadmodum tu fecisti, Bilibalde §. 1.
fidissime, cum hodie tuam epistolam acceperim, hodie respondeo. Dii te mihi servent, vere amice: ita tempestive necessaria de re certiorem fecisti: dicam enim ut est: tu primus monuisti, tu amici curam gessisti. quod ut posthac item facias, mire velim. iam enim satis esse puto, siquid abs te

---

LI. 1 = Pirckh. Opp. (Indic. bibl. n⁰. 59.) p. 264. 2 = Wagenseil. n⁰. XIII. p. 98...100. 3 = Hutt. Münch. II. p. 345...347. Cf. etiam Burckhard. I. p. 158. sq.

[13] scripserim]? scripsi. *Bonus Behaimius Bohemice Latinum agit.* quomodo incideris in illum libellum *dicit pro* cur tui in illo lib. mentio facta sit *et paulo post,* *ubi* significaret *scripsit, oblitus est non præcedere nomen* auctor. *voluit* ut significarentur Reuchlinistæ *sive post* Reuchlinistas *adicere debebat, ut pro suo more Latine balbutiret,* te inseruerit auctor. [18] inseruit] Cf. Epp. obsc. viror. part. II. ep. Magistri Sylvestri Grisii ad O. Gratium.

[25] animo *4.*

petendum sit, ut dicam 'sic volo', aut si amplissime, quemadmodum nunc,
§. 2. 'mire velim'; ad populum ista 'oro, obsecro, obtestor'. Fortissime Bilibalde, quid sic metuis nostri Capnionis causæ, quem sua innocentia adversus omnium insultus tutum reddit? tot millia pessimorum persequuntur; quidam boni, (dico enim bonos qui hoc faciunt) quidam, inquam, boni tuentur: utrum maioris apud posteritatem, quod multi persecuti sint mali, an quod quidam defenderint boni? 'At damnabit N. N. phratorum auro inversus'. Damnet. contra Erasmus, Faber, Bilibaldus, Mutianus et optimus
§. 3. quisque innocentiam tueri, veritatem amplecti dignum duxit. Et si me torques, verum dicam, abs te malle probari me, docto et bono, quam ab ipso, omni palea leviore, omni pluma mobiliore; neque persuadebis mihi, ut minoris faciam aliquod Erasmi spiculum, quod in malum quempiam detorserit ille, quam sexcentas illius Florentini excommunicationes, quæ iam multis et magnis de causis vilescunt, apud eos quis est testiculi vena ulla
§. 4. paterni. Proinde impetrent illi omnia; nos innocentiam tuemur partis, quæ non minus nota est omnibus, quam persuasa est sensato cuique sanctissimi Leonis improbitas: nam si quis nondum intelligit, dices illi cum Chrysippo
§. 5. *οὐ γὰρ καταληπτικὴν φαντασίαν ἔχεις.* Redeo ad priora. nondum scribentibus Huttenis, per te intellexi regrassari tyrannum, et bellum esse. Idem fac postea, si quid contingit, et omnia quæ in rem meam esse duxeris, celerrime scribe: neque enim in causa gentili, si dubitas, extra periculum ego sum, quiddam ausus singulare, et quod non ignorat carnifex, multo ante edoctus. Da litteras et vale cum tuis omnibus. Bononiæ VIII. Cal. Iunii.
§. 6. Mitte Piscatorem ubi editus est. Pulchre in præfatione poteras theologistas notare; hi sunt illi iaculatores, a quibus periculum est omnibus qui verum dicunt; hi se cohortati sunt mutuo iam pridem adversus bonum Capnionem Hogostrato præmonente *Βάλλε, βάλλε τὸν κατάρατον*
§. 7. *τοῖς ἀφθόνοις λίθοις.* et illi '*Πάντες ἅμα ξυνασπίσωμεν ἐπ' αὐτόν*'. Sed quia de Hogostrato incidit mentio, nuper hac iter fecit scelestus in Germaniam abiens ad quoddam conciliabulum, ubi mira tractabunt nebulones. scies tu inter primos; vide ut nobis quoque manifestes quid actum sit.

---

3. 4 adversus animum *1.* omnium *Burckh.* hominum *2. 3.* 7 N. N.] *Leo P. P. X?* phratorum] *Dominicanorum.* 13 Florentini] Leonis X. 14 quibus (*pro* quis *i. e.* quibus) *2. 3.* testiculi] Pers. sat. I. 103. 17 Chrysippo] apud Lucian. Conviv. 23. *οὐδὲ τὴν κ. φ. ἔ.* „neque recte comprehendendi vim habentis animi es." 20 tyrannum] Ulricum, Wurtenbergensem ducem. 22 singul.] *Phalarismum et oratt.* 25 Luciani Piscator a Pirckheimero Latine redditus prodiit primum a. 1517. sexto nonas Oct. Cf. infra num. LXIIII. 28 Hagostrato *1. et sic in sqq. bis.* *βάλλε*] Luciani Piscator s. reviviscentes, init. „Feri, feri execrabilem lapidibus copiosissimis." 31 *πάντες*] ibid. „omnes simul facta testudine in illum irruamus." *ξηνασπίσομεν 2. 3.*

Quidam eius ordinis frater apud contubernales meos effutivit' audisse se ex Hogostrato persecutionem fore in Erasmum propter Novi Testamenti temerariam, ut ille ait, editionem. crede mihi, nisi quippiam sit quod magno illi studio conentur, non fassus esset. si ubi sit Erasmus, notum habes, §. 8. scribe, et ex me hominem saluta; item Capnionem, cui quod non possum sine sui periculo scribere, pene dirumpor. iube esse bono animo. nunquam deero, ut communi periculo; neque ut tuear patriam, id est litteras, dubitavero cum bono viro vel in *Καμπ* impingere, quamquam tu hoc tanti facias, ut in extremis ducere videaris. Vale iterum. Nondum vidimus Capnionis Triumphum; mitte.

VENETIIS. | **LII.** | 21. IVN. 1517.

LII.

BAPTISTA EGNATIVS ERASMO SVO S.

Udalricus Huttenus, vir, quantum ex eius uno congressu coniicere licuit, §. 1. cum moribus tum litteris ornatissimus, ut Erasmi discipulum agnoscas, a te mihi salutem dixit. Eum ego, ut par erat, primum tuo nomine suavissime complexus sum, mox virtus suavitasque eius effecit, ut non minus ille mihi sua quam tua commendatione gratus iucundusque foret. Referebat autem ille §. 2. summa cum amoris erga te testificatione cum alia, tum illud, principi Carolo amplissimo præceptorem Erasmum evocatum esse conditione honestissima. quæ sane res quantam mihi voluptatem attulerit, oratione haud facile assequar: cogitabam enim mecum non id quod vulgus fere solet, magnas te ex ea institu-

---

LII. Erasmi Epp. (Indic. bibl. nº. 53,5.) Append. nº. CXLI. coll. 1608. sq.

[2] temerarium *1.* [8] bono viro] ipso Reuchlino vel quodam Reuchlinista? *Καμπ*] ita omnes, nisi quod *καμῶ* in *2*, *καμῶ* ap. Münchium Græcas litteras nescientem legitur. Quid hoc sit quasi per se satis apertum nemo quem sciam explicat. utrum in *καμόντας* an in Kapuiomastigas impingere, i. e. præcipitem se ferre, an Campegium Huttenus adire sive aggredi velle dicit, ut duobus annis post eundem cardinalem Erasmus, sed suo more, adiit? Cf. Erasmi Epp. Lugd. Bat. 1706. fol. nº. 416. 413. 547. Quod si recte coniectaretur, facile explicaretur, qua de causa Huttenus Campegii nomen non omnibus suis litteris scripsisset, sed Græcis quasi celasset. Laurentius Campegius Bononiensis post obitum uxoris suæ ex academia Bononiensi, ubi patri in publica iuris professione successerat, Romam evocatus mox auditor rotæ, postea a Leone papa X. (die 26. Iun. a. 1517.), cum apud Maximilianum Cæs. nuntii apostolici munere fungeretur eiusque favore episcopus Feltrensis factus esset, cardinalis creatus est, presbyter primum S. Thomæ in Parione, tum S. Anastasiæ, deinde S. Mariæ trans Tiberim, postea episcopus Albanensis, Sabinus et Prænestinus; apud Henricum VIII. Angliæ regem, in conventu Norimbergensi aliisque ecclesiæ necessitatibus negotia Romanæ curiæ studiose gessit. mortuus est mense Aug. a. 1539. Sed hæc quidem ne longius petita sint vereor. verum cf. etiam num. LIIII. [10] *In fine add.* M.D.XVII. *4.*

tione dignitates opesque consequi posse, quas tu semper magno erectoque animo contempseris; sed principem in terris clarissimum facile tua disciplina ac præceptione ita institui erudirique posse, ut dignus ille tantarum rerum imperiique successione evadat, qui regni tam opulenti vires et consilia a bellis iam plus quam civilibus ad iusta in impium hostem arma convertat, qui litteras litteratosque omnes et amet et foveat. . . . . Tu interim Cæsares meos ac reliqua quam diligenter poteris, quos Udalricus ad te feret, leges nec gravabere aut in his multa castigare aut quid de his sentias, ingenue admonere. Bene vale. Venetiis 21. Iunii, Anno 1517.

NVRENBERGÆ. **LIII.** 26. IVN. 1517.

[*BILIBALDVS PIRCKHEIMER*]
NOBILI AC CLARISSIMO VIRO
VLRICHO HVTTENO VIRO PRAESTANTISSIMO
BONONIÆ.

§. 1. *Salve Reuchlinista optime: cur enim non optimus, cum Reuchlinista? Arguis me timiditatis, et recte quidem: timeo siquidem optimo illi viro, non quod sim tam timidus, qui Martis fuerim satelles, sed quia longa experientia didicerim auro loquente cuncta silere. atqui et te quoque nonnihil timere intelligo, quamvis sis fortissimus: sic enim de venali illo scribis Decimo, ut maxime dubitare videaris, quamvis antea bene sperare iusseris: nunquam enim ad innocentiam confugisses, nisi illam minus tutam fore subdubitasses. Verum non ideo virum optimum derelinquemus, sed cunctis viribus illi opem feremus, etsi non ignoramus multos sub innocentiæ scuto periisse.* §. 2. *Hogostratus cum ex capitulo per Nurenbergam iter fecisset, retulit quibusdam silentium ambabus partibus indictum esse. id si ita esset, victoria quoque nostra existeret; ostendit obiter breve, ut appellant, apostolicum, non tamen in forma autentica, quo excommunicantur ementes, vendentes et legentes Obscurorum virorum epistolas. Mutandus itaque titulus et pro 'obscuris' 'clari viri' erunt inscribendi, ut rursus nebulones pecunias dilapidare cogantur: plane enim confessi sunt ob breve illud belle auro se emunctos esse.* §. 3. *Hogostratus enim quibusdam aliis cum sero applicuisset, summo abiit mane, a quodam, ut insidias caveret, præmonitus: verum ne sic quidem Reuchlinistarum evasisset manus, nisi Marchionis salvo conductu*

LIII. 1 = Pirckh. Opp. (Indic. bibl. n°. 59.) p. 24. sq. 2 = Wagenseil. n°. XI. p. 92...94. 3 = Hutt. Münch. II. p. 339...341. Cf. Burckh. I. p. 159. sq. p. 167. not. i.

[2] contemseris *1.* [9] 21. Iunii] Sic nec solebat Egnatius, sed Clericus ita omnes dierum indicationes inmutare solitus fuit.

[16] non quod non *1.* bello Suitensi a. 1499. gesto, ab ipso Pirckh. descripto. [26] nostra *omis. 2. 3.* breve] d. d. 15. Mart. a. 1517.

a persequentibus tutus fuisset. sed deus, qui procul dubio in partibus fuit
virumque innocentem ex ore Leonum et Draconum eripuit, ille sibi vin-
dictam reservavit, quam suo tempore gravius fulminaret. ideo etiam sine
Reuchlinistarum vindicta impii peribunt. bene igitur speremus. Erasmus §. 4.
Antverpiæ est; edidit iam commentaria super Pauli epistolas, quæ nunc
Basileæ imprimuntur; donatus est a Carolo rege pingui, ut vocant, bene-
ficio. magno animo susurrones illos, qui quotidie ei minantur, contemnit,
immo deridet. haud credo nebulones aliquid contra illum ausuros: iam
enim temeritatis suæ pœnam dedere, et ille aculeum habet. Salutabo ho-
minem, ut iussisti, verbis tuis. Tyrannus ille non solum pacta non ser- §. 5.
vat, verum contra Imperatorem quoque pertinaciter agit: nec iniuria: ita
enim gratias referre solent improbi, cum contra iustitiam tutati fuerint.
non quod Cæsari talia obiiciam (nam optimus est princeps, verum natura
sua ab improbis frui non permittitur), eripuit Tyrannus ille, ut nosti, arcem
quandam Ericho comiti de Leyningen, Hartenberg, si bene memini, appel-
latur. illam iam Francisco de Sickingen tradidit, ut illac refugium ha-
beat. Audivisti præterea quo pacto arcem et prædia Comitis de Helffen- §. 6.
stein igne vastaverit; nunc vero, ut aiunt, multos Bavaris incendiarios sub-
misit. quin Zeysolfum de Rosenberg, Ludovici de Hutten cognatum, quem
procul dubio nosti, submissis quibusdam improbis magno damno affecit ac
prædia ferme omnia ipsius incendio evertit. Scribis te non extra peri- §. 7.
culum esse: et recte quidem: novit enim ille te orationes acerbissimas in
eum conscripsisse; nec dubites fratres illos qui te auctorem Obscurorum
esse clamitant, illum contra te instigare: novi enim quid scribant: nam
ipsi scelera sua occultare nequeunt. Cave igitur, ne eorum consilio tibi
quoque percussorem submittat, quod deus avertat. Piscatorem impressori- §. 8.
bus tradidi; cum impressus fuerit, ad vos ibit. ridebis, in præfatione
Sophistas haud penitus esse neglectos. Capnionem, quo animo in eum sis, §. 9.
certiorem reddam. prudenter agis, quod ad eum non scribis, ne eum in-
nocentem ac nolens in periculum trahas: nosti enim tyrannorum animos.
Hæc fuere quæ scribenda erant; si quid aliud, præcipue in causa gen- §. 10.
tilium tuorum emerserit, quamprimum te certiorem reddam: cupio enim
tibi, ubicunque potero, rem gratam facere. Vale felix. Ex Nurenberga
XXVI. Iunii, anno M.D.XVII. Tuus

Bilibaldus Birckeimerus.

---

8 imo *1.* 11 quoque] etiam *2. 3.* 15 Ericho]? *Emicho* Hartenb. *prope oppidum Dürkheim.* 16 Francischo *1.* 19 cognatum] generum. *Cf. supra p.* 47. 26 Piscatorem] *Luciani dialogum Latine factum.* 27. 28 *Cf. infra n.* LXIIII. 31. 32 causa gent. tuor.] *de Ioanne Hutteno a duce Wirtemb. trucidato.*

LIIII.

[A. 1517.?]

VLRICHI DE HVTTEN
EQVITIS
AD CARDINALEM HADRIANVM
VIRVM DOCTISSIMVM ET GERMANORVM IN VRBE PATRONVM
PRO CAPNIONE INTERCESSIO.

Inclyte Pierii tutor gregis, inclyte vates,
Quo potuit reddi vindice Roma sibi,
Cuius ab ingenio divino tincta lepore
Legimus Arctoi scripta sub axe poli,
Cuius et Hercynias quanquam Ister obambulet arces,
Mirari didicit carmen et ingenium,
Fer iuvenem Huttenum genua ad tua vertice prono
Pro Capnione suo supplicis esse loco:
Cernis ut infensi conentur atrocia fratres
Et tot in afflictum milia stare senem;
Intrepidus contra ille sedet; mens conscia recti
Hinc fidit, pavidos expulit inde metus.
Da media de plebe aliquem, da casibus istis,
Non poterit tantis pulsibus esse satis.
Spicea serta quater iam torrida protulit æstas,
Stat tamen et facto sustinet orbe premi.
Ardet Hogostratus liventiaque agmina ductor
Ante agit et tanto sufficit imperio;
Fert rapidam dextra tædam geminasque sinistra,
Quem petit, arsuras sub Capnione faces;
Ebrius Ortvinus furit haud procul a duce, gnarus
Depugnaturos ære ciere viros;
Quem sequitur multisque præit gaudetque videri
Tungarus, intuitu signa minace ferens;

LIIII. 1 = Epigramm. (Indic. bibl. nº. XX. 1. Tij^a sqq.) 2 = Opp. poet. (Indic. bibl. nº. L. p. K 2^b sqq.) 3 = Hutt. Münch. II. p. 352...354.

[2] ab] de *3.* [3] Equitis] GER. *add.* *2.* Germ. *3.* [4] Cardinalis ex episcopo Dertusensi (*hod.* Tortosa Cataloniæ) creatus est a Leone X. cum aliis XXX die 26. Iunii a. 1517. *Pierii gregis tutorem poeta poetarum osorem Hadrianum facit, nam Hegii discipulum humaniorum litterarum amatorem esse præsumpserat.* [4] Hadrianus Lovanii muneribus ecclesiasticis academicisque functus est, scriptaque theologica edidit. [5] Quænam Hercyniæ arces h. l. indicentur mihi inconpertum est. [10] millia *2. 3.*

Quorum terga premit non enarrabile vulgus,
    Turbida Felsinei phratria Dominici,
Attonitique sophi atque obstipa fronte magistri,
    Terribilis stricto turba supercilio;
Parte omni circum insidiæ, tela undique et hostes:
    Tu vates vatis commiserare vicem.
Ne tamen afflictis fer opem, pater optime, rebus,
    Si causa est quare debeat ista pati:
Miræ artes, summum ingenium, nota undique virtus
    Prima viro tanti causa fuere mali,
Qui nisi Cæsareis voluisset cedere iussis,
    Hoc scelus haud ratio cur pateretur erat:
Consilium dixisse nocet: quis credidit unquam
    Obsequium dominis regibus esse nefas?
Nec tu hos contemni debere putaveris hostes,
    Quos temere nostri non timuere patres:
Cæsaris Henrichi cædes mixtumque venenum
    Christi in pane pii regis ad interitum,
Et tua quam tetigisse potest Hieronymus ætas,
    Quique Nemetensi rure Vigandus agit,
Quique apud Helvetias iam vivit Ietserus urbes,
    Quodque meo facinus tempore Berna dedit,
Et quod Parrhisia exemplum manavit ab urbe,
    Quantum ausint, quæ sit vis, documenta dabunt;
Scilicet hoc quantum est, tulerint impune tot annos,
    Nunc decet ultrici plectere facta cruce.
Tu potes auxilio fessis succurrere rebus,
    Tu potes hostilem conficere invidiam;
Ni foret hoc durum, potui quoque dicere 'debes',
    Teutona si frustra non vocat ora suum.
Te fidei commissa tuæ Germania legit
    Tutorem populi nominis atque sui.

---

[26] Felsinei *(Bononiensis)* phratria *(fratrum ordinis)* Dominici *(de Guzman, Hispani, qui a. 1220. Bononiæ primum conventum suorum habuit.)* Felfinei *2. 3.* Domminici *1. 2.* [27] sophi = *magistri nostri.* [31] adfl. *2. 3.* [35] cædere *1...3.* [36] peteretur *3.* [39] Ne tu *3.* [41] Henrici *3.* *Henrichi VII.* [43] Hieronymus] *Savonarola a. 1498. combustus.* [44] Vigandus] *Wirth, Dominicanus, Bernensis sceleris causa, a. 1509. combustus.* [45] Ietferus *1.* Letferus *2. 3.* De Ietzero sartore, ad istud scelus perpetrandum adhibito homine sermo est. [47] Parisiensis universitatis contra Dominicanos inmaculatam Mariæ conceptionem negantes argumenta et conclusa, de quibus cf. e. gr. Schröckhii *Kirchengesch.* XXXIII. p. 365. sqq. 380. [54] Teutona ... suum] Hadrianus, postea pontifex maximus factus, Traiecti Germaniæ inferioris natus est a. 1459.

Contingit proprios patronum orare clientes,
Ah age, quæ tua sunt aspice, magne pater.
Causa gravis, scelus est ingens ingensque periclum;
Ne contemne datas pro Capnione preces:
Qui siqua occiderit (quod abominor), occidit una
Teutonicæ gentis lux patriæque decus.
Interpone manum, serva lucemque decusque
Terræ eius quæ te gaudet habere patrem.
Quid quod Hogostratus contra patriam imperiumque,
Proh facinus, Galli flagitat hostis opem?
Flagitat hostis opem, nos contra oramus amici;
Dispeream si quid iustius esse potest:
Nos servare decus patriæ conamur, hic audet
In patriæ clades hostica regna sequi.
Quod petit iniustum est; quid si quoque iusta petisset?
Debuit hæc, sed non debuit in patriam.
Desere, si quicquam meruit male, desere pro quo
Nunc ego, contendit gens Alamanna prius,
Et pro quo oravit toties te Cæsar amico;
Sume meas, patriæ Cæsareasque preces.
Contra iura metus nihil est, iniusta timemus
Vimque hanc et quæ nos contrahit ira potens.
Miscet Hogostratus fas omne nefasque per artem,
Remque adeo gerit hanc largitione palam:
Ne queat insontes inimica potentia mores
Obruere et vacuo fraudis obesse viro.
Per te istas oramus opes, per Cæsarem amicum
Et per fortunæ splendida dona tuæ,
Per decus et sanctæ revigentia mœnia Romæ,
Per si quid Roma sanctius esse potest,
Perque tuam quam non nescit Germania laudem,
Per quod te tantum protulit ingenium,
Insontis miserere animi, miserere tuorum,
Ne minus hinc quisquam gaudeat esse tuus.
Unius oramus vitam uniusque salutem,
Sed cui multorum mixta pericla vides:
Aut multis erit erepto Capnione triumphus,
Aut victo in multos ingruet ille dolor.
Quisquis ab ingenio victuram quærere famam
Aut aliquid studuit laudis ab arte bona,

65 Hogoſtrattus *1. 2. et sic v.* 79. *iterum.* 66 Galli] Francisci I. *Cf. Epp. O. V.* II. 12.

Et siquis recte didicit quod discere rectum est,
Et siquem sensu non iuvat esse rudi,
(Nam neque iudice me superest quid mitius illi)
Aut stabit, lapso aut cum Capnione cadet.

BONONIÆ. | **LV.** | 26. IVN. 1517.

[IOANNES COCHLÆVS BILIBALDO PIRCKHEIMERO] S.

Redit in Germaniam noster Huttenus, colendissime mi domine Bilibalde, §. 1. cum meliori (faxit deus) fortuna, quam fuit hactenus vel in Germania vel in Italia. questus sum semel id de Germanis propter Erasmum tuum, imo singulare illud Germaniæ decus, quod Basileæ suarum cum dispendio rerum fuit: possem et propter Huttenum conqueri, quem neglexerunt Germani, compilarunt Itali, vulneraverunt Galli. Quod si tantum isthic negligitur ingenium, quid aliis sperare licebit? Sed ego, dum tu vivis, mi domine Bilibalde, ista non timeo; securus studeo; modo deus det, ut incolumis ad vos aliquando redeam. Fuit his diebus Venetiis Huttenus cum gentilibus suis Hierosolymam profici- §. 2. scentibus, quos utique comitatus esset, nisi Crotus Rubianus, Vulpinorum præceptor, eum retinuisset. Rediit heri vesperi; mane me hodie vocat suumque in Germaniam discessum aperit ac sese offert literas meas ad te ferre, cras mane abiturus. Itaque raptim aliquot scripsi epistolia, ad te quidem iussu il- §. 3. lius, ad alios mea sponte, ut Augustæ et Ingolstadii tantum ingenium a bonis viris honorifice exciperetur. Ad te, mi domine Bilibalde, quid scribam aliud, nisi ut hominem ternario illi, quo de nuper tecum lusi, charissimum pro tua erga doctos consuetudine suscipias? Unum tamen me rogavit liberrimum illud §. 4. litterarum mancipium dicam an præsidium an potius utrumque, ut secreto tibi scribam, ne pompa illum Norinbergensi, ut vulgo dici asserit, excipias: nam non fercula tua, magnifica alioquin et lauta, sed docta tua colloquia petit, non sine viarum dispendio. Quo vero se recepturus sit, nescio; neque tamen dubito quin secretiora tibi quam mihi sit commissurus. Hominem ego tantum §. 5. ingenio, studio, eruditione, gentisque ac patriæ amore atque illustratione vehementer et laudo et honore prosequor; vereor tamen, ne Germanica illa libertas si non temperetur, gravior ei aliquando sit futura. retrahet eum Erasmus; retrahe et tu quæso, si commode poteris, ne forte barbarorum insidiis tanto præmature spolietur ingenio communis patria nostra Germania: non possum aperte loqui ego; tu tamen ex ipso aperte omnia intelliges. Scribit ad te §. 6. et Friderichus canonicus, qui vehementer interim expectabit responsum tuum, ut intelligat se tibi litteris suis non fuisse importunum. De Hutteni discessu §. 7. nepotes tui nihil sciunt; voluit ille secretum esse, ne forte insidiis intercipiatur. Nos hic agimus sani quidem, at nimium calidi. vestrum præstolamur re- §. 8. sponsum: multa de nobis ad vos antea scripsi; cras quoque aut propediem

---

LV. Heumann. (Indic. bibl. n⁰. 70.) p. 26...28.

11 Venetiis] *cf. epistolam Bapt. Egnatii, supra p. 135.* 12 Vulpin.] *Fuchs.* 15 ad] *at 1.*
31 Friderichus] *Fischer (Piscator) Herbipolensis.* 33 nepotes] *ex sorore filii, Genderi.*

scribam, quando redierit pater guardianus. Credo nos optime posse Romæ agere hyemem. de duorum revocatione omnia in vestram consultationem reposui.
§. 9. Bene vale ac Huttenum pro tua humanitate benignus excipe. Ex Bononia sexto Kal. Iulii. Anno domini 1517.

BONONIÆ. — **LVI.** — 5. IVL. 1517.

[IOANNES COCHLÆVS BILIBALDO PIRCKHEIMERO] S.

§. 1. Quid tibi scribam novi, humanissime domine Bilibalde, nescio, quanquam nova sunt plurima, at nobis omnia aut incerta aut ingrata. Abiit ad vos ante octiduum noster Huttenus, homo ingenii magis acuti et acris quam placidi et quieti. Dedi ei litteras, quanquam visus fuerat a nobis nonnihil abalienatus. Amo equidem hominis ingenium, ferociam eius non ita; longe certe facilius
§. 2. absentem quam præsentem (ita tecum loqui libet) amicum servabo. Pridie quam recederet, apud me vidit Laurentii Vallæ libellum contra Constantini donationem, quem ego ad modicum tempus videndum ab alio commodatum acceperam. vult homo eum libellum in Germania rursus impressioni mandare; petiit, ut libellus iste, quia correctior esset, transscriberetur; non potui ei id denegare: transscriptus est a Friderícho Herbipolensi; transmittetur ei post paucos dies;
§. 3. sed et foris habent exemplaria. Credo equidem verissima esse quæ scripsit Laurentius; vereor tamen ne tuto edi queant. at Huttenus anathema non formidat, et indignum mihi videtur, ut veritas a veritatis gladio prohibeatur. facile igitur illius ausu in lucem Laurentii libertas, qua haud inferiorem Fran-
§. 4. cus ille gerit, redibit. Scribunt super commenticia illa donatione commenta multa canonistæ et theologi et cucullati; sed omnium ratiunculas, immo captiunculas quisque cui non nihil sit cerebri, facile refelleret. At ego contra canonistas loqui non debeo, ne tibi videar rursus eius studii apostata; non certe id desero, quanquam magna cum displicentia plurima lego, præsertim ea quæ sunt in Sexto et Clementinis, ubi nulla verbositas pontificum avaritiæ satisfacere potest. . . . . Bene vale. Ex Bononia, 5to die Iulii, Anno Domini 1517.
§. 5. Mirandulam obsideri audio; nihilominus tu illi rescribe, ne doli me suspectum agat. Vide quæso monstrum: XXXI Cardinales una creatione dicam an dinundinatione factos. Non satis erat deiectis bona ademisse; ferunt ex adiectis pontifici accrevisse supra CCCC millia ducatorum, opima credo spolia exuli futura duci Urbini: sed non dico ego, ne anathema fiam. Dicunt cardinalatum vendi licere sicut reliqua officia.

LVI. Heumann. l. c. p. 28...32.

[2] duorum] *Genderorum.*
[17] Friderícho] *Fischer s. Piscatore.*

AVGVSTÆ VINDELICORVM. LVII. 12. IVL. 1517.

1.

[MAXIMILIANI IMPERATORIS
LITTERAE TESTIMONIALES DE HVTTENO LAVREA CORONA ANNVLOQVE AVREO DECORATO.]

Maximilianvs divina favente clementia electus Romanorum Imperator §. 1
semper Angustus, ac Germanie, Hungarie, Dalmatie, Croatie etc. Rex,
Archidux Austrie, Dux Burgundie, Brabantie etc., Comes Palatinus etc.
Honorabili nostro et sacri Imperii fideli nobis dilecto Vldarico de Hutten
Poetę et Oratori Gratiam nostram Cesaream et omne bonum. Consonum §. 2.
Cesareę clementię maxime rati honoribus augere eos, quorum virtutis ali-
qua apud bonos viros testificatio sit, quod hoc veluti stimulo ad optima
studia capessenda plurimi incitentur. deinde sic putantes ad nostram quo-
que gloriam pertinere, si optimi cuiusque vita nostro imprimis testimonio
probetur. Vnde te Vdalricum prefatum ex nobili Equitum Familia com- §. 3.
mendatum nobis a probatis hominibus Iuvenem scientes, quod amore lite-
rarum exul factus, magna Europę perlustrata parte, multa dura et acerba
tuleris, etiam vitę pericula inieris, idque assecutus sis, ut iam tua scripta
in manibus haberentur, te doctissimus quisque per Italiam pariter et Ger-
maniam ob ingenium ac politiorem eruditionem familiarissime complecte-
retur, ac interim clarissimorum hominum publice edita extarent testimonia,
quibus inter raros te collocarent. Et quia tu ad generis claritudinem opti- §. 4.
mis studiis quæsitam nobilitatem adiecisti, dignum putavimus, qui nostro
quoque calculo probareris. Te igitur Vdalricum coram nostra Maiestate §. 5.
et illustri Aulicorum nostrorum cętu constitutum motu proprio, ex certa
scientia et auctoritate nostra Cęsarea Laureą corona donavimus, exorna-
vimus, aureoque insuper annulo iureque et usu aurei annuli ob facundiam
et eloquentiam tuam decoravimus, Laureatumque et Poetam et Vatem, et
oratorem disertum pronunciavimus, prout tenore presentium te laurea co-
rona per sacras manus nostras decoratum, exornatum annuloque aureo
decoratum Poetam et Vatem et Oratorem facundum dicimus et pronuncia-
mus. Dantes et concedentes tibi et hoc Cesareo nostro statuentes edicto, §. 6.
quod de cetero in quibuscunque studiis et generalibus precipue tam in arte
poetica quam in oratoria legere, docere, profiteri et interpretari, ac in-

LVII. A = Apographum in MS. Guelferbyt. „Collectanea de vita ac scriptis Ulr. Hutteni" fol. 340. 1 = Burckhardi vit. Hutt. III. p. 75…79. 2 = Münch, Opp. Hutt. I. p. LII…LIV.

[9] Vdalrico *1.2.* [12] quod hoc] q hoc *A.* *quod hos 1.2.* [14] nia *A.* inprimis *1.2.* [18] adsec. 2. [20] ac], et 2. [21] probaveris 2. [33] cætera 2.

super omnibus privilegiis, Immunitatibus, Indultis, honoribus, prȩeminen-
tiis, gratiis, et libertatibus libere uti, frui, et gaudere debeas et possis,
quibus cȩteri Poetȩ a nobis Laureati ac Oratores fructi sunt et usi fuere
§. 7. *seu quomodolibet gaudent consuetudine vel de iure. Et amplius ut ube-*
riori gratia nostra te prosecutum sentias, Te eundem Vdalricum cum omni-
bus bonis, rebus, actionibus, et iuribus tuis tam prȩsentibus quam futuris
in nostrum et sacri imperii protectionem, tuitionem et salvaguardiam as-
sumpsimus, et accepimus, prout tenore prȩsentium expresse assumimus et
accipimus, concedentes tibi et elargientes ut apud nullum alium iudicem
quam apud nos, et Successores nostros Romanorum Reges et Cȩsares, et
consilium nostrum et eorum in ius vocari et iuri stare possis et debeas.
§. 8. *Mandantes iccirco universis et singulis sacri Ro. Imperii Principibus tam*
Ecclesiasticis quam secularibus, Communitatibus, Vniversitatibus, Collegiis
et Subditis quorumcunque locorum per universum nostrum Romanum Im-
perium sitorum, cuiuscunque sint conditionis, gradus, ordinis et status, ut
te hac nostra, quam tibi largiti sumus dignitate, ac omnibus prærogativis
et insignibus eius qualiacunque de iure et consuetudine serventur, uti, frui,
gaudere et potiri permittant, nec non te contra prȩdictam nostram pro-
tectionem impulsare aut molestare ullatenus prȩsumant directe vel indi-
§. 9. *recte, sub pœna indignationis nostrȩ gravissimȩ ac quindecim marcharum*
auri puri, quas contrafacientes totiens quotiens contrafactum fuerit ipso
facto incurrisse declaramus per prȩsentes. Quarum quidem medietatem Ɛra-
rio nostro Cȩsareo, reliquam vero partem tui Vdalrici passi iniuriam usibus
decernimus applicandam. Harum testimonio literarum Sigilli nostri appen-
§. 10. *sione munitarum. Dat. in civitate nostra Imperiali Augusta Die duodecima*
Mensis Iulii Anno Domini Millesimo Quingentesimo decimo septimo, Regno-
rum nostrorum Romani Tricesimo secundo, Hungariȩ vero vicesimo octavo.

Maximilianus. *Ad mandatum Cæsareæ maiest. proprium.*
Sernteiner mpp.

2.

Ad Petri Aegidii lamentationis, qua Genius Maximiliani Cæsaris mortem deplorat, hos versus

„At vos ante alios quis manibus sacris
Cæsar contribuit serta virentia,

LVII. 2. Rer. Germanicar. Scriptores ex bibl. Marq. Freheri cur. B. G. Struvio. tom. II. Argentor. 1717. fol. p. 763. sq.

[1] Imunitatibus, *A.* Indultis honoribus *1.* [3] freti *A.* freti *1. 2.* [7] Salvagardiam *1. 2.* [8] afsumimus *A.* [17] ferventur *2.* [20] gravissima *2.* Marcharum *1. 2. Etiam in A. posterior manus indidit* h [22] incurifse *A.* [23] Aerario *1. 2.* [24] applicandum *2.* [26] Millefimi *A.* [28] *Subscriptiones omiserunt 1. 2.* Maximialian9 *A.*

Nunc tristeis elegos, nunc epicedia
Vos, inquam, edere condecet."

Spiegelius scholion addidit hoc

„*Ut prætercam Ioannem Stabium Stirianum, Thomam Velocianum [Resch] Austriacum, Ioannem Cuspinianum [Spießhammer] Francum orientalem ac complures alios eruditos, sat erit hos recensuisse qui sub id temporis quo ego in aulicum munus adscitus fui, in venerandum cœtum immortalium vatum Maximilianeo calculo probati discessere:*

Ulricus de Hutten, eques Germanus.
Richardus Bartholinus Perusinus.
Ioachimus Vadianus Helvetius.
Caspar Ursinus Slesita.
Richardus Sbrulius Foroiulianus.
Ioannes Dantiscus Polonus.
Ioannes Pinicianus.
Urbanus Regius Germanus.
Alexander Brassicanus Suevus.

3.

[Hos ipse versus composuit Huttenus]

AD MAXIMILIANVM CÆSAREM ACCEPTA LAVREA.

Flaccescunt lentæ salices, et perdit honorem,
Gloria sylvarum, fraxinus alta, suum;
Nudat hyems patulas fagos platanosque virentes;
Rarescit tactis ulmus opaca comis,
Nec semper tiliæ virides et populus ingens,
Quam mox occulerat, tonsa renudat humum;
Hoc molles faciunt violæ, sic lilia marcent,
Nutrit odoratas et brevis hora rosas,
Se quoque, quam pulchra est, non semper amaracus effert,
Quod fuerat, perdit nardus odora, decus,
Quod gratum est, non semper halet narcissus, et aufert
Quam tibi præbuerat formam, hyacinthe, dies:
At viret extremum Phœbo sacra laurus in ævum,
Bacchica perpetua fronde virescit helix.
Sic, nisi non recte mea mens sibi conscia, Cæsar,
Si tibi quid scribam, non morietur opus.

LVII. 3. 1 = Epigramm. (Indic. bibl. n⁰. XX. 1.) fol. T. 2 = Opp. poet. (Indic. bibl. n⁰. L.) fol. E 7. sq. 3 = Delit. poet. (Indic. bibl. n⁰. 61.) p. 654. 4 = Hutt. Münch. I. p. 263. sq.

[2] silvarum *4.* [3] hiems *4.* [8] adoratas *4.* [14] helyx *1 ... 4. (vult ipsam coronam lauream.)*

BAMBERGAE. LVIII. 21. IVL. 1517.

HVLDERICHVS DE HVTTEN EQVES
ERASMO ROTERODAMO THEOLOGO
S. P. D.

§. 1. Si eorum quæ mihi interim, dum a te absum, evenerunt, historiam
narrando tibi contexere velim, Erasme doctissime, nullus tam longus est
dies qui mihi satis fuerit; ita varie iactatus sum. capita tamen narratio-
nis huius fere sic habent: Romam ut veni, tuo nomine salutavi Paulum.
qui mihi quoties postea occurrit, occurrit autem perraro, apud suum Car-
§. 2. dinalem occupatus, familiariter contulit. Omnibus Romæ doctis ostendi
Adagiorum opus in Germania iterum excusum ac locupletatum; Moriam
item, et quidquid tui studio attuleram. quæ mihi causa fuit amicitiæ mul-
§. 3. torum bonorum. Sed cum iam nosci incepissem, orta est quaedam tur-
bulenta, Erasme, tempestas, quæ ab urbe Bononiam usque deiecit: nam
quinque Galli, robore corporum ac ferocitate animorum horribiles, ag-
gressi pene tuum tibi Huttenum ademerunt. verum præsentissima dei opt.
max. ope cum defensionem molitus essem, profligavi latrones, unum etiam
interemi, accepto in sinistra bucca vulnere, quod dices pro periculi magni-
§. 4. tudine modicum. Eam ob causam non tuli Gallorum persecutionem, me-
que eripui ex Scylla in Charybdim provolutus: orta enim Bononiæ inter
Germanos ac Langobardos seditione pene absumptus sum iussusque cau-
sam apud civitatis præsidem communi Germanorum nomine perorare: Fli-
scus is est, Genuensis natione: quanquam pro nostra iniuria et illius ini-
§. 5. quitate non acerba satis esset oratio, vehementer offendi hominem. Quare
Ferrariam inde profectus sum, ubi cum te prædicarem, occurrerunt ultro
doctissimi viri Nicolaus Leonicenus, Cælius, et quidam principis scriba, qui
naviganti ex Britannia tibi adfuit, qui nescis, Erasme, quanti te faciant; mihi
quidem quod te nossem, quod præceptorem appellarem, miris modis be-
nigni fuerunt. Præter hos Antimachus in Græcis professor citra honoris
§. 6. præfationem numquam te nominat. Paucos ibi dies commoratus sum, Ve-
netias ad se vocantibus duobus Huttenis, qui in Syriam abeunt. Primus
ibi hospitem Huttenum excepit Baptista Egnatius, et munus dedit hospitale
§. 7. Horatium Flaccum in tenuissimis membranis elegantissime expressum. Ac-
currerunt statim Aloisius Bragadenus, Hermolaus Barbarus, illius magni

LVIII. 1 = Erasmi Epp. (Indic. bibl. nº. 51,5.) Append. num. CLIII. coll. 1617...19. 2 = Wagenseil. nº. XII. p. 95...97. 3 = Hutt. Münch. II. p. 342...344. Cf. Burckhard. I. p. 108. sq. 116. 118.

5 Paulum] *Bombasium, puto.* 12 amicitia *2. 3.* 21 Longobardos *2. 3.* 22. 23 Fliscus] *Fieschi. Edd. habent* Hiscus. 26 Cœlius] *Rhodiginus.* 29 has *2. 3.* 32 Bapt. Egn.] *cf. supra huius epistolam, p. 135.*

nepos, et Angelus Contarenus, nobiles patriciis familiis iuvenes. hi me omnes complexi sunt, omnes exosculati, cumque tota passim urbe medium circumduxissent, ac honorifice suis civibus ostendissent, tandem veluti Ulyssem aliquem in Alcinoi domum, id est ad Asulani ædes perduxerunt: ubi §. 8. senex ille obviam mihi progressus humanissime ad se accepit primum, post iussit prodire Ioannem Franciscum, ex filiis alterum, deinde reliquam familiam, et in his iuvenem quemdam Græce et Latine eruditum, quo in transscribendis libris prævisore utitur Egnatius, qui me ordine salutarunt; productus est etiam infans Aldinus, et iussus osculo Huttenum accipere. mu- §. 9 nera deinde oblata Suetonius et quique post illum vitas Cæsarum scripserunt, de Officiis libri Ciceronis et Egnatii Cæsares nuper editi, dataque optio quid vellem præterea. Deos omnes adiuro, charissime Erasme, maiorem humanitatem non invenisse, si orbem peregrinationis meæ retexam. Venetiis ad Germanos nostros redii, cumque Augustam appulissem, in Peu- §. 10. tingerum, Iacobum Spiegel et Stabium mathematicum incidi, et productus ab illis ad Cæsarem corona poetica in magno Nobilium conventu donatus sum. Ecce tibi annales meos, nunc ad alia. Vidi Novum Testamentum §. 11. suo abs te splendori redditum: vidi, inquam, et honorificam illam de me legi mentionem. Quæso, quid te movit tanti facere me? aut quid omnino erat in me tale, ut dignum duceres tuo præconio, humanissime Erasme? quam videris amare Huttenum, qui te tamen nullo unquam merito obnoxium sibi reddidit. 'Pene mihi exciderat' inquis; næ si tibi excidissem, tunc ego omni semel posteritatis cognitioni excidissem. Dii te nobis ser- §. 12. vent, Lux Germaniæ, ac tu cogita, ne usquam esse malis quam in tua Germania. cæcutiunt principes nostri, sed te puto videbunt, tam clarum, tam splendidum. De me satis non scio quid fiet: tres viri quos præfatus §. 13. sum, in aulam Cæsaris invitant, multis inde retrahentibus; aliqui ad Maguntinum: quid sequar nondum statui. in summa, ita me dii servent, atque ita tu pro communi Germanorum gloria diutissime nobis supersis, nulli non conditioni præpositurus sum, si mihi tecum esse liceat, ut illud excolam ingenium, quod placere tibi videtur. Si habes consilium, explica. Augustam has mitto ad Iacobum Spiegel, qui se ait frequentes ad te via- §. 14. tores habere; eo rescribes mihi. dedit et Baptista litteras, quæ simul eunt: vides quid velit ad tuam epistolam, quamquam magnifica magis locutus sit. Tu vale ac rectissime vale, et tuum Huttenum amare ne desine, §. 15. rumpantur ut ilia obscuris viris, qui iam, qua nos excommunicamur, ingentem circumferunt bullam, bene bullam, quid enim tumidius, quid im-

[3] honorifici *2. 3.* [8] pervisore *an* provisore? [16] corona poet.] *cf. litteras Cæsareas p.* 143. *sq. exhibitas.* [19] mentionem] Cf. p. 103. sq. [22] ne *2. 3.* [26] tres viri] Peutingerus, Spiegelius, Stabius. [27. 28] Maguntinum] archiepiscopum Albertum. [33] eo] ea *2. 3.* [36] utilia *2. 3. Vergil. ecl.* VII. 26. [37] bullam] Leonis X. d. d. 15. Mart. a. 1517. Statim recepit eam in suas Lamentationes obscurorum virorum Ortvinus Gratius.

becillius? Iterum vale. Bamberga raptim. 21. Iulii. Anno 1517. Capnionis causa adhuc sub iudice est.

[BAMBERGÆ?] **LVIIII.** [ante 23. IVL. 1517.]

HVTTENVS BILIBALDO SVO SALVTEM.

Curandum, Bilibalde, ut Capnion accipiat literas, cui scribes caussam, cur non ex Italia venerint illi, scilicet propter importunam Groningi abitionem. Consolaberis præterea hominem, quo ne cura conficiatur optimus senex. Præterea scripsi in Italiam, ut libri mei bene perferantur ad te. Vbi venient, accipe. Interea scribam, quo te transmittere velim. Hæc cura ac ipse vale et Huttenum ama ac partes Reychlinas tuere fortiter.

LVIIII. A = Ipsius Hutteni αὐτογράφου epistolæ, quam honest. bibliopola Lipsiensis O. Schulze possidebat, exemplum adcuratissime transcripsi. 2 = Epp. in Indice bibl. n. 82. citt. p. 13. sq.

COLONIÆ. **LX.** [. . . . 1517?]

HERMANNVS COMES DE NVENAR
IOHANNI REVCHLIN PHORCENSI
S. D. P.

§. 1. En tibi amicum utrunque gravem, qui tuas partes tenet apud Leodios et Aquas: exegit a me literas commendaticias, ut te ex itinere invisere posset; quod feci ipse non invitus, cum quod te amem, tum etiam quod illi negare
§. 2. non potui. Contra Houstratum, id est κυνάβρογχον καὶ κυνόρυγχον, Canironchum illum bonæ famæ hostem, paucula ineptivimus, graviora quæque ad exitum maturantes: pedetentim contra beluam incedendum est, quandoquidem externa præsidia nondum accesserunt; coniunctis copiis expugnari commodius
§. 3. poterit. Egregie animavit me Buschius, idemque Huttenus fecit, ambo tui ho-

LX. Epp. Reuchlin. (Indic. bibl. n°. 51.) foll. tiiib sq.

1 Herum *2. 3.* Bambergæ *2. 3.* Ceterum dierum indicationes in recentiorem modum ubique corrupit *1.*

5 litteras *2.* scribes, caussam cur *A. 2.* 6 Groningi] Martini, Romæ Reuchlini causam contra Colonienses defendentis. 7. 8 optimus] *opt. A. 2.* 8 libri mei] Cf. infra Fischeri ep. d. 20. Ian. n. 1518. ad Pirckh. scriptam. Parum adcurate Freytagius ad h. l. adnotavit ex proxime superiore Hutteni ad Erasmum epistola probari librorum magnam copiam in Italia vel coemisse vel dono accepisse Huttenum. Immo, in Italia tum non raro eguerat Huttenus. 10 ama et *2.*

21 κυνόβρ.] canis fauces sive rictus, Hundsrachen.

noris propugnatores, quorum posterior ille posterioribus ad me literis suis vo-
luit, ut quoties ad te scriberem, sui facerem honorificam mentionem. Sed
quid anserem me iubet stridere inter olores? ille tamen cum sit amicus, facile
obtinet, ut parere malim etiam ineptus quam impietatis insimulari. Tu autem §.4.
nosti hominis ingenium, mores, indolem: præter virtutes et genuinum splen-
dorem totus est candidus, cultus atque elegans; te ita observat, ut præferat
etiam necessariis; literas ita colit, ut nullum barbaries acriorem sentiat ho-
stem. A Glareano quoque e Galliis nuper literas accepi, ubi parteis nostras §.5.
tenent eruditi aliquot, quorum indies expecto præsidia. . . . . Bene
vale. Coloniæ.

ANTVERPIÆ. | LXI. | 16. AVG. 1517.

ERASMVS CÆSARIO S. D.

Magnopere mihi displicebant epistolæ obscurorum virorum iam tum ab §.1.
initio: delectare potuisset facetia, nisi nimium offendisset exemplum. Mihi pla-
cet lusus, sed citra cuiusquam contumeliam. sed molestius fuit quod in po-
steriore editione mei quoque nominis mentionem admiscuerint, quasi parum fuis-
set ineptire, nisi nos quoque vocassent in invidiam, et magnam partem fructus
tot studiorum laboribus expetiti corrupissent. Ne id quidem satis est visum: §.2.
en alter libellus priori adsimilis, in quibus crebra mentio fit eorum quibus
scio lusus huiusmodi nequaquam probari. Quam male consulunt isti non solum
in seipsos, sed etiam in omnes quibus bonæ literæ charæ sunt. Iam illud est §.3.
omnium molestissimum mihi, si modo verum est quod mihi istinc reversus
famulus meus Iacobus narravit, apud complures haberi Coloniæ libellum nescio
quem in Iulium pontificem, quomodo mortuus exclusus sit cælo per Petrum.
Audieram iam pridem huiusmodi fabulam actam in Gallia, ubi talium nugarum
immodica licentia semper fuit. eam opinor aliquis in Latinum sermonem trans-
tulit. demiror quid istis in mentem veniat, cum sic ocium et operam perdunt.
ceterum admiror esse qui suspicentur tam insignem ineptiam a me profectam;
opinor ob id quod sermo fortasse sit paulo Latinior. Lusi quidem in Moria, §.4.
sed incruente: nullius famam nominatim perstrinxi; in mores hominum lusi-
mus, non in famam hominum. Quodsi vera mihi nunciavit famulus, nondum
enim satis credo, quæso te, vir optime, ut istiusmodi nugas impias pro tua
virili premendas cures prius quam excudantur, non quod isti digni sunt qui-

---

LXI. 1 = Lamentationes | Obscurorum virorum . non | prohibite per sedem Aposto-
licam. | Epistola D. Erasmi Roterodami: quid de ob-|scuris sentiat. cũ ceteris quibusdã : nõ minus lectu | iucũdis q̃ cognitu necessarijs. (12 foll. 4°. In fine:) Impresse Anno domini M. | CCCCCXVIII. fol. A 4ᵇ 59. — (Item sequentia Lamentationum exempla hanc Erasmi epistolam habent.) 2 = Erasmi Epp. (Ind. bibl. n°. 51,5.) p. 1622. sq. Append. n°. CLX.

---

[12] Cesario *1. ut ubique pro æ ponit* e. Cæsarius Coloniæ d. 30. Iul. a. 1517. ad Erasmum litteras dederat de causæ Reuchlinianæ statu adversariis dolendo. [14] facecia *1.* [19] quibus] *an* quo? [21] litteræ *2. et sic infra* tt [24] *Omnino falsus est Erasmus de dialogo* 'Iulius', cf. p. 151. not. 9. [27] otium *2.* [31] Que si *1.* nuntiavit *2.*

bus hoc præstetur beneficii, sed quod nostrum est publicæ studiorum honestati
§. 5. consulere, quam isti talibus lusibus indigne contaminant. Porro quod ad me pertinet, scio neminem fore qui me norit, quin satis intelligat istiusmodi nænias mihi supra modum displicuisse, quippe indignas eruditis ac probis viris. Iacobo Hofnensi multam ex me salutem dicito, cuius epistola dici non potest quantopere sim delectatus. De composita lite Reuchlinica utinam vera nuncies.
§. 6. Nunciavit mihi quidam Alemariensis te alteras ad nos dedisse literas, verum eas nondum accepi. Bene vale, doctissime Cæsari. Antwerpiæ postridie assumptæ virginis. Anno M. CCCCC. xvij.

BAMBERGÆ. LXII. 21. AVG. 1517.

[LAVRENTIVS BEHAIM CANONICVS BAMBERGENSIS BILIBALDO PIRCKHEIMERO] S.

Intellexi ex tuis, amicorum dulcissime amicissimeque, multa nova, quæ quidem omnia illuc tendunt, ut nullum meo iudicio pacem portendant. . . . . . . Salutavi dominum Huttenum, qui et te resalutat. confecit intra paucos dies et quartam contra ducem Wirtenbergensem invectivam, et quidem acrem. Suasi ut post publicationem eius se bene ut circumspectus custodiat, ne sibi quod et Ciceroni, quod absit, contingat. . . . . Si dominus Caspar Wirt, vester syndicus, qui est vel fuit Augustæ, istuc venerit, ego quoque, licet valde indispositus, ad vos convolabo. Dedi domino Ioanni Schöner fasciculum suum. est male contentus, quod non est impressum modo suo, sed ipse tibi scribet defectum suum. Domino Hutteno dedi literas suas, qui paullo post rediit ad me et dedit mihi legendam illam materiam, et visus est mihi non multum probare, quia dixit, quod sit bene advertendum, ne quid edatur quod parum conducat honori et maiestati Reuchlini, prout se tibi scripturum pollicitus est. Sed ego arbitror, quod ideo non velit quod edatur, quia cognoscit, quod etiam alii valeant eo ingenio vel stilo quo ipse usus est in epistolis obscurorum: videtur enim palam non negare se illas epistolas edidisse, et quidem, ut mihi videtur, non satis prudenter, propter periculum quod prædicatores sibi subornare possent, quamvis sint pharisæi. Vale.

LXII. Heumann. (Ind. bibl. nº. 70.) p. 257.

LOVANII. LXIII. 25. AVG. 1517.

ERASMVS
CLARISSIMO COMITI D. HERMANNO NEAETIO SVO
S. D.

§. 1. Scit tota sodalitas Basiliensis mihi semper displicuisse Epistolas quas inscripserunt Obscurorum virorum, non quod abhorream a festivis iocis, sed quod

LXIII. Erasmi Epp. (Ind. bibl. nº. 53,5.) Append. num. CLXVIII. col. 1626.

[1] beneficium 2. [6] nunt. 2. [8] Antuerpia 16. Augusti, Anno 1517. 2.

non placeat exemplum lædendi famam alienam, quod ea res cuivis sit in promtu: lusimus et nos olim in Moria, sed nullius nomen a nobis perstrictum est: at §. 2. isti, quicunque sunt, non contenti sic ineptisse, addiderunt alterum illi similem libellum, in quo demiror, cur me toties nominandum putarunt: etenim si bene volunt Erasmo, cur mihi tantam conflant invidiam? si male volunt, cur in diversa ponunt parte atque ea quam hoc libello petierunt? quodsi pergant ad istum nugari modum, efficient ut bonis etiam scriptoribus imponatur silentium. Etenim Iacobus meus nuper Colonia reversus retulit mihi istic sparsum §. 3. libellum nescio quem de Iulio pontifice ridiculo argumento; haud scio an eundem, de quo pridem audivi fabulam, ab Hispano nescio quo conscriptum Lutetiæ et Gallice versum, actum inibi regalibus festis, quibus solenne est huiusmodi næniis lascivire scholasticis. addidit autem quod vix opinor esse verum, §. 4. esse istic nonnullos qui suspicentur meum inventum esse ob id, ut ait, quod Latinitas sit mediocris. mihi vero nec otium tantum est, ut aliquam horarum istiusmodi nugis impertiam, nec animus tam impius, ut summum pontificem velim ludere, nec tam stultus, ut in eos velim scribere qui possunt proscribere. Quamobrem te maiorem in modum rogo, charissime Comes, ut licet ea §. 5. res nihil ad me pertineat, tamen ob communem eruditorum hominum invidiam, si verum est quod audio de tali libello, ut cures premendum vel potius abolendum, aut si quid est aliud simile. Ego ante biennium Triumphum Reuch- §. 6. linicum, iam tum paratum editioni, in Germania premendum curavi, et item alterum quendam, inscriptum Monachum: sic enim faveo Reuchlino ob eruditionem, ut mihi cum Hochstrato aut aliis huius factionis nullum omnino sit bellum, cum ad me causa nihil attineat; etiamsi non probo, neque quisquam vir vere pius probat istas tam virulentas insectationes, quæ a spiritu mundi, non Christi, proficiscuntur: certe ubicunque terrarum adhuc fui, optimus quisque Reuchlino favet. Bene vale, Mæcenas bonorum studiorum unice, nosque, quod §. 7. soles, ama. Vinantio, si adest, meo nomine multam dices salutem. Lovanio 25. Augusti, Anno 1517.

NORIMBERGÆ. **LXIIII.** 30. AVG. 1517.

CLARISSIMO AC EXCELLENTI IVRIS DOCTORI
LAVRENTIO BEHEYM
DIVI STEPHANI BABENBERGÆ CANONICO
BILIBALDVS PIRCKHEYMER

S. D. . . . . Quid, Christi successor Petrus nonne malum malo, convicium convicio retaliare prohibuit? Cuncti denique tam gentiles quam Christiani viri

---

LXIIII. A = LVCIANI PISCATOR, SEV | reuiuiſcentes. Bilibaldo Pirck=|heymero, Cæſareo Conſilia=|rio, Patricio ac Senatore, | Norenbergenſi | interprete. ||||

[8] Iacobus]? [9] libellum] *Exemplum dialogi IVLIVS sic inscriptum* F. A. F. [= Fausti Andrelini Foroliviensis] Poete Regij libellus. | de obitu Iulij Pontificis Maximi. Anno do=|mini. M. D. XIII. | 8°. *editum non nosse videtur Erasmus; neque vero recentius quidquam: confundit enim libellum, quem vol. IIII. inter Pseudohuttenicos dialogos exhibebimus, cum* fabula quadam Parisiis acta, *vol. II. repetenda.* [16] *Polionis dictum ap. Macrob. Sat.* II. 4. [19. 21] prem.] i. e. *supprimendum.* [36] Petr. ep. I. ad Thess. V. 15.

boni semper pestilens linguæ vicium acerrime sunt detestati, quod et impudentissimo cuique maxime contingere solet. Quæ si Reuchlinomastiges illi exactius perpendissent, nunquam sanctissimam Christi fidem sordidissimis maledictis ac illotis sermonibus stabilienda esse censuissent, nunquam tanti dehonestamenti idolum erexissent, per cuius os impurum quod ipsi palam non auderent, tam effrenate deblacterarent. nunc vero personali ac digno operculo tecti omnia etiam in omnes sibi licere arbitrantur: nam ut reliquas eorum sileam ineptias, nonne hoc piaculo vel risu potius dignum, quod tot tantosque viros tam effrenate lacessere, tam petulanter sugillare non verentur, Conradum Pentinger, Io. Cuspinianum, qui ambo præter iuris lauream ea fulgent dignitate, ut divi quoque Cæsaris etiam secretioribus adhibeantur consiliis, Ioachimum Vadianum, Simonem Lazium, quos omnes honoris gratia appello? Quinimmo cavillis insectari sat non erat, nisi ex hominum eiectos numero etiam brutis impurissimis æquiparassent: mutuis, inquiunt, se laudibus extollunt ac porcorum more fricant: proh, quam digna recutito homini ex hara comparatio, cui tamen, cum haud amplius iudaizare dicatur, suilla, ex qua apud veteres quinquaginta ferme sapores fieri solebant, veluti pernæ, petasones, lucanica, tomacula, insitia et reliqua id genus farcimina, non tam abominale, sed in deliciis merito esse debet: nam omnia munda mundis: porro Germaniæ nostræ spem certissimam, Vdalricum Huttenum, et nobilitatis stemmate clarum et ingenio ac eruditione præstantem, non solum pseudo-christianum appellare, sed etiam, si diis placet, tali viro palam minitari, ac omnem defensionem penitus adimendam esse censent: nemo, inquiunt, nobilitate excusandus videtur; quin, potius maioribus suis degenerans posteris omnibus suæ ignobilitatis relinquet exordium. Ex quibus plane liquet miserrimos ac temerarios homines et conditionis propriæ oblitos et internecino odio ita extremos terminos mentis esse positos, ut liberum arbitrium ac violentiæ sceptrum in universum genus humanum accepisse certissime putent ac firmiter credant, ita ut cuncta quæ vel male dicendo vel male agendo perpetrant, illis æqua, digna ac iusta esse videantur. . . . . . *[Post disputationem de linguarum, Latinæ, Græcæ Hebraicæque, de dialecticæ, rhetoricæ ac philosophiæ historiarumque studio iis qui theologiam profiterentur, omnino necessario pergit in hunc modum:]* Porro si theologus nec iure nostro tam divino quam humano peritus erit, non video quo pacto divina scite ac sancte gubernare vel humana solerter et legitime administrare valebit: nil igitur qui theologica laurea se dignum arbitratur, ignoret; sed ita prudentia, eruditione, usu, experientia excellat, ut plane quempiam exquisitae sapientiæ et doctrinæ virum referre videatur. qualis olim fuit Io. Camerarius Vangionum episcopus, Io. Picus Mirandulanus, Bohuslaus de Hassenstein, Io. Keyserspergius, Engelhardus Funck, Io. Rays, Io. Cuno, memoria quorum inter beatos perpetuo connumeretur; ex viventibus vero qualis est reverendissimus princeps cardinalis Gurcensis, Io. Fran-

---

In fine Impreſſum p Fridericum Peypus | Nurenbergæ ſexto Nonas | Octobris. Anno ſalutis, | M. D. XVII. | 4º. B = Idem liber in 4º. a. 1518. repetitus et auctus cui inscribitur: LVCIANI PI|SCATOR, SEV REVI=|uiſcentes. Bilibaldo Pirckhey=|mero ...||| interprete. ||| *[finit pag. penult. sic:]* Anno Natiuitatis Dei . M . D . XVIII . menſe | Ianuarij.

[5] os impurum] *Ioannis Pfefferkorn.* [8.9] laceſcere *A B.* [9.10] Cuſpianũ *A.* [19] Pauli ep. ad Tit. I. 15. [32] iam *B.* [37] Io. Camerar.] *von Dalberg.* [38] Leyserspgius *B. Geilerus est.* [39] connumaretur *A.* [40] Gurcensis] *Matthæus Lang.*

ciscus Mirandulæ dominus, Hermanus comes de Neuenar, Bernardus Addlman, Iacobus de Bannissis decanus Tridentinus, Marquardus de Stein, Sebastianus Sperantius, hic Babenbergensis, ille vero Brixinensis præpositus, Bolfgangus de Tanberg Pataviensis, Erhardus Truchses Eystattiensis, Andreas Fuchs cum fratre suo Iacobo, Babenbergensis decanus, Io. de Staupitz Augustinensium decanus, Kilianus Leyb in Rebdorff prior, doctrina trilinguis, Io. Macheysen Minorum provincialis minister, Gregorius Muffel Carmelitarum provincialis, Melchior Pfintzing divi Sebaldi, Georgius Beheym sancti Laurentii Nurenbergæ præpositus, Erasmus Roterodamus, Io. Speyserius, Io. Eckius, Paulus Phrygio, Io. Oecolampadius, Esticampianus, Io. Cocleus, Thomas Murner Minoritanus, Wenceslaus Linck, Martinus Lueder, Augustiniani, omnes sacræ theologiæ doctores, Theodericus Zobel, Io. Questenbergius, Iacobus Wimpfelingius, Georgius Reus Nurenbergæ, Georgius Reyst Friburgæ Carthusiani priores, Wolfgangus Volprecht Augustinensium Nurenbergæ prior, Io. Lang, Io. Fug, et ii Augustiniani, Io. Cæsareus, Conradus Pelicanus Minoritanus, Benedictus Chelydonius, Hieronymus Emser, Mucianus Ruffus, Io. Bernerus, Georgius Spalatinus, Thomas Venatorius, Io. Hanerus, et qualis tu in primis existis, doctissime mi Laurens, ut ex multis paucissimos recenseam consultoque prætereaum reliquos litterariæ rei proceres, qui sacris initiati non sunt, moribus tamen ac vitæ probitate admodum excelleant. Super omnia vero theologus vitiis omnibus careat ac virtutibus cunctis abundet, ne facta doctrinæ contraria esse depræhendantur, quoniam non in verbo neque lingua, sed opere et veritate laus omnis consistit. atqui non ex omni ligno Mercurius exculpi poterit. . . . . . .

Ex Aedibus nostris tertio kalendas Septembris Anno redemptionis nostræ M. D. XVII.

BONONIÆ. **LXV.** 3. SEPT. 1517.

[IOANNES COCHLÆVS BILIBALDO PIRCKHEIMERO] S.

Increpatio tua, optime mi D. Bilibalde, ut fidelis, ita et necessaria prorsus fuit. . . . . Quod Huttenum amas, facis quod litterarum heroa decet; ego insolens verbum non reddidi, et apud contubernales eius sum frequentissimus; neque scio quem ex litteratis amicis unquam perdidi præter D. Eckium, qui tamen me vere nunquam amavit. . . . . Bene vale, observandissime mi domine Bilibalde. Ex Bononia 3. die Septembris Anno 1517.

LXV. Heumann. (Indic. bibl. nº. 70.) p. 34. sqq.

BAMBERGÆ. **LXVI.** [.. SEPT. 1517.]

[LAVRENTIVS BEHAIM BILIBALDO PIRCKHEIMERO] S.

Quæ de homine Hutteno scribis, astipulor tibi: ex vultu quasi noscitur: legit mihi ultimam suam invectivam quam in ducem Wirtembergensem scripsit; certe

LXVI. Heumann. l. c. p. 258. sq.

[4] Eystauiēsis *A.* Eystautiēsis *B.* [9] Esticamp.] *Io. Rock von Sommerfeld.* [10. 11] Lueder] Lutherus. [12] Vinphelingius *B.* [18] literariæ *B.* [22] Pythagor. ap. Apul. Apol. p. 302,5. II. p. 499. ed. Oudend.

vafer est; nam multa quæ mera sunt mendacia (et ipse fassus est) inseruit in illa. Consilium etiam meum requisivit, an sibi serviendum sit episcopo. respondi sic, ne forte alicubi in collocutione effutiret, me sibi dissuasisse et inde mihi, si ad aures præsulis perveniret, aliquid malum oriretur. Sed discessit, nescio quo. Dialogus ille mihi satis placuit: nam dedit mihi Huttenus ad legendum. sed quod ad Reuchlin mittas, nescio si probem: scis enim qualiter egerit tecum epistolas tuas faciendo imprimi; alioquin bonus vir habetur. De Luciani frontali epistola, quod et illi me inserueris comparesque illis doctissimis, profecto quia me longe ab illorum studiis abesse scio, ne forte irriderer (nisi quod maximus studiosorum fui, sum et ero amator), melius foret me illaudatum de illa delere, ne forte tuus in me amor acre tuum pervertat iudicium. Cepi quandam duram provinciam revidendi translationem Ciceronis Officiorum de Todesco in Todescum, id est de malo in peius, quia video errorem parere errorem: nam utrobique aliquando non sequuntur non modo textum, sed ne sensum quidem textus; et sic quasi tertiam facio todescam etc. Papa, ut intelligo, imposuit post absolutionem concilii Lateranensis decimam venialem per tres annos ubique, restituit et Carolum S. Georgii et suum Baroncellum fecit suspendi. et fecit LXIV Cardinales et reservavit adhuc X in pectore suo. O fecundum pectus Florentini hominis sive servi dei!

ERPHORDIÆ. **LXVII.** D. 28. SEPT. A. 1517.

LITERÆ EOBANI HESSI AD IOHANNEM HESSVM.

S. D. Audieram olim, Hesse, cum apud Bructeros septentrionales vitam agerem, virum te esse doctum et magnæ spei iuvenem . . . . Mittam paulo post ad te corollarium amicitiæ. Scripsit his diebus ad me Reuchlinus. Salvi sumus, vicimus picas, monachorum agmen. Vale iterum. Ex Erphordia IV. Cal. Octob. M.D.XVII.

LXVII. Monumm. pietatis [Ind. bibl. nº. 65.] part. II. p. 8. sq.

ASCHAFFENBVRGK. **LXVIII.** 7. NOV. 1517.

[HENRICVS STROMER MEDICVS BILIBALDO PIRCKHEIMERO] S. D.

Legi tuam apologeticam epistolam et Luciani Piscatorem, quem tu Latine loqui docuisti. Etsi uterque maximopere placuerit, (cui enim res iucunda, diserta et docta displicere posset?) vehementius tamen me oblectabat tua eloquentissima simul atque sapientissima Capnionis, viri optimorum virorum omnium

LXVIII. Heumann. (Ind. bibl. nº. 70.) p. 211. sq.

[21] Ioa. Hessum] Norimbergensem, canonicum, postea ad divæ Mariæ Magdalenæ Vratislaviæ pastor. Cf. Adami Vit. Theologor. Ff. 1653. 8º. p. 183. sqq. [22] In Borussia, apud episcopum Pomesan. [25] Monachos omnem. *Mieg. Conie-cturam quam sensu carentia verba dare malui.*

consensu optimi atque extra omnem ingenii aleam positi, defensio, ... Verum quo eam exporrectiori fronte legerim, eo magis admirabar, quod mihi, tui honoris studiosissimo, eius copiam non faceres. At, ut de me taceam, maxima, immo ingens admiratio me cepit, ut tuas lucubrationes non dono miseris archiepiscopo Moguntiaco, domino meo clementissimo, omnium literatorum virorum et amatori et Mæcenati, cuius amplitudinem iure optimo Reuchlinistam, ut famicidarum Reuchlinistarum utar vocula, appellitare possum, quandoquidem sua celsitudo eruditissimum Capnionem nostrum, numquam mihi sine singulari præconio nominandum, virum venerabili ætate, rara doctrina, eximia totius vitæ innocentia, singulari Germanicæ, Hebraicæ, Chaldaicæ, Græcæ Latinæque linguæ eloquentia atque omnium pulcherrimarum virtutum ornamento præditum, mirifice amat ac fovet eumque laudibus effert. Proinde nisi tua officia et humanitas mihi iam pridem essent perspecta, suspicarer, quanto divitiæ tuæ atque eruditio crescerent, tanto tua humanitas decresceret. Hæc excellentiæ tuæ idcirco scripserim, ut domini mei archiepiscopi, apud cuius celsitudinem sæpenumero tui honorificam feci mentionem, favorem non floccifacias, quandoquidem optimo potentissimoque placuisse principi, non minima laus est, verum tuis lucubrationibus et chartaceis muneribus eam foveas ac alas. quod si feceris, dispeream, si duceris penitudine. Bene vale, vir doctissime. . . . . . Aschaffenburgk. 7. Novembr. Anno MDXVII.

[BAMBERGÆ.] LXVIIII. 8. NOV. 1517.

LXVIIII.

LAVRENTIVS BEHAIM BILIBALDO PIRCKHEIMERO S.

Mirabilem laudem tibi ex hac translatione comparasti . . . . Transivit hac quidam curialis et bonus vir ac prælatus, veniens ex urbe, vadens in Saxoniam, qui certissime nobis retulit, quod papa in hac caussa et controversia imposuerit silentium. De Hutteno adhuc nihil scio, scrutabor tamen, si brevi sit hic affuturus.

LXVIIII. Heumann. l. c. p. 259. sq.

STECKELBERGK. LXX. 1. DEC. 1517.

LXX.

VLRICHI HVTTENI

IN LIBELLVM LAVRENTII CONTRA EFFICTAM ET EMENTITAM CONSTANTINI DONATIONEM AD LEONEM X. PONTIFICEM MAXIMVM PRÆFATIO.

Tandem eorum qui a divulgando Laurentii Vallæ in Constantini donationem libello deterrebant, opinionem tua pervicit splendida et consolationis §. 1.

LXX. A. et B. = Indic. bibl. n°. XIII. A. B. 1. 2. 3 = 5 ibid. n°. 3...5. 6 = Hutt. Münch. II. p. 410...419. Cf. etiam Lutheri epist. d. 23. Febr. a. 1520. scriptam.

16. sq. Cf. Horat. epist. I. 17,35. 23 translationi] Lucianei Piscatoris, Beheimio dedicati. num. LXIIII. 25 caussa] Reuchlini contra Colonienses.
31 Laurentii] Vallæ *add. 3. sqq.*

plena promissio, pontificatus tui initio iubente te expressa, pater beatissime.
Postquam tu semel enim conticescente iam bellica Iulii secundi tuba veluti
pacis percusso cymbalo orbem Christianum ad spem libertatis erexisti,
§. 2. omnia omnes quæ licere sciunt, usurpanda sibi putant. Ego vero etsi ante
persuasus eram, si te contingeret summæ rerum præesse, quandoquidem
sic coluisti optima semper studia, ut tuus in iis profectus cum eruditissimorum hoc tempore virorum doctrina æquari facile mereatur, non passurum ut ex veterum monumentis quicquam te pontifice depereat, tamen
ubi illam legi publice in Italia propositam inscriptionem LEONI DECIMO
PONTIFICI MAXIMO RESTAVRATORI PACIS, exilui repente quodam concitatus
mirifice inopinato gaudio, mihique redditus ex diuturna prius animi commotione, quod viderem indigna multa sub tyrannis pontificibus perpeti
§. 3. nationem hanc. Itaque huic gratulor ætati, quæ te auspicatissimo pacis
suborto sydere ex diuturna tyrannidis caligine ad novam libertatis lucem
respicit; te vere pontificem autem, qui pacem adfers, quam qui non habuerunt antecessores tui, pontifices non fuerunt: neque enim sequebantur
Christum, qui pacem suis dedit, eandemque hæreditariam reliquit, 'Pacem'
§. 4. inquiens 'meam do vobis, pacem meam relinquo vobis'. igitur et vicarii
eius non fuerunt, cuius vicem non tenuerunt: dei enim regnare est pacem
tenere: immo alienissimi fuerunt a Christo, cuius adspernati studia diversum
vitæ genus secuti sunt; illius pax est enim, hi bella sequebantur; ille servare docendo homines studuit, hi perdere armis satagebant; ille suum cœleste regnum esse ostendit, hi primo loco mundi imperia quæsiverunt.
ergo nec beati fuerunt, quia pacifici non fuerunt; nec filii dei fuerunt,
§. 5. quia 'Beati', Christus inquit, 'pacifici, quoniam vocabuntur filii dei'. En
per te restauratam pacem igitur, quæ istorum perversitate collapsa ferebatur. atque hanc literati imprimis homines magno acceperunt exhibente
te gaudio; deinde ii quoque, a quibus iniuste ablata per fraudem multa
fuerant, cupidissime complexi sunt: venit enim cum Pace una, restituente
te, Iustitia, quoniam iuxta prophetæ verbum hoc potissimum tempore
Iustitia et Pax osculatæ sunt; venit et Fides, et illa venit temporis filia
§. 6. Veritas, ac regiæ abunde virtutes, Clementia et Mansuetudo. Vides quot
simul bonorum author fueris, Leo decime! Tu Pacem adferens pacis simul,
hoc est optimarum artium, invexisti studia, et Iustitiam reddidisti, quia
in pace leges sunt, ex legibus vero iustitia est; et Libertatem reduxisti,
quam comitata Veritas magno et ipsa temporum tuorum hominibus emo-

[1] „Inito pontificatu componendæ pacis cura solicitus ad omnes Christianæ reip. principes legatos misit, ... ut odia et arma deponerent". Ciaccon. Vit. pontiff. III. p. 311. [5] quicquid *6.* [15] Pontifex pacem non diligens Christi vicarius non est. *in marg. 3. 4.* [17] Pacem] Evangel. sec. Ioann. XIV. 27. [23] esse regnum *6.* [25] Beati] Evang. sec. Matth. V. 9. [30] iusticia *B. 3. et sic ubique per* c prophetæ] Psalm. LXXXIIII. 11. [33] Leo decimus bonorum author. *in marg. 3. 4.*

lumento fuit: pax etenim esse in tyrannide nulla potest, quia fides non est;
nec iustitia esse potest, quia suum cuique non est; et quia leges oppri-
munt tyranni: nec verum dicere licet, quia libertas non est, at nunc vere
liberi sumus, quia pacem habemus, quam habentes pacis quoque adhibe-
bimus studia. Quod sub Iulio igitur bellorum authore non licuit, ut esset §. 7.
hæc tranquillitas, id sub te pacis restauratore usurpabimus, ut in literis
conquiescamus. Proinde in lucem prodeat siquid diu latuit, et eo maiori
cum fiducia prodeat, quanto quidque verius, quantoque syncere magis scri-
ptum est; qualis hic est liber, quem alii idcirco non tulerunt pontifices,
quia verum audire noluerunt, tu idcirco amabis, quia veritatis iam ante
poculum nobis propinasti. nam ad te meliore conscientia pontificem quid
pertinet, quod contra ecclesiastici status dignitatem scriptus ab illis fere-
batur, aut quod in pontifices maledicum esse dicebant? Profecto enim neque §. 8.
fuerunt pontifices illi qui finxerunt Constantini donationem, quia pastores
non fuerunt; neque ecclesia fuit quæ eum accepit, quia Christifidelium con-
ventus non fuit: si fuissent pastores enim, pavissent oves Christi, non de-
vorando invasissent; et si ecclesia fuisset, utique vocasset ad vitam et liber-
tatem gentes, non sub iugum traxisset imperia et nationes: sic illa enim
loquitur 'Venite ad me omnes qui concupiscitis me, et a generationibus
meis adimplemini'. Certe implet quos accepit hæc, ille malignantium con-
ventus inanibat et exhauriebat. Tum pastores esse bonos vicarios suos §. 9.
iussit Christus, non voraces lupos: sic Petro dixit enim 'Petre, amas me,
pasce oves meas'; 'Pasce' dixit 'oves meas', non 'devora plebem meam,
sicut escam panis'; et in apostolatum vocans 'Faciam vos' inquit 'piscatores
hominum', hoc est, faciam ut prædicando et bona exempla edendo alliciatis
ad veritatem errantes a fide. Quod quia tu sequeris, ad officium rediisse §. 10.
hunc ordinem, te id efficiente, te pacem, te libertatem, te iustitiam et
veritatem revocante, gaudemus et exultamus. quæ lætior namque audiri
vox potuit? quod suavius verbum? Itaque parvo negotio, puta uno propo-
sito verbulo, magnam sustulisti e medio hominum vestrorum indignationem,
vehementeis composuisti animorum motus, exitia intervertisti, tumultus com-
pescuisti. Quod futurum igitur fuit, si in malum aliquem pontificem inci- §. 11.
dissent hæ hominum cogitationes, ut vi et violentia eriperemus ab iniustis
possessoribus multa, hoc per te factum est, ut citra turbam quiescendo
consequamur omnia. Vides, quale tuum factum interpretor, vere pontifex §. 12.

2.3 Tyranni opprimunt leges. *marg. 3. 4.* *Verba* fides ... esse potest, quia *omisit 6.* 5 Iulius bellorum author. *marg. 3. 4.* 9 hic liber est *MS. 4.* 13 quid *6.* 14 Constantini donationem fingentes pontifices non fuerunt. *marg. 3. 4.* 19 loquitur] Ecclesiastic. XXIIII. 26. 21 inaniebat *6.* 22 dixit] Evang. sec. Ioann. XXI. 15. sqq. 23 meas oves *4.* 24 vocans] Evang. sec. Matth. IV. 18. sec. Marc. I. 17. — Utinam id hoc tempore servaretur. *marg. 3. 4.* 27 Leo restaurator pristini ordinis. *marg. 3. 4.* 31 uehementes *MS. 4.*

Leo! Quod armis persequendum erat, id beneficentiæ acceptum tuæ referre licet. quapropter desinant quidam metuere, ne tu ægre feras, si edatur hic demum liber, quod illi ante præposteri pontifices, ne haberetur in ma-
§. 13. nibus, vetuerunt: nihil est tibi enim commune cum illis, quia nihil fuit ipsis cum Christo: nam illi sub fraudis fuco secularia ad se imperia traxerunt, tu in syncero veritatis splendore cœlestem dominationem, id est pacis regnum, aperuisti. Per te illa igitur Christiana reviviscit veritas, quæ cum oppressa diu fuerit, nunc se colligit et captiva iampridem ab illo
§. 14. reducta obsruritatis carcere lucem revidere meretur. Qua fiducia elatus audet ab inferis exurgens Valla in hominum aures atque oculos recipere sese, ob id magis etiam, quod fuit tuis olim maioribus charus, a quibus ut hanc veluti hæreditariam accepisti virtutem, ita in aliis minime degeneras: nam sicuti eruditione illum magistrum tuum Politianum refers, ita moribus ab atavo Cosmo alienus minime videris; cuius quemadmodum prima laus fuit, quod in sua civitate unus omnia potuit, non omnia voluit, ita tuum quoque encomion esto, quod cum regnare ut imperator posses, custodire
§. 15. ut pastor mavis. sed in Cosmo fuit hoc imprimis admirandum, quod ineruditus ipse coluit eruditos, undique ad sese accersens et ope atque opibus iuvans; Laurentius vero pater et coluit doctos et fuit ipse doctrina inter primos suæ ætatis commemorandus. Felicem hanc igitur domum, quæ iuvandis instituta est literis! Cui alteri enim debentur seculi huius dotes? cuius alterius beneficio revocatæ ab interitu Græcæ pariter ac Latinæ sunt literae? ut soli sint in Italia Florentini, quos tanto accepto commodo tyran-
§. 16. norum pœnitere non debeat. Scilicet charus fuit maioribus tuis Valla, cum viveret; tibi ob illorum reverentiam ne mortuus quidem negligendus est. Ubi sunt illi itaque metuendum qui putabant, ut ferres tu operis huius divulgationem? quasi vero unquam ab animo tuo recepta sit fraus eorum, qui scelerate mentiti sint de Constantino, aut non is sit libellus hic, qui legi ab omnibus non possit tantum, sed necessario debeat etiam, cum per-
§. 17. magnus sit ex eo fructus, dum veritas peruoscitur. 'At malediens est'; immo vero idcirco bonus, quia in malos acerbus est: 'at in pontifices impius est': imo in tyrannos eius. nam si præmia debentur apud Græciæ civitates tyrannicidis, quid iis dabimus, qui tyrannidem quoque ipsam impugnant? aut si pietas est amare patriam, quomodo impie agit qui hostem illius odit?
§. 18. An non fuerunt Christianorum hostes illi pontifices, qui omnium ad se opes traxerunt, omnibus liberis servitutem moliti sunt? qui imperio reges, pecunia cives dispoliabant? qui palliatos nobis ab urbe tanto patrimoniorum nostrorum dispendio episcopos mittebant? Aut vicarii fuerunt Christi qui illius vicem non gesserunt, quo de scriptum est 'In pace factus est locus

1 prosequendum *MS. A.* 11 olim tuis *6.* 16 possis *6.* 18 aq; *1.* 25 nec *6.* est *omis. MS. A.* 39 scriptum est] Psalm. LXXV. 3.

eius? vel si tyranni sunt qui in liberos imperium sibi desumunt, quis hoc magis facit quam is qui libertatis conservatorem, hoc est Romanorum principem, in servitutem adserit? Ergo non maledicit pontificibus Valla, sed in §. 19. tyrannos vera dicit, ob idque tibi valde placere putari debet; tibi, inquam, hoc genere, his maioribus edito, hac eruditione, hoc etiam nomine prædito. non debet ex Medicibus uni convenire mendacium, et in tantam doctrinam perversitas non admittitur, nec fraudis humilitatem ad sese accipit Leonina magnitudo, quæ hanc versat in ore Græci poetæ sententiam, ψεύδεσθαι ἀνελεύθερον, ἀλήθεια γενναῖον. Præterea hoc in libello, si §. 20. usquam, ostendit Laurentius, qui vir, quanto præditus animo fuerit, qui maximo etiam proposito, ut illa tempestate, periculo veritatem deserere noluit, quanto rectius et Christiane magis quam ille nuper asinus qui Iulio secundo pulchræ illius donationis privilegium, quod e Græco transtulisse dicit se, cum nos Græce scriptum esse ignoraremus, non citra doctissimi viri et se per omnia melioris contumeliam dedicavit: adsentabatur ille enim, ut uni placeret; hic verum dixit, ut multis prodesset. Quid ad Christiani §. 21. hominis et boni viri perfectionem deest? Quam te non noverunt igitur qui metuunt ingratum hunc fore tibi Vallæ laborem: si nossent enim, non ex prædonum pontificum moribus tuam æstimarent vitam. a quibus ego multum dissentio, et cum tuam prædicari famam audio, et hanc optimæ opinionis plenam promissionem ubi consydero: restauras tu enim pacem; at pax esse inter raptores et eos a quibus rapitur, nisi suum reddatur, nulla potest; neque tu nisi rem ipsam præstare velles, inania nobis proponeres verba. Itaque sic opinor, valde succensuisses tu mihi, si non tam contra §. 22. animi sententiam mei quam etiam contra communem omnium sensum (quis est enim qui ita sentiat?) probassem apud te piaculare figmentum, quod de Constantino mentiti sunt illi pseudopontifices, qui occidentis imperium cum urbe Roma gentium domina concessum ab hoc sibi contenderunt. Quorum §. 23. in hoc potissimum audaciam miror, quod veriti non sunt id affirmare quod crediturum neminem scirent: sed Germanis persuasuros se putabant, utpote quos cerebrum non habere fama est, atque igitur ingenio usi non sunt: quippe si fuisset cum aliis sibi gentibus negocium, utique non sic frigida esset hæc effictio, et cautius moliti hoc commentum essent, nisi reperitur qui ostendat ex imperatoribus ulli, antequam ad Germanos perveniret imperii nomen, intentatam fuisse hanc fraudem. Nimium me ergo, nimium §. 24.

---

[5] ædito *1. 2.* [8] poetæ] *Ἀπολλώνιος Δηλίῳ. ψεύδεσθαι κτλ.* Stobæi Floril. XI. 20. (I. p. 306. ed. Gaisford.) Mentiri illiberale, veritas ingenua est. [12] ille] Bartholomæus Pincernus de monte arduo, cuius libellus Huttenico in vetustis exemplaribus præmittitur. [13.14] transtulisse se dicit *MS. B.* — Donatio Constantini græce non extat. *marg. 3. 4. [errat.]* [15] viri] Laurentii Vallæ. se] i. e. quam ipse translator. Adsentebatur *1. 2.* Adsentiebatur *MS. Trev.* [27] Pseudopontifices approbantes Constantini donationem. *marg. 3. 4.*

proh Christe pœnitet ibi maiorum nostrorum, qui sic obtusi fuerunt, ut
eos falleret captio pueris etiam cognitu facilis: sed eo maiori fraus illorum
§. 25. odio digna est, quo deterius simplicitate abusi sunt nostra. Tuam vero,
beatissime Leo, quis satis admirari potest felicitatem, in quo istam verti
contigit in melius pontificum mutationem? habebit enim meliores ab hoc
tempore pontifices ecclesia, nisi non ex animo fiat ista promissio; sed ex
animo fit; atque igitur quædam est hæc iniuria tua ab iis qui vel dubitant,
contra impudentissime effictam Constantini donationem scribentes an laturus
sis: in illos vere detestandi sceleris commentores pontifices omnia acerbis-
§. 26. sima dicta omniaque ferocissima facta conveniunt. quidni, in depeculatores,
in fures, in tyrannos, in latrones? quis violentior enim latro est quam qui
ita rapit, ut rapiendi modum nullum statuat? hi fuerunt qui in minimo
arrepta occasione ad immensum progressi sunt diripiendi licentia, qui gra-
tias venum exposuerunt, qui condonationes, qui dispensationes et infiniti
generis bullas qui vendiderunt tanto iam tempore; qui in peccatorum re-
missione precium statuerunt, et in pœnis inferorum invenerunt sibi lucrum;
qui sacerdotia hic, eleemosynam parentum nostrorum, passi sunt ab se
mercari; qui Germanis persuaserunt episcopos non esse qui ab se pallia
non emerint multis aureorum milibus; qui contenti non sunt exigere extra
ordinem quotannis semel, sed mittebant quoties in mentem venisset qui
colligerent aliis alii de causis, nonnulli quasi bellum apparaturi contra
Turcas, alii ut templum, quod perfici non curant, Romæ divo Petro ex-
truant; qui cum hæc omnia facerent, tamen salutari se vulgo beatissimos
et sanctissimos volebant, nec aliquid in suos mores dici patiebantur, nedum
§. 27. fieri. Si quis vero libertatis meminisset aut si quis rapientibus impedimen-
tum, aut moram si quis omnino obiecisset, in eius sæviebant animam per-
dentes actutum. His talibus iam insatiandis latronibus, tam immitibus tyran-
nis, nonne inimicum tibi valde putas, si quis te inserat, Leo maxime? aut
non optime de statu pontificio meritus videtur qui te magna voce, quia
nihil cum illis commune habeas, prædicet, illis contra omnia quæ ad suc-
cessionem Petri attinent, detrahat? vel non benedices illi, pacis restaurator,
§. 28. qui his maledixerit bellorum et seditionum autoribus? Quinimo te novi,
maledices his ipse, ut in quemlibet eorum conveniat propheticum hoc 'Di-
lexit maledictionem et venit ei, noluit benedictionem et elongabitur ab eo'.
Sic maledicendo perdebant illi enim animas hominum, quasi non esset deo
chara hæc possessio. ergo non fuerunt pastores, quia non custodiebant
animas, sed perdebant, et circumeuntibus dominicum gregem lupis obii-
ciebant Christi oves: non pastores fuerunt illi, inquam, sed lupi; non

---

[12] Miranda hic enarrantur. *marg. 3. 4.* [17] eleemosinam *6.* [19] millibus *6.*
[22] Contra Leonis orationem ad principes. *marg. 3. 4.* [33] prophet.] Psalm. CVIII. 18.
[35] quasi deo non esset chara *MS. A.*

custodes, sed proditores et fures: quamobrem iure optimo maledicere illis licet, quia deo curæ non sunt, quibus pax dei curæ non fuit. tandem §. 29.
igitur pontifex in ecclesia non fuit quamdiu pax non fuit. quinetiam nec dicere bene nec facere licebat, quamdiu quidem illi grassabantur per ovile dei voraces lupi, illæ devastabant vineam domini singulares feræ, illi dominabantur orbi Christiano incomparabiles tyranni, quibus de Hieremias dicit 'Pastores multi demoliti sunt vineam meam, conculcaverunt partem meam'. Nam si tanto quisque peior tyrannus est, quanto ex civium cor- §. 30.
poribus plura, ut tutus ipse grassetur, necaverit, quid de illis dicendum est qui, ut opes haberent, animarum passim cædem instituebant? qui ob adsertam veritatem non corpora hominum trucidare contenti erant, sed illam perimebant etiam amicam dei animam, sponsam dei, illud nobile inferorum spolium, illam tanti laboris mercedem, illud sanguine Christi quæsitum præmium pessundabant, occidebant, devorabant? quibus nos vicissim non invidebamus, quia potentes erant, sed oderamus, quia nocentes. Tui §. 31.
vero amorem profundissime insitum iam Christianorum animis, quæ satis erit alacritas, beatissime Leo, ut ostendamus? Tu ille orbis amor, illud humani generis delicium, restaurator pacis, bellorum extinctor, autor securitatis, turbarum sedator, pater studiorum, fomes literarum, optimarum artium, felicis ingeniorum cultus reparator; quo de scriptum est per prophetam 'Orietur in diebus eius iustitia et abundantia pacis.' Quanto soli- §. 32
diorem hæc laudem complectuntur, quam illa nuper de suis bellis, suis triumphis decantata Iulio? sunt enim laudabilia pontificis opera, illa ferocissima erant tyranni facta: scilicet pontifex nemo fuit qui secularia ad se regna quomodocunque etiam pertraxit; nec vicarius Christi aut Petri successor fuit quisquis piacularem Constantini donationem, quæ nec facta unquam est nec fieri potuit, adseruit. Cuius ego improbationem tantum abest §. 33
ut impiam putem, ut vehementer pontificiæ dignitati detrahere eos existimem qui hanc probent; tibi vero gratissimum facere me confidam qui reiectum nuper et damnatum hac de re Vallæ libellum veluti ex tenebris in lucem, ab interitu ad vitam revocem. Quinetiam ipsum tibi illum dedico, ut te- §. 34
statum sit quam te pontifice renata libertate verum dicere licuerit omnibus verumque scribere. Quod etsi non dubitem, quin valde tibi placeat, tamen ubi hoc publico aliquo testimonio adprobatum abs te intellexero, dabo operam, ut sæpe aliquid tale inveniam. Interea Christus Optimus Maximus §. 35
sic bonum te, sic verum pontificem nobis diu incolumem servet. Ex arce Steckelberg, Calen. Decemb. Anno post millesimum et quingentesimum decimo septimo.

FINIS.

---

[2] tandem] Tam diu *corr. MS. B.* [6] Hieremias] XII. 10. [17] erat *6.* — Laus Leonis. *marg. 3. 4.* [21] prophet.] Psalm. LXXI. 7.

LVTETIÆ.

LXXI.

D. 26. DEC. 1517.

GVLIELMVS BVDÆVS
REGIVS ELECTVS
ERASMO SVO S. D.

Miraris iam duobus epistoliis tam subitum meum silentium ex tanto missitandarum ultro citroque epistolarum studio, quasi in hac re vices tuæ nullæ desyderari possint. . . . . Post prandium venit Glareanus, ut eum salutaret. cum ego redirem et episcopus iam in cubiculum interius se recepisset, redii ut eum ipsi notum facerem. cui Glareano quod a me petiit, non negavi tui gratia, qui me ita facere iubes. parum tamen mihi est molestus, nec nisi raro video hominem. Huttenus hac transiit, vir omnino festivus et comis et nobilitatem generositatemque præ se ferens. eum convivio accepissem, si promittere voluisset, sed apud Ruzeum eum primum vidi, cum illuc ad prandium vocatus essem et Huttenum illic esse ignorarem. postridie discessit, rediturus hac ut promisit. . . . . Vale, Parisiis die brumæ. . . . .

LXXI. 1 = AVCTA-|RIVM SELECTARVM A-|LIQVOT EPISTOLA|RVM ERASMI ROTE|RODAMI AD ERV|DITOS, ET | HORVM | AD ILLVM. | APVD INCLYTAM | BASILEAM. | *in 4*°. In fine: BASILEÆ APVD IOANNEM | FROBENIVM MENSE | MARTIO, ANNO | M. D. XIX. p. 3...7. 2 = Indic. bibl. n°. 53,1. p. 99. sq. 3 = Indic. bibl. n°. 53,2. p. 92. sq. 4 = Indic. bibl. n°. 53,3. p. 88. sq. 5 = Indic. bibl. n°. 53,4. p. 123. sq. II. 30. 6 = Indic. bibl. n°. 54,5. p. 298. sq. n°. CCCIV.

HERBIPOLI.

LXXII.

20. IAN. 1518.

[FRIDERICVS FISCHER BILIBALDO PIRCKHEIMERO.]

Piscatori Piscatorem misisti, munus quidem autore suo magis notum bonis omnibus quam a me vel literis vel libris describi possit. Quod unum facere et possum et debeo, ago tibi magnam gratiam. Legi sane non tam diligenter quam libenter, quoniam hoc amantis est, illud vero non indocti. Libros Hulderichi et meos simul accepi: egisti amicum, non defuisti officio tuo

LXXII. Heumann. (Indic. bibliogr. n°. 70.) p. 25. sq. commentationis isagogicæ.

[5] epistolis *3.* [7] cum] Stephanum Poncherium episcopum Parisiensem. [11] hac transiit] In promptu est coniectura Huttenum propter pacta inter Franciscum I. et Albertum principem de illo imperatore Germanico creando in Galliam ab hoc missum fuisse. [13] Ludovicus Ruzæus, Erasmi patronus, Galliarum regis orator. [15] Parisiis 22. Februarii, Anno 1518. *6. Sed cf. infra* n. LXXIIII. *Erasmi responsum d. 22. Febr. a. 1518. datum.*

[25] Piscatorem] Luciani dialogum a Pirckheimero Latine editum a. 1517. et a. 1518. Cf. supra 30. Aug. 1517. [28. 29] Libros] Cf. supra Hutteni ep. ad Pirckh. n°. LIX.

unquam. Ego hic vivo præter propter vitam. dum amicis vivo, nihil mihi neque Musis vivo, adeo semel omnes nobiscum degentes rectis studiis interdixere, post cineritia festa discessurus; interim literariam supellectilem et augeo et orno, quando tractare non licet nec vacat. Qui tibi has literas reddidit, tibi doctisque plurimis notus, et mecum amicitiam iniit, quod equidem benignitati, comitati et hominis humanitati, non rusticitati meæ condono. eum tibi minime commendo, utpote tibi commendatissimum iam pridem. id autem quam maxime velim, illius gratia me habeas commendatum. Vale. De Reviviscentibus tuis plura alias, quoniam nunc poculis obruor, nec omnino hesternum vinum edormivi. Iterum vale et vive. Herbipoli XIII. Kalend. Februarii 1518.

BAMBERGÆ. — 9. FEBR. 1518.

LXXIII.

[LAVRENTIVS BEHAIM BILIBALDO PIRCKHEIMERO] SALVTEM.

Latorem harum dominum doctorem medicinæ Fabium Zonarium utpote iuvenem eruditum et doctum tibi eius rogatu commendo: Renchlinista enim est et tibi totus devotus: scripsit enim multa et varia rhythmice contra Colonienses Ortwinum, Thungarum et Hochstratum more et stilo obscurorum virorum, quæ tibi affert legenda. ridebis et hominis sales probabis. Quodsi frater meus illa legeret, excommunicando diabolo ipsum, nisi pœnitentia condigna satis faceret, daret. Quid multa? dignus est nostra societate.

LXXIII. Heumann. (Ind. bibl. n⁰. 70.) p. 261. sq.

---

9. FEBR. 1518.

Zobelii epistolam ad Erasmum vide infra Hutteni præfationi in Titum Livium subiectam, n⁰. CX.

---

[8] Reviv.] Ipsa illus dialogi Lucianei inscriptio est „Luciani Piscator, seu Reviviscentes". Cf. p. 151 sq.

[14] Zonarius] *Hic idem* Gürtler *Ingolstadiensis est, cuius epistolam ad Vadianum d.* 8. *Sept. a.* 1515 (?) *scriptam supra* (*num.* XXVIIII.) *exhibuimus et ad quem epigramma scripsit Huttenus, quod priori Neminis exemplo additum est, supra p.* 27. *repetitum.*

LOVANII. — 22. FEBR. (A. 1518.)

LXXIIII.

ERASMVS ROTERODAMVS
CLARISSIMO VIRO
GVLIELMO BVDÆO
GALLIARVM REGIS ELECTO S. D.

De negotio nostro quod de nobis apud Franciscum Christianissimum Galliarum regem agebatur, optime Budae, et scio et memini quid scripseris, ne me putes e Lethæo bibisse flumine, quemadmodum scribis. . . . . Nam scito intra menses quatuor nihil istinc allatum esse literarum præter has postremas, quas Luteciæ datas die brūmæ e Maguntia misit Huttenus noster ad decimum Cal. Martias. . . . . Huttenum tibi probari sane gaudeo, nam ipse hominis ingenio delector unice. . . . . Bene vale, doctissime Budæe. Lovanii VIII. Calendas Martias.

LXXIIII. Cf. supra n. LXXI. 1 = Auctar. epp. Erasm. 4⁰. p. 8...23. 2 = Erasmi Epp. (Ind. bibl. n⁰. 53,2.) p. 158...163. 3 = Erasmi Epp. (Ind. l. c. 53,3.) p. 150...154. 4 = Erasmi Epp. (Ind. l. c. 53,4.) p. 211...218. III. 51. 5 = Erasmi Epp. (Ind. l. c. 53,5.) p. 299...305. n⁰. CCCV.

MOGVNTIÆ. — 3. APR. 1518.

LXXV.

EPISTOLA
AD VIRVM ILLVSTREM
HERMANNVM DE NEVVENAR COMITEM
HVTTENIANA
QVA CONTRA CAPNIONIS ÆMVLOS CONFIRMATVR.

HVLDERICHVS DE HVTTEN EQVES
ILLVSTRI DOMINO HERMANNO DE NEWENAR COMITI
SALVTEM.

§. 1. Vix ab equo descenderam, e Saxonibus remittente principe, cum mihi redditur una cum elegantissima tua epistola illiteratissimus Hogostrati libellus, in quo præter alios Capnionis amicos te quoque impuritatis suæ

LXXV. A...D. 5...8. = Indicis n⁰. XIIII. 1...8.

[4] Guilielmo *4. 5.* [6] negocio *2. 3.* [9] scio *2.* isthinc *2...5.* [10] Lutetiæ *2...5.* Moguntia *2...5.* [11] dec. Cal. Mart.] d. 20. Febr. [13] Lovanio 22. Febr. Anno 1518. *5.*

[24] Huldericus *7. 8.* [25] Nuenar *7. 8.* [27] cum *ante* mihi *omis. B.* [28] illiteratiss. *A. B.* [28. 29] libellus] Ad... Leonem P. X. ac D. Maximilianum Imp. ... Apologia R. P. Iac. Hochstraten &c. Colon. 1518. 4⁰. Eodem fere tempore sic scripsit Erasmus:

ERASMVS HERMANNO BVSCHIO SVO S. D.

Dissidium istud indies gliscere vehementius quam credi posset doleo. demiror

aspergit sordibus. Vide quo evaserit pessimorum hominum audacia. Libenter tamen legi spurcum nugamentum: non quod gratum mihi accidat, siquid tibi molestum evenit, sed quia istiusmodi facinoribus magnum istos sibi ultro malum accersere video, ut sicut tu omnium in Germania nobilium doctissimus es omniumque ibidem doctorum nobilissimus, ita summum apud omnes odium incant quiqui invidentiæ suæ stimulos in te talem ac tantum virum exercere non sunt veriti. Ferre enim has indignitates §. 2.
hæc natio diutius non potest; nec qui adhuc lippiunt, aliquando non aperient oculos. Quod cogitanti mihi subit admiratio, quo malo nostro fato in hos dominos inciderimus. In Italia certe nostri me puduit, quoties de §. 3.
Capnionis afflictione orto cum Italis sermone illi percontarentur, 'Tantum licet in Germania fratribus?' Adeo obliti omnium esse possumus, ut quos ad divinum obsequium patrimoniis nostris alimus, eos ad publicam usque maledicentiam nobis esse molestos patiamur. Quid superbius enim, quid §. 4.
indomitum magis hoc hominum genere? aut cui parcunt, siquando conscenderint illam petulantiæ suæ arcem, publicum suggestum? quo naso, quibus superciliis, qua fronte, quibus lateribus in uniuscuiusque existimationem debacchantur? Quorum de numero, quanquam diversa sorte, est §. 5.
apud Francofurdium Petrus Meyer, indoctissimus puto omnium qui Capnioni invident, audax tamen et insigniter petulans. Hic vero omnium qui §. 6.
usquam agunt, malignitate perditissimus Bartholomæus, qui Decimator: ita nullum apud rudem populum sermonem habet verbero, quem non aliquo perversitatis suæ veneno condiverit; ita nihil citra invidiam loquitur; ita in bonos omnes obliquus semper est. et in Capnionem quæ dii boni §. 7.
maledicta quam frequenter iaculatur? qua in optimum virum spurcitia degrassatur? quamquam hoc illi non fœliciter admodum cedit, qui dum aliis studet apud infimam plebem invidiam conciliare, ipse se apud optimates in periculosum iam pæne odium coniecit. Hanc faciem si videres, ipsam §. 8.
te Invidiam videre diceres: adeo hominis mores in corporis quoque liniamentis natura expressit: simile quiddam scorpionibus habet aspectus; nam

---

autem non pudere Theologos et sanctissimæ religionis professores tumultus istiusmodi concitare, quorum exitus cuiusmodi sit futurus incertum est. Quid Lamentationibus *[Ortvini Gratii]* illis aut ineptius aut inamœnius aut indoctius aut virulentius? Optarim ego clarissimum Hermannum a Nova aquila comitem a talibus portentis continere ungues, unde præter pestem ac pus nihil queat auferri. cum populis res est ei qui cum prædicatoribus belligeratur. Lystrium, si verum est quod narras, sic ineptisse moleste fero: hominem literis obiurgabo, licet id iam sero facturus, si liber est æditus. Bene vale, doctissime Buschi. Lovanii IX. Calen. Maias. Anno domini M. D. XVIII. *(Erasmi Epp.* 1521. *fol.* p. 218. *et in aliis Erasm. epp. collectionibus.)* [2] quo *A...D.* [19] Francofordium *B.* Mayer *6...8.* *In marg.* Petrus | Meyer | indoctis|simus *habet D.* [21] Bartholomeus *A. B.* [26] Quanq̃ *D.* feliciter *5...8.* cædit *ACD.* [27] plæbem *D.* [28] pené *A. 5.* pœne *B.* [29. 30] lineamentis *5...8.*

ut illorum cauda ad ictum semper est parata, ita huius concionatorculi
oris species omni momento ad omnemque occursum ostendit iamiam ali-
quid hominem mali cogitare, aliquod meditari maledictum, aliquas struere
insidias, aliquam fraudem nectere, in summa aliquam coquere invidiam.
§. 9. Ita me amet Christus, ut ominosum mihi huius nebulonis fortuitum omnem
occursum esse arbitror; atque igitur, quoquo iturum præscivero, statim
inde diverto. proscidit me non semel in sermonibus, neque id obscure.
§. 10. Tales nunc habet Germania apostolos, tales evangelii præcones. ferendos
illos quidem, vitia hominum quatenus benigne arguebant; nunc cum omnia
sibi licere putent, et ex libidine cuicui volunt maledicant, nullo religionis
zelo, nulla pietatis recordatione evangelium prædicent, pro divino verbo
convitia seminent, in publico sacro privatam iniuriam ulciscantur, imo in-
iuriam ipsi inferant ac innocentibus discrimen obiiciant, cum hæc omnia
superbe, crudeliter, immodice ac insolenter faciant, quid obstabit, quo
minus aliquando baculis ac lapidibus talis modi hypocritis obturbemus?
§. 11. Quodsi me audiat Germania, quanquam inferre Turcis bellum necesse est
hoc tempore, prius tamen huic intestino malo remedium opponere quam
de Asiatica expeditione cogitare iussero. nam quid Othomannorum domum,
imperandi studio inimicam nobis, excisam tantopere cupimus, si istos feri-
mus in medio nostri universæ pietatis inversores, Christianæ sinceritatis
conspurcatores, fidem apostolicam millefariam semper scindentes, novarum
semper dissensionum ac novarum turbarum autores? nisi vero obscurum
§. 12. est, quis ab ecclesia strenuam gentem Bohemos abduxerit. Ut illud inte-
rim silentio transeam Bernense prædicatorum scelus, fœdam Germaniæ
notam, ac in memoriam non revocem publicam orbis pestem Sergium mo-
nachum, Mahumeti alumnum, et reliqua sileam omnis generis mala, quæ
dum nimium, nimium proh Christe pii esse volumus, non punimus, non
§ 13. expiamus. Tu vero quid consilio ibi meo uti vis, cum tot ex epistolis
meis quid a nobis communiter fieri velim intellexeris? Quanquam interim
dubitatio accessit, obstinatissime hos a nobis contemni, quam infensissime
aliquando impugnari præstet: certe enim hoc contemnere, quod ego omni-

---

[9] Taleis *AB*. [12] convicia 5...8. ut in 6...8. imo *D*. [17] apponere *A*...*D*. 5. apponere (opponere) 6. [20] synceritatis *CD*. societatis 7. 8. [23] strenuam *et sic ubique* uu *AD*. adduxerit *B*. [24] Bernense scel.] *De quo p.* 139. [25] vrbis *B*. Sergium] „Legimus de Sergio quodam hæresiarcha, qui acephalorum hæresim instauravit, malus magister et moderator turpissimo discipulo facile præcepit, et hæreticus hæretico præceptori facile auscultavit." Simler ad hæc Reuchlini in prologo Sergii verba

Calvariam cuiusdam anilis Sergii,
Qui erat Mahometi magister primitus,
Quo SERGIVS fit nomen huic comœdiæ.

[31] aliquando *omis.* 6...8. prestet. *B*.

bus hactenus apologiis prætuli, non satis esse videtur ad illud quod paramus, ut vigeant literæ, barbaries exulet, docti in veneratione, scioli passim despectui sint: id quod Christo adiuvante ad aliquem iam progressum deduximus, sed non quo oportet. Utinam tecum essem, ut consilium hac §. 14. in re meum disceres. Incipiunt isti mutuo se conficere. qui enim apud Francofurdium ante annos haud multos super divæ virginis Mariæ conceptione (nam de re tam nihili omnia in contentionem protraxerunt, hinc Franciscani, inde Prædicatores) digladiarentur, parum abfuit, ut ingentis sibi mali auctores ipsi essent, concitatis in se passim principum ac episcoporum animis. paulo post illa Bernæ quæ exarsit conflagratio, omnibus §. 15. Dominicalium monasteriis haud obscurum minata est excidium. iam vero, §. 16. quod tu ignoras forte, Wittenbergæ in Saxonibus altera adversus summi pontificis auctoritatem insurrexit factio, altera indulgentias papales adserit: magnis utrinque conatibus res agitur; magnis viribus certatur; monachorum ductu partes congrediuntur; ipsi duces strenui, vehementes, concitati, alacres clamant, vociferantur, plorant nonnunquam et fortunam incusant; novissime ad scribendum quoque adiecerunt animos: factum librariis negotium: venduntur propositiones, corollaria, conclusiones et illi multis sæpe exitiosi articuli. Sic spero fiet, ut mutui interitus causas sibi in- §. 17. vicem præbeant: ipse de hoc negotio nuper factus certior a quodam ex fratribus, hoc illi respondi 'Consumite, ut consumamini invicem.' opto enim, ut quam maxime dissideant inimici nostri, et pertinacissime se conterant. Ac faxit deus Opt. Max. ut intereant et emoriantur qui surgentibus impe- §. 18. dimento sunt literis, quo aliquando enascantur viva pulcherrimarum virtutum, quæ toties isti conterunt, plantaria. Tu tibi consiste, comes nobi- §. 19. lissime, teque confirma. me quidem in omnes eventus habebis et periculorum et laboris socium; traducam interim ad partes quosquos in principum aulis aptos esse videro: sed et iam nunc multi clari viri nobiscum §. 20. faciunt, quippe Capnionis causam potens in sua civitate tuetur apud Norimbergam Bilibaldus Pirckheymer, Augustæ Peutingerus, in Pannoniis et Viennæ Cuspianus, uterque opibus pollens ac eruditione splendidus; faciunt idem qui Maximiliano Cæsari a consiliis sunt, magnus vir Iacobus de Bannisiis, Iacobus Spiegel et Io. Stabius; in Galliis vero hoc in Capniomastigas odium §. 21. streme alit vir nobilis ac egregie eruditus Guilielmus Budæus; et ibidem constanter nos tuetur Copus Basiliensis, regi a medicinis, ac Stapulensis

---

4 esset *B.* 6 Francofordium *B.* 9 autores *AB. et sic in sqq.* concitatus *B.* §. 16.] De factione Wittenbergica iuvabit cum hoc loco contulisse quæ duobus annis post scripsit Huttenus. cf. imprimis ep. ad Lutherum d. 4. Iun. a. 1520 datam. 12 Vuitembergæ 7. Wittembergæ 8. 18 negocium *D.* 21 Consumite] cf. Pauli Ep. ad Galat. V. 15. 29. 30 Norimbergenses 6...8. 30 Birckheymer *CD.* 6. 31 Cuspianus *A...D.* 5. Cuspianus (Cuspinianus) 6. Cuspinianus 7. 8. [Cuspianus pro Cuspiniano in libris veteribus sæpius occurrit.] 33 Gallis *B.*

Faber, qui philosophiæ nostro ævo studiosis maximum adiumentum attulit;
§. 22. apud nostrum autem Albertum quid aliquando omittit, quo quidem Capnionis exaltationi, illorum vero detrimento prospectum esse possit, Henrichus Stromer physicus, candidissimus literarum ac literatorum amator, ac mihi
§. 23. ob id summe charus? Lipsæ, quanquam pertinaciter adhuc reluctentur sophistæ, erigunt se tamen literæ et augentur recta studia. et Wittenbergam a Friderícho principe accersuntur qui Græce et Hebraice doceant.
§. 24. Iam ut ad illud redeam episcoporum columen Albertum nostrum, dici non potest, quam is consultum velit studiis. in admirationem te perducet, siquando videbis huius ad Erasmum epistolam; sic benigne salutat, sic cupide ad se vocat; domi vero bibliothecam illius semper in manibus habet,
§. 25. neque Erasmicum quicquam exit, quod non studiose legat. Cuius ut aliquid penes te memorabile sit, accipe rem facetam, sed quæ documento erit quid de hoc principe sperandum sit: cum illi obtulisset Stromer omni convitiorum genere refertum libellum Pepericorni adversum Capnionis amicos, legit quidem, sed lectum, ut ad ignem forte consederat, impurissima Iudæi nebulonis maledicta detestatus et hoc omnium seculorum memoria dignum apophthegma præfatus 'Sic pereant, qui sic loquuntur' flammæ inie-
§. 26 §. 27. cit. Quæ omnia spem faciunt nobis eo quo tendimus evadendi. De aulica consuetudine quæ obiicis mihi, quia non epistolam, sed sermonem potius, aut volumen desyderant, expecto aliquod meum ocium, unde me tibi ex-
§. 28. purgem. Interim ne crede aliquid a nobis de pristina consuetudine remissum: aliquando in gratiam cum Musis redire propono, si modo illæ mihi iratæ sunt ob necessario admissum superbi Martis studium, ut quæ sæpe
§. 29. prius in castris inter armorum strepitus pernoctarunt. Valde probo, quod incendiarium cucullionem ulcisceris et cupide expecto ea quæ promittis: perge ut cœpisti: 'Oderint, dum metuant'; quanquam illud tibi cum multis commune erit odium. porro certum est bonos omnes, quicquid isti ode-
§. 30. rint, valde probaturos. Epistolam tuam, quam ad meam defensionem rescripsisti, non accepi. scribe cui dederis perferendam. Intra quatriduum in Saxonas redeo. Tu rectissime vale ac valetudinem tuere. Moguntiæ, III. Nonas Apriles. Synceriter, citra pompam.

---

[2] Albertum (episcopum Moguntinum) *6...8.* [3] Henricus *D. 6...8.* [5] Lipsiæ *B. 5. 7. 8.* [6] litere *A.* [7] Haebraice *A...D.* [17] iudei *AB.* [26] iocond. cucull.] Hochstratum. [27] cepisti *A.* Oderint] Senec. de ira 1. 20, 4. de clem. 1. 12, 4. II. 2, 2. [32] sinceriter *5...8.*

[STVTGARDIÆ.] 5. APR. 1518.

LXXVI.

[IOANNES REVCHLIN]
BILIBALDO PYRCKAIMERO PATRICIO NVREMBERGENSI
AMICO SVO INTEGERRIMO ET COLENDISSIMO SALVTEM D. P.

Deus, ecce deus: ut mihi videre videor, hoc certe dei prædestinatione factum est, ut intercedentibus quibusdam mediis hoc genus dæmoniorum eiiciatur. . . . . Ut igitur id quod superiores negligunt corrigere, corrigant inferiores, iam, inquam, demo fit, ut non me tantum satis sit contra phas et iura per omne genus versutiarum vexasse, quin etiam incipiant viros maximos lacerare et lacessere iniuria, archiepiscopum Nazarenum, Comitem de Nuenar, Huttenum, Cospinianum, Peutingerum, et te ipsum cum aliis præclarissimis viris. Tu igitur pro integra inter nos amicitia nostra teque meque liberes aut implices, utrunque bonum est. Habemus fere totam Romam, præter pecunia illorum corruptos, habemus doctissimos quosque assistentes, et commune odium dimicat contra eos. De re mea quo in statu sit, cernes in Actis Iudiciorum, quæ ad te mitto. et item mitto quod hoc anno pro scholasticis elaboraverim De accentibus Hebraicis. Vale. Non. April. a. MDXVIII.

Ioannes Reuchlin Phorcens. LL. Doctor.

Hermannus Novæ Aquilæ comes, canonicus Coloniensis, nuper ad me capellanum suum misit oratorem. Is certe tui est amantissimus, et nunc ad hoc novum bellum se instruit, cum multis commilitonibus. discent aliquando isti pediculosi homines se ipsos cognoscere aut in prœlio cadent. Vale, frater.

LXXVI. Epp. a Freytag. edd. (Indic. bibl. n. 82.) p. 14. sqq.

LOVANII. 5. APR. 1518.

LXXVII.

ERASMVS ROT. CÆSARIO SVO S. D.

Adieci secundum Theodori librum, tuo dicatum nomini: opinor id iam tibi §. 1.
cognitum. Audio Buschium istuc redisse, et sane gaudeo, nam id malim, quam

LXXVII. Erasmi Epp. (Ind. bibl. n°. 53.5.) Append. n°. CCLXXVII. coll. 1677. sq. Cf. Burckhard. I. p. 171.

---

[10] archiep.] Georgium Benignum. [11] illorum] Hochstrati cum sua parte. [15] Actis] 'Hagenoæ in ædibus Thomæ Anſhelmi Anno | M.D.XVIII. Menſe Februario. |' *in 4°. impressis; repetitis in* Hermanni von der Hardt Historia literar. reformat. Ff. et Lips. 1717. fol. part. II. p. 94...130. [17] De acc. Hebr.] DE ACCEN|TIBVS, ET ORTHOGRA|PHIA, LINGVÆ HEBRAI|CÆ, à Iohanne Reuchlin Phorcenſi| LL. Doctore Libri Tres Car|dinali Adriano dicati. | *in fol. min. In fine:* Hagenoæ in ædibus Thomæ Anshelmi Badenſis | Anno M.D.XVIII. Menſe Februario. | *tum sub signo Anshelmiano* **Cum Priuilegio Imperiali.**

[26] Theodori] Gazæ. „quos [duos primos libros grammatices] ideo Latine vertimus, ut plures alliceremus ad studium Græcanici sermonis vel ipsa facilitate velut esca quadam." Erasm. Catalog. lucubrationum. Basil. 1537. 4°. p. 22. [27] istuc] Coloniam.

illud ingenium in tenebris alicubi delitescere. pelletur brevi, ni fallor, et Co-
§.3. lonia omnis barbaries virtute ducum ac militum. Audio clarissimum Comitem Neaetium adversus istos indoctæ doctrinæ superciliosos professores prorsus Herculem agere; sed optarim illi paulo splendidiores antagonistas: mihi videtur extremæ infelicitatis cum eiusmodi portentis colluctari, unde præter virus
§.4. et scabiem nihil queas auferre. Me miseret etiam Ordinis, qui multos habet probos viros, quibus istorum temeritas nentiquam probatur, negantibus sibi tanti
§.5. esse unius aut duorum ambitionem, ut ea gratia veniant in odium mundi. Pessime consuluit rebus humanis qui titulum indidit 'Obscurorum Virorum', quod, ni titulus prodidisset lusum, et hodie passim legerentur illæ Epistolæ tanquam
§.6. in gratiam Prædicatorum scriptæ. Adest hic Lovanii Magister noster, pridem Prior apud Bruxellas, qui viginti libellos coemerat, gratificaturus amicis, paulo
§.7. ante quam Bulla illa prodiret, quæ effulminat eum libellum. Primum optabam non editum eum libellum, verum ubi fuerat editus, optabam alium titulum. sunt illi quidem digni maioribus convitiis, sed exemplum est odiosius et quod in furto molestissimum esse consuevit, suspicio incerto auctore per omnes va-
§.8. gatur, ut cuique sua coniectura aut suus suggerit affectus. neque enim deerant qui me crederent earum Epistolarum auctorem, cum mihi nec nomina forent
§.9. nota, nec imitabilis phrasis. Bene vale, charissime Cæsari. Mirabar Ioannem Siburgum huc sine tuis venisse litteris. Saluta clarissimum Comitem a Nova Aquila meis verbis diligenter. Lovanio postridie Paschæ, sive 5. April, Anno 1518.

---

[3] Neaetium] Novam aquilam, Neuenar. [9] Obsc. Vir.] Cf. infra Erasmicam epist. ad Thomam Cardinalem d. 18. Mai. a. 1519. (non 1518.) datam. [13] Bulla] die 15. Martii 1517. a Leone X. emissa. [19] Ita e. c. Aeacides Philyranus, id est Achilles Pirminius Gasser, Lindaviensis, medicus, (nat. a. 1505. † a. 1577.) in epigrammate in epistolas obscurorum virorum, quod ex bibl. Krafftiana, olim Ulmensi, desumpsit I. G. Schelhornius (Amœnitt. literar. tom. IX. Ff. et Lips. 1728. 8º. p. 660. sq.) et Münchius etiam (Obscuror. vir. epp. in Erschii et Gruberi Encyclop.) transcripsit, Huttenum cum Erasmo auctorem epistolarum illarum fuisse adfirmat;

Dum Monachi Hebræam Reuchlini prodere Musam
    Sacrilegi tentant, Biblia sacra putâ,
Dumque Sophistarum gens illiterata Camœnas
    Humanas nostris pellit ubique scholis,
Nobilis Huttenus docto collusit Erasmo
    Atque hunc composuit non sine laude librum,
In quo nil fictum est nisi nomina sola virorum
    Quorum opera et studia hic verbaque vana notat.
Utque Magistrorum Nostrorum barbariem ille
    Miris perstringens salibus exagitat,
Sic tu non lusum, sed inertia sæcula ride,
    Vel potius defle tempora stulta hominum.

PARISIIS. 12. APR. (1518.)

LXXVIII.

BVDÆVS ERASMO S.

Ecce autem rursus expostulatio: conquerelar nihil a te literarum multis §.1.
iam mensibus accepisse, quod quidem epistolæ instar haberet, quum tu ad me
literas non magis copiosas quam iurgiosas dedisti, perinde quasi ex diuturno
somno, id est diuturna incuria nostri turbidius te excitarim. Huttenus, non § 2.
magis iam tibi quam mihi nostrisque prolatus et amicus, cum ex regis comitatu rediret, hac transiens literas a me tumultuarias expressit, in quibus quum quicquid in buccam subiisset, vel Græce vel Latine scriberem, unum, ut arbitror, aut alterum verbum de Apologia illa tua adieci, ex cuius editione dolebam cum eo quod Faber scripsisset, nonnihil simultatis simile inter vos enatum esse videri. . . . . Vale et omnem contentionem suspicionemque ex animo tuo absterge. Parisiis, pridie Idus Aprilis.

LXXVIII. 1...5 = Indic. bibliogr. n⁰. 53,1...5. 1) p. 169...186. 2) p. 163...169. 3) p. 155. sqq. 4) p. 218. sqq. III. 52. 5) coll. 309. sqq. n⁰. cccx.

LOVANII. APR. 1518.

LXXVIIII.

G[VILIELMVS] N[ESENVS] N[ASTADIENSIS]
D[OMINO] VDALRICHO ZVINGLIO HELVETIO
APVD TIGVRINOS CONCIONATORI ERVDITISSIMO
S. D.

Pudor obstat, optime mi Zinli, quominus tibi perscribam quæ non pudet hic designare quosdam theologos absque persona tam stulta, ut nullus histrio quantumvis impudens ausit similia facere personatus. . . . . Edmundensis putat timeri stultissimam illam linguam suam (nam hoc subinde iactitat e suggesto, quod Huttenus noster 'arcem impudentiæ' vocare solet) propterea quod boni nolunt adversus rabientem rabire . . . . Quantum equidem coniicio, non tendunt in Lutherum, qui satis tutus erit contra horum tyrannidem, sed in omnes bonas literas, quas ipsi non didicerunt et piget discere, sed prætexunt splendidum titulum homines ad hy-

LXXVIIII. A = EPISTOLA DE | MAGISTRIS NOSTRIS | Louanienſibus, quot, & quales | ſint, quibus debemus magiſtralem illam damna|tionem Luthe-|rianam. | 4⁰. *Epistola repetita est in* 2) Schelhornii miscellaneorum tomo I., inscripto AMOENITATES | LITERARIÆ, etc. Ff. et Lips. a. 1725. 8⁰. edito, p. 248...261. 3 = Zuinglii Opp. (Ind. bibl. n⁰. 81.) I. p. 36...41. 4 = Münch, Epp. O. V. p. 410...416.

[5] literas] eas quas d. 22. Febr. scripserat Erasmus, ex quibus nonnulla supra excerpta sunt. [10] Apologia] quæ N. T. editionibus Erasmicis præmittitur. [11] Faber] Iacobus, Stapulensis. cf. epistolam Erasmi cit. [13] Parisiis 12. Aprilis, Anno 1518. *5.* [13] Primus ultimusque huius ep. versus quasi titulos eorum scriptorum præsagiunt, quibus inter se dimicaverunt postea Huttenus et Erasmus.
[25] suggestu *edd.* cf. p. 165. v. 16. [27] tendunt] Prædicatores et Magistri nostri.

pocrisim nati educatique. Quodsi conatus eorum successerit, id quod superi prohibeant, videbis quo sit evasura rabies sceleratorum. In hanc rem scio coniurasse quosdam, omnes insignite sceleratos, quorum nomina brevi, ut arbitror, cognoscet et detestabitur mundus. Hos tyrannos retundere magis puto esse e re Christianæ religionis, quam profligere Turcas turcissimos aut his etiam sceleratiores Iudæos. Demiror lenitatem Erasmi, quod suo stilo felicissimo non sæviat in istos; sed ille ut est pure Christianus, abhorret ab omni dissidio, et interim studiis vere sacris sese consolatur, reversus ad paraphrases in Paulum, quas hac hyeme perficiet. et ut ille in re quidem optima occupatus est, ita non convenit alios studiorum causam deserere. De hiis satis hactenus; proximis tuis literis respondi superioribus nundinis. Hic quoniam et præter spem et certus oblatus est nuntius, nolui te nescire quid hic ageretur, et placuit stomachum meum apud te effundere. Hutteni postrema fœtura mire probatur doctis omnibus: utinam ille vivat ultra Nestoris annos: ita semper vincit se ipsum felix illud et fœcundum ingenium . . . . . . Hic locus et tota fere Brabantia satis tuta est a peste; sed laboramus alia peste nocentiore quam sit ista vulgaris. Vale optime. Lovanii apud Sycophantas M. N. et Fratres. Tu perge, eruditissime Zingli, purum Christum tuorum populorum animis inserere. Anno M.D.XVIII. Mense Aprili.

[NORIMBERGÆ.] LXXX. [?? 1518.]

LXXX.

BILIBALDVS PIRCKEIMERVS BAPTISTÆ EGNATIO PIO VENETO S. D.

Audieram iam pridem, Egnati ornatissime, te virum esse bonum et apprime eruditum; nunc vero acceptis tuis literis etiam summa humanitate præditum intelligo, non ideo quia tot laudes mihi attribuis, quas, etiamsi impudentissimus essem, minime agnoscerem; sed quia nepotem meum tam benigne suscepisti, et mihi ipsique nil de te merito operam tuam tam parate offers. nec satis id erat, nisi me Erasmo nostro et reliquis doctis comparasses hominibus, a quorum eruditione tam longe absum, quam illi a me corpore sunt remoti: distat vero a me Zasius duodecim dierum itinere; totidem Huttenus; Erasmus autem viginti. Vide nunc quam prope ad illorum accedam doctrinam. quid enim præstare possem, homo ita publicis obrutus negotiis, ut vix nocte mihi quiescere detur? Sed voluisti hoc pacto singularem tuam ostendere humanitatem, ut etiam erga eos quos nunquam vidisti, esses officiosus . . . .

LXXX. Pirckheimeri Opp. (Ind. bibl. n°. 59.) p. 201.

[5] profligare *3.4.* [9] hieme *3.* [10] his *2...4.* [13] postr. fœt.] De Constantini donatione liber. [14] Nestoris annos] Non præsagiebat bono Neseno animus, Huttenum post unum lustrum morti proximum fore, seque ipsum non ita longe post Albis fluctibus subrutum iri. [15] fecundum *3.* [17] M. N.] Magistros nostros. [18] Zuingli *3.* Zw. *4.*

[27] nepotem] *Ex urbe Roma III. die Oct. a.* 1517. *Cochlæus ad Pirckh. scripserat* „Sunt illi [nepotes tui] nunc Neapoli, mox, ut spero reversuri, ut hinc in patriam confestim abeant". *cf. Heumann. Docum. literar. p.* 40. [31] ad me *ed.* Zasius Friburgi in Brisgoia, Huttenus Moguntiæ, Erasmus Antverpiæ aut Lovanii tum degebat.

18. MAI. 1518.

Erasmi epistolæ ad cardinalem Thomam Crannerum scriptæ, quam infra n°. CXX. exhibebimus, per errorem hunc diem adscribunt editores.

MOGVNTIÆ. LXXXI. 25. MAI. 1518.

LXXXI.

HVLDERICVS DE HVTTEN EQVES GERMANVS
CHVNRADO PEVTINGERO PATRICIO AVGVSTANO
SALVTEM.

Declamavi his diebus, Peutingere, et causam, si diis placet, arduam §.1.
declamavi; conatus sum tamen, cum quia argumentum delectabat, tum
vero quia ocium suppetebat. Id qualecumque est, ad te mittendum putavi primum, ut te aliqua novitate utcumque adficerem, deinde ut animo
tuo suspicionem, si quam ex illo diuturno meo silentio concepisses, eximerem: videri enim poteram oblitus tuæ in me benevolentiæ segnius quam §.2.
pro dignitate amicitiam nostram colere. sed distinuit me quidam nuntians
epistolam ad me tuam una cum nescio quo Cæsaris munere divagari et ad
me propediem perventuram. Quam dum expecto, ut videam quo me evehas §.3.
(scio enim aliquid machinari te), simul sperans fore ut in illo principum
Augustæ, qui nimis iam differtur, conventu ipse coram de multis colloquar, nihil properandum ad te putavi. Tu vero desine aliquid ingratitu- §.4.
dinis suspicari: non sic memoria excidit, quanta tu nuper diligentia quantoque studio redeuntem ex Italia me commendaveris Maximiliano Cæsari,
qui cum tua gravi oratione in consessu amplissimorum virorum de meis
studiis deque illa ærumnosa per Europam peregrinatione, simul de quadam
mea feliciter illi pugnata pugna persuasus esset, ut me honoraret, quos
tu non magnificos titulos, quæ non celebria nomina, quas immunitates,
quæ privilegia non protulisti, ut ingratissimus sim omnium qui usquam
vivunt mortalium, nisi te valde amem ac reverenter colam. Proinde con- §.5.
tinuo oculis meis obversatur, qua me primum hospitalitate in tuam domum accepisti; deinde qua prædicatione quibus amicis commendasti; postremo qua pompa ad Cæsarem adduxisti; ut ille tuo instinctu ad se admisit, ut coronam poeticam imposuit, illam aio coronam, illam lauream, quam tu ante domi tuæ, accurate contexente et adornante filia tua Constantia, omnium quæ istic sunt puellarum et forma et moribus præstantissima, apparaveras.

LXXXI. A et B = Indic. bibl. n°. XIX. 1. et 2. 3 = ibid. n°. 3. 4 = ibid. n°. 1.

[5] VLRICHVS *B.* EQ. *A.* [6] PATRITIO *B.* [7] S. *B.* [8] caussam *B. 3.* [9] quum *3. 4.* [12] meo *omis. 4.* [15] me *deletum esse in MS. adnot. et omisit 4.* [16] Quæ *ex MS. recepit 4.* [18] colloquor *4.* [22] oratione] occasione *4. sine sensu.* [23] ærumnosa *3. 4.* [24] fœliciter *A.* [26] non *omiser. AB. addi in MS. adnot. 4.*

§. 6. Hærent ista mihi animo ac diutissime hærebunt, tam quia per se magna
satis sunt, quam quia auget ea, quod tibi, civitate pariter ac ordine di-
§. 7. verso, accepta refero. Quod ubi cogito, et quia ab ineunte ætate sic
vitam institui, ut quam gratissimus esse studeam, erga eos præsertim,
quorum aliqua in me benignitas, nedum benemeritum, perspecta sit, nun-
quam desino magnifice tuam in me benevolentiam tuaque ista merita com-
memorare. Quodsi molesta fuit hæc tibi taciturnitas mea, da veniam iugi
§. 8. posthac literarum missione resarcire paranti. Et iam quæris forte, quem-
admodum me tractet aulica vita. Nondum optime; quanquam quid non
ferendum est apud vere principem Albertum archiepiscopum, sic humanum,
sic beneficum ac liberalem, deinde sic erga literas ac literatos omnes
affectum? alioqui valde ista nauseo, fastum aulicorum, magnifica promissa,
§. 9. sesquipedales salutationes, insidiosa colloquia et inanes fumos. Præci-
pua tamen mihi consuetudo est cum Stromero physico, quod se mira quæ-
dam dedit, ut mihi videtur, inter utriusque mores similitudo: simplex
est, dexter et apertus; odit fucum, detestatur pompam, ac subinde mihi
crebro inculcat quædam adagia; ipse vicissim meos, quandoquidem agnovi
§. 10. talem, iocos communico: nam statim ab initio ut in aulam receptus sum,
perspecta hominis probitate complecti cœpi ac me ille mutuo. Verum
tu quid agis isthic? aut quando illud nobis quod diu iam parturis, tandem
paris? Si intelligis dilatum iri conventum, copiose scribe de multis rebus,
§. 11. præsertim ea quæ in erratica illa epistola inerant, retexe. Si ignoras enim,
nondum accepi. Salutabis ex me Iacobum Spiegel secretarium, mire de
nobis meritum, una cum Stabio mathematico, ac illi me commendabis
omnium qui usquam sunt episcoporum doctissimo, Petro Bonomo Ter-
gestino, cuius mihi amicitiam promisisti. Gestio vos videre. Interim tu
quoque recte vale. Maguntia. VIII. Calen. Iunii. Anno post M. ac D. XVIII.

LOVANII. | LXXXII. | 14. IVL. 1518.

LXXXII.

MARTINVS DORPIVS ERASMO ROT. S. D.

Literas tuas, ornatissime Erasme, non dici potest quam acceperim cupide. . . . . Quæ scripsisti, fuerunt omnia sane quam gratissima. unum hoc molestum est nondum sedatum esse, quod maxime opor-

LXXXII. 1...5 = Indic. bibliogr. nº. 53,1...5. 1) p. 312. sqq. 2) p. 281. sq. 3) p. 266. sq. 4) p. 380. sqq. VII. 1. 5) coll. 331. sq. nº. cccxxiii.

[5] benignitas] benevolentia *4.* [7] Quod (*omiss.* si) *3. 4.* [10] Archepiſcopū *A.* [11] deinde … affectum *omis. 4.* [20] istic *B. 3. 4.* [23. 24] de nob.] erga nos *4.* [25] P. Bonomo] qui in conventu Augustano nomine Cæsareæ maiestatis legato pontificio respondit, cum Albertus Moguntinus cardinalis fieret. [27] Moguntiæ *B. 3. 4.* ac *omis. B. 3. 4.*

tuit, ortum a Coloniensibus incrudium: quibus sane miror, qui tam ineptum quicquam in mentem venire quivit, ut Lamentationes illas ridiculas, stultas, insanas vel componerent vel evulgarent. Præterea autem quid minus fuit opus quam ceu dialogo morologo vulnus efferisse ut recruduerit, quod callum iam pene obduxerat? Miseram vero stultiorum sortem, sic si pergant eruditi ineptire. . . . . Bene vale, eruditorum phœnix Erasme. Lovanii, pridie idus Iulii. Anno M.D.XVIII.

[FRIBVRGI BRISIG.] **LXXXIII.** [A. 1518.]

[VDALRICVS ZASIVS.]

. . Plinius li. XXVII. meminit quadrigas in Capitolio feriis Latinis certare solitas, absinthiumque bibisse qui vincerent. Vdalricus de Hutten, nobilis genere, nobilior virtute, nobilissimus vero studiis politioribus, in quibus meretur præconia, cum Bononiæ iuri civili intenderet, absynthio sese Accursiano potari ad Nicolaum Gerbellium, iuris doctorem eminentem humanarumque litterarum impense doctum, per iocum scripsit: quem et nos Latinarum certamina vicisse pari ioco diximus. Et sunt sane Accursianæ glossæ acerbiusculæ, sed quarum potus, si modo assueveris, stomacho conferat.

LXXXIII. Zasii Scholia ad L. 2. D. de O. I. Basil. 1518. fol. p. 42. sq. [cf. Stintzing, Ulr. Zasius. Basel. 1857. 8°. p. 347.] (*In recentioribus editionibus locus de Hutteno omissus est.*)

[BONONIÆ?] **LXXXIIII.** [EDIT. A. 1518.]

VLRICHI DE HVTTEN
EQVITIS GERMANI
AD
CROTVM RVBIANVM
IN NEMINEM PRÆFATIO.

Accipe igitur hoc tibi Nihil, Crote, quod toto anno scriptum a me §.1.
conquestus es, idque in epistola tua quodam quasi tragico ploratu vicies

LXXXIIII. A...E = Indic. bibliogr. n°. XV. 1...4. 10. Reliquorum exemplorum ubi variet scriptura nonnisi duorum novissimorum eorundemque pessimorum adnotavi: 5. 6. = Ind. bibl. n°. XV. 24. 25. Cf. Burckhard. I. p. 103. sqq. 113 sq. 126. sqq. 188. sq.

[7] Lovanio 14. Iulii, Anno 1518. *5.*
[10] Plin. H. N. XXVII. cap. 7. sect. 28. „Latinarum feriis quadrigæ certant in capitolio victorque absinthium bibit". [13-14] ad Nic. Gerb.] in præf. Epist. Italiæ. cf. supra p. 105. vers. 23.
[22] Vlrichus de Hutten ad Crotum Rubianum. *5. 6. cum pueril adnotatione* Præfatio ad lucubratiunculam Nemo. [27] Hoc nihil. *marg. D.*

repetis, quasi qui nihil est, ab eo aliquid extorquere liceat. At nunc ipsum
illud Nihil ad te mitto, et ita mitto, ut Nemine perferente accipias. Qui-
cum enim rectius Nihil quam cum Nemine versatur, cum nemo nihil scri-
§. 2. bat ac faciat? Sed iam nosse vis, unde hoc repente commentum. Ex
perversa, Crote, hominum opinione, simul tua tragica epistola: nam ut tu
nihil a me scribi quereris, ita sunt homines qui siquid scribas etiam aut
facias, et ipsum illud et te autorem Nihil dicant: in ea tempora incidimus,
§. 3. in id vulgi iudicium succumbimus. Si adhuc quid sibi hoc velit Nihil,
dubitas, priora revolve ac quædam ut contigerunt in memoriam revoca.
Periculum fecisti mecum quid mereantur qui optima studia studiosissime
sectati sunt: nempe ut nihil didicisse et ipsi homines nihili dicantur pro-
§. 4. palam. qua in re clementiores adhuc iudices expertus es quam ego, qui
post tot annorum meam per Europam peregrinationem, tot aditis periculis,
tot exhaustis calamitatibus, nullis non erumnis afflictus, cum tandem ad
meos rediissem, quid aliud sperare debui, quam homines longa mei ex-
pectatione fessos advenienti occursaturos, obviis manibus excepturos, blanda
aliqua præfatione salutatum amplexaturos, gratulaturos incolumitati meæ,
§. 5. probaturos quod cum patriis Musis rediissem in gratiam? At paucioribus
curæ fuerunt hæc quam reperti sunt qui me accusarent etiam: iam enim
fama processerat quibus studiis quam operam impendissem: itaque repre-
hendere omnes, ac frustra laborasse et tempus perdidisse dicere; atque
eo omnium tandem calculi coniecti sunt, et quod vix credis, in patria miser
§. 6. inveni neminem æquum meorum studiorum iudicem. Illum vide Neminem
qui hoc de se dicit

Nemo refert studiis præmia digna bonis.

non aliter atque ille ego sim decoctor filius, qui ad porcorum haras et
commessandas siliquas relegari debeam; aut non melius sit ita studuisse,
quam studuisse omninò nihil: nam ex æqualibus qui neque literas neque
natare didicerunt, nihil offendebant: adeo tutius est non studere, quam sic
studere: et hanc quidem impegerunt mihi culpam, ut esset quod duritiei
§. 7. suæ prætextum obtenderent. tuncque primum divagatus est rumor, nihil
didicisse me ac esse nihil, magnis ille quidem autoribus: nam ubi in illos
quis inciderit iactatores leguleos, aut ad hos adpulerit superciliosos theo-
logistas, non dico quomodo posset scire aliquid, hoc dico quomodo posset
§. 8. esse aliquid. Diogenes Cynicus ultro nihil scire vult post eum qui omnia
scire profitetur, at esse aliquid contendit: id quod ego adhuc consequi tot

---

1 Qui nihil est. *marg. D.* 3 Nihil. Nemo. *marg. D.* 7 authorem *B.* 11 In bonis docti literis, nihil scire dicuntur, & nihil fūt neq; magistri, neque magistrabiles. *marg. D.* 14 aerumnis *5. 6.* 23 studiorum meorum. *5. 6.* 25 est v. 58. Neminis. Nemo. *marg. D.* 26 aras *AC.* Cf. evang. Luc. XV. 11. sqq. 28 Proverb. Diogenian. VI. 56. 31 Nihil didicit. *marg. D.* 33 Legulei iactatores. *marg. D.* 33 Theologistæ superciliosi. *marg. D.* 34 non] nō *A.* 35 Diogenes. *marg. D. Cf.?*

laboribus non potui: nam cum inter meos versor equites, haud numeror, ex istis vero indoctis doctis nemo me agnoscit. ac nescio an alicuius eorum §. 9. umbra sim: ita plane non sentio ipse me, quoties sua studia prædicant, suam eruditionem, sua ingenia ostendunt; at vero in me quicquid est, omni contemptu contemptius indicant. Tunc iactantur ab alteris Felini, Baldi, §. 10. Bartholi, Iasones, Accursii, Speculatores ac id genus doctoreuli, ab alteris vero subtilis Scotus, seraphicus Bonaventura, bis sanctus Thomas, unice

---

[5] Felini etc.] ICti Itali: *Felinus Sandeus*, Felinæ a. 1444. natus, Francisci Arretini discipulus, prof. utr. iur. Ferrariensis, tum Pisanus, auditor rotæ a. 1488., decessit episcopus Lucensis a. 1503. m. Augusto. — *Baldus de Ubaldis* Perusinus, nat. a. 1327., Bartoli aliorumque auditor, Bononiæ, Perusii ter, Pisis, Florentiæ, Patavii Papiæque inde ab a. 1344. usque ad a. 1400. docuit. Scriptorum eius, quæ hodieque non sine suo momento sunt, magnus numerus est. Cf. Savinii iur. R. per med. æv. tractati hist. VI. p. 208. sqq. — *Bartolus de Saxoferrato*, nat. a. 1314. Perusii Cinum audivit, Bononiæ tum alios, ibique a. 1334. iuris doctor creatus a. 1339. Pisis legere cœpit, postea Perusii, ubi a. 1357. 'ossa Bartoli' condita sunt. viri fama etiam post mortem summa, scripta plurima, neque posteris inutilia. Cf. Saviu. l. c. p. 137. sqq. — *Iason de Mayno* s. *Maynus*, Pisauri natus a. 1435. Papiæ Tartagnum aliosque audivit, ibique a. 1467., tum ab a. 1485. Patavii, a. 1489. Pisis, iterumque Papiæ iura docuit, ubi Alciatum inter discipulos habuit; vita defunctus est a. 1519. cf. Saviu. l. c. p. 397. sqq. — *Accursii* fuerunt sane plures, sed h. l. senior ille intellegitur, qui inde ab a. 1220. glossam ordinariam corporis iuris civilis q. v., satis infeliciter compilavit. prope Florentiam circa a. 1182. rusticis parentibus natus Azonis discipulus fuit, cuius collega postea factus est, ut sui ipsius quondam discipuli Odofredi. Bononiæ famam divitiasque sibi magnas filiosque postea celebres Franciscum, Cervottum Guilielmumque comparavit; mortuus est circa a. 1260. cf. Saviu. l. c. V. p. 262. sqq. — *Speculatores*] *Guilielmus Durantis* s. *Duranti*, Podiomissione Biterrensis diœc. Languedociæ a. 1237. natus, Bononiæ doctor factus, non diu Mutinæ ius canonicum docuit, sed variis iisque gravioribus tum ecclesiasticis tum sæcularibus officiis functus Romæ a. 1296. mortuus. Speculo iudiciali summam celebritatem nomenque *Speculatoris (Patris practicæ)* meruit. quod volumen alii postea, inter quos præcipue *Ioannes Andreæ* et ipse *Baldus* nominandi sunt, additionibus auxerunt. cf. Saviu. l. c. V. p. 571. sqq. — Quod hos homines, quorum vitæ studiaque pro temporum condicione satis graves fuisse constat, doctoreulorum nomine ludibrio habet, lascivo Neminis stilo apprime convenit. [6] Bartoli *C.* Doctoreuli. *marg. D.* [7] subtilis] *Ioannes Dunstoniensis* s. *Duns* s. *Scotus* primum Oxonii, deinde ab a. 1304. Parisiis scholasticam philosophiam docuit eo fervore, ut Franciscanorum sectæ Scotistarum, sibi ipse doctoris subtilis, realium facis ac tubæ nomen adquireret. Coloniæ a. 1308, ætatis LXIII. apoplexia correptum vivum sepultum esse sunt qui tradant. seraphicus] *Ioannes Fidanza* Balneoregiensis Etruscus, natus a. 1221., inter scholasticos *doctor seraphicus* (quod cognomen proprie Francisci Assisiatis est, qui Franciscani ordinis minoris a. 1215. conditor a. 1226. mortuus est), ordinis minorum generalis, episcopus et cardinalis obiit, cum primæ concilii Lugdunensis sessioni interfuisset, a. 1274. In epitaphio sanctis et doctoribus ecclesiæ longe post adscripti viri est: *bona sua semper ventura credidit Bonaventura, dum vixit: præsentia ubi vidit, mutavit nomen cum vita.* bis sanctus] *Thomas* (comes) *de*

magnus Albertus ac irrefragabilis quidam, cuius mihi nomen per incuriam excidit. et a tantis magistris tanti discipuli, ab istiusmodi fontibus hi rivi sunt, ut sciat aliquis ad Scotum quantum nobis restet, qui inter sectatores
§. 11. illius tam nihil scimus, tam sumus inerudite eruditi. quanquam tu solitus sis imitari qui nos olim docuerunt Colonienses et syllogismis fulminare, ac si quando provocaris, alacriter congredi, opponere, assumere, respondere, conclusiones sustinere bis triginta nonnunquam, arguere pro et contra:
§. 12. quem illi non statim probant, quod non formaliter consuis argumenta: quod genus est illa quæstio 'An acutius aliquid videre potuerit raptus in tertium cœlum Paulus, quam in sua cella, cum tantis speculationibus indormiret aliquando doctor sanctus', acute, ut mihi videbatur, per te disputata, sed
§. 13. ab illuminatis Thomistis qui soli cerebrum habent, discutienda. Non magis ortu sole evanescunt minima sydera, quam nos, Crote, quantocunque conventu, quodam se istiusmodi farinæ clamoso tripudiatore ingerente, ob-
§. 14. scuri simus. Sed audi meum hac in re consilium: postquam mihi stomachum moverunt isti olim superbi legum dispensatores, fateor, esse aliquid contendi et eo studium contuli meum. ac dispeream, si ulla alia ratione quam vel ut meorum desyderio satisfacerem, vel ipsum illud, quantumcunque nugatorium est, quo isti triumphant Bartholistæ, assequutus acceptoque doctrinæ titulo quo decipi vulgus amat. ab illis postea audiri
§. 15. mererer, quod aliter per contemptum non fiebat. Doctorem enim esse oportet nunc, doctum neque necesse est, neque omnino aliquid est. Quanta literarum iactura hoc facies? aiebat aliquis. 'Nulla' respondi, 'quippe impendendum aliquid succisivi temporis, dum istas illiteratas literas atque hanc

---

Aquino s. Aquinas, Apulus, theologus philosophus scholasticus, cum magistri Petri Lombardi, Magistri sententiarum († 1164.), celebratissimum sententiarum librum interpretari cœpisset, Coloniæ, Parisiis, Romæ et in aliis Italiæ civitatibus eam famam adsecutus est, ut inter Dominicanos suos, qui ab eius nomine *Thomistæ* vocantur, sanctissimus haberetur et angelus scholæ, doctor angelicus, doctor communis, cherubinus et evangelicus appellitaretur. natus est a. 1224., mortuus a. 1274. [1] unice magnus] Albertus Lauingensis Suevus, quem alii ex familiæ nomine, alii honoris causa Magnum nominari putant, ordinis prædicatorum doctor Parisiensis a. 1236. Coloniæ Thomam Aquinatem discipulum habuit et in eam urbem, postquam a. 1260. episcopus Ratisponensis factus fuerat, a. 1263. reversus ibi a. 1280. vita functus est. Operum eius Lugduni a. 1651. editorum sunt XXI volumina in fol., fabularum de viro enatarum innumerabiles.

[1] irrefragabilis] Alexander de Hales s. Halensis, Franciscanus, Bonaventuræ et Scoti magister, Anglus, † Paris. a. 1245. In epitaphio eius est:

Gloria doctorum, decus et flos philosophorum,
Auctor scriptorum vir Alexander variorum,
Norma modernorum, fons veri, lux aliorum.

[5] Colonienses. *marg. D.* [7] cõclufionss *C.* [9] Quæftio theologica. *marg. D.* [12] Diui Thomas. *marg. D.* [14] tripuditatore *B.* [16] Superbi legũ dispenfatores. *marg. D.* [19] Bartholiftæ. *marg. D.* assecutus *5. 6.* [21] ☞ *marg. D.*

doctrinarum fecem iactare discam, nam intelligere nullo negocio licet: sum
enim plane in ea opinione, ut qui in his studiis superbire sciat, et pro
tempore ingerere se audeat, eum consummatum hoc tempore iureconsul-
tum existimem. Quod institutum quid refert quomodo postea immuta- §. 16.
verim scribere, cum tu illi interfueris senatui quo istud factum est con-
silium? Ad Bartholistas redeo: tales sunt qui nunc in auribus principum §. 17.
quasi spongiæ hærent, quibus consultoribus respublicæ gubernantur, ad
quorum præscriptum omnia domi forisque geruntur; qui soli docti sunt
solique doctrinæ precium inveniunt, quibuscum suum isti divites aurum
commune habent, quos solos benignius salutant. Ac nescio an uspiam §. 18.
manifestius stultitiæ suæ documentum quam in demerendis rabulis præbeant:
quos cum reddunt purpuratos, ipsi aliquando egent inepti homines, quasi
non melior fuerit Germaniæ status, antequam isti invaderent tot volumini-
bus instructi, tunc cum plus valerent hic boni mores, quam usquam scriptæ
leges; aut non adhuc tanto quælibet civitas prudentius gubernetur, quanto §. 19.
ab ea longius absunt hi glossatores. Ac illos mihi intueatur aliquis apud
Balthicum mare Saxones, quam incunctanter ac nulla iniuria ius dicunt,
non consultis quidem illis quos dixi leguleis, verum suo illo ab antiquis
more, cum nos hic viginti annos inter triginta sex doctores pendeamus.
qui quomodo persuadebunt mihi doctrinæ opinionem, cum tot annos, tot §. 20.
perlectis voluminibus, invenire quid iuris non possint? Obscure igitur in-
telligimus, quis alat istas in Germania contentiones, istas discordias, quis
intestinis bellis connectat principes, rebuspublicis tumultus invehat, omnia
seditionibus impleat? Ex his quendam novi, insignem asinum, quod mihi §. 21.
videtur, quod ipsi, iureconsultum, qui aliquando simul audientibus nobis
Papiæ illud iuris columen Iasonem, cum is prælegeret, ac multis citatis
autoribus subiiceret 'et Alexander de Imola ac sequaces', conversus ad
proximum quæsivit, quis ille esset Sequaces: putabat enim ex glossatoribus
uni 'Sequaces' nomen esse. at idem ille, qualis qualis est, nuper ex Italia

---

[1] negotio *B. 5. 6.* [2] Superbire. *marg. D.* [3] confumatū *ABD.* confumatum *C. 5.* [6] BARTHOLISTÆ. *marg. D.* [7] fphongiæ *A...D.* [9] præciū *D.* pretium *5. 6.* [11] Rabulæ. *marg. D.* [14] boni mores] cf. Tacit. Germ. c. 19. [16] Gloffatores. *marg. D.* glossatores] Non proprie sic dictos vult, id est doctores qui ante glossam ordinariam q. v. iuris fontes interpretati sunt, sed eos qui scientiam suam præcipue ex glossis sumerent. [17] Saxones. *marg. D.* [22] Pernicies Germaniæ. *marg. D.* [26] Iasonem] cf. supra p. 177. Iafon. *marg. D.* [27] authoribus *B.* *Alexander de Imola* i. e. Imolæ natus, s. *Tartagnus* (de Tartagnis), inde ab a. 1450. Papiæ, Bononiæ, Ferrariæ, Bononiæ iterum, Patavii, Bononiæ tertium, usque ad mortem (a. 1477.) ius civile docuit, ita ut *aureus doctor* et *acutissimus, excellentissimus legum monarcha, eximius et famosissimus doctor* cognominaretur. Inter discipulos eius eminent *Iason, Barthol. Socinus, Bologninus, Lancellotus Decius.* Cf. Savinii iur. Rom. per med. æv. hist. VI. p. 312. sqq. [29] Sequaces. *marg. D.*

rediit, libris ac vestibus splendide instructus, et inter doctores numeratur,
ac me, qui melius capio Iasonem, post tergum relinquit. O mores, o
studia, o temporis huius capita, quin istas abstergimus nebulas et aliquando
§. 22 verum intuemur. At valde interim ex suis sibi isti commentariis placent,
studium alioquin tractabile omni caligine involventes ac Cimmeriis plane
tenebris obscurius reddentes, quarum ut densiorem quis nebulam, atriorem
noctem libris digestorum admolitus est, ita pro classico autore celebratur
et in admiratione habetur: cuius enim lucubrationibus non antefertur Ac-
cursius quidam, ex cuius tenebricoso ingenio hic offusus est iuri civili
§. 23. fumus? Non iniuria igitur miserebat te olim mei, cui, ut studiosus essem,
ad huiusmodi studium divertendum erat. tam inconsulta sunt hominum
super humanis studiis consilia. quare, ut mihi videtur, qui ingenuo sunt
animo ac recte libero, omnia malint quam in has se demittere sordes.
§. 24. Hæc ego accusare in illis, quanquam iniquissima sunt, non ausim, nisi
repetita bis veniæ petitione præfatus dicturum me quod nemo sentiat ac
nihil dicturum. Sumus enim nihil, Crote, nec prius desinimus nihil esse,
quam aliquam nobis in hac comœdia personam assumamus. Quanquam
nisi obessent mihi literæ, poteram satis reverenter Eques Germanus salu-
tari, et tu Sacerdotis appellatione satis honoratus eras, nisi et præter eque-
strem dignitatem esse putaretur literas discere, et penitus nihil saperent
§. 25. qui se valde hoc seculo putant sapere. Hi sunt qui cum literas ignorent,
consilium tamen nobis dant quid discere oporteat, et studiorum censores
agunt; quorum a titulis præmia metiuntur, sic fere quærentes 'Quid est
iste?' quibus respondere licet 'Doctor est, Magister est, Baculaureus est';
§. 26. aut, si nullum istorum attigit, Nihil est. Nuper ex quodam meorum quæ-
situm hunc in modum est ab istius professionis homine, curioso illo qui-
dem salutandis amicis, qua me honoris præfatione salutari oporteat. tum
meus respondit nondum aliquid esse me: hoc volens scilicet homo simplex,
§. 27. nullo insignitum titulo; quod satis fuit huic salutatori. Hodie enim non
qualis quisque sit, sed quo vocetur nomine quæritur; in casu ac pecuniis
omnia insunt, virtuti proprium est nihil, illud proh Christe nihil, quod
nunc optimus quisque vocatur: cur igitur sapere quis velit, quando sapere
§. 28. extrema hoc tempore dementia est? Hinc mihi hoc Nihil excidit, atque hic

---

5 Inuoluũt ſtudiũ iuris. *marg. D.* Cymeriis *A.* Cym̃eriis *C.* Cymmerijs *D.* 7 libris digestorum] s. Pandectarum qui quinquaginta numero optimam Corporis iuris civilis q. v. partem efficiunt. authore *B. 5.* · 8.9 Accursius] cf. supra p. 177. Accurſius tenebrio. *marg. D.* 13 Humana ſtudia. *marg. D.* 14 ego] ergo *5. 6.* auſum *A B D. 5. 6.* 16 Nemo. Nihil. *marg. D.* 18 Obsunt literæ. *marg. D.* 24 Doctor eſ Magiſter eſt. Baccalaureus eſt. *marg. D.* Baccalaureus *5. 6.* sed corrupta ista Baculaurii s. etiam Bacularii forma Hutteni temporibus usitatissima fuit inter monachos. 28 me esse. *5. 6.* 31 Nihil eſt. Nihil. *marg. D.* Ghriſte *A.* 32.33 Cf. Cic. ad fam. VII, 28.

prodit Nemo, nullis ille quidem calumniis, nullis obnoxius contumeliis,
plenus fiduciæ, qua elatus hoc audet Nihil in lucem adducere, impune,
credo, ad omnes eventus, quia qui Nemo est quid obstat quo minus loqua- §. 29.
tur hoc suum Nihil? Quodsi non probabunt qui vocantur theologi, suo
more fecerint; quanquam probabunt forte, cum aut nihil eis placeat aut
quædam magis quam Nemo putat Nihil. quibus aliquid meum nonnunquam
ostendens 'Ecce vobis nihil' inquio, 'ab eo qui per vos est nihil'. Ibi tum §. 30.
accurate legunt investigantes num hæresin sapiat, et statim siquid minus
placet, quanquam sit hoc nihil, enotant; inde in articulos errata digerunt,
sunt enim pensiculandis hominum sermonibus acuti valde iudicii; ubi siquid
offendit, frontem contrahunt, labra exporrigunt, nasum suspendunt, non-
nunquam 'Ad ignem, ad ignem' ingeminant. quam colluvionem movere
tutum non est, non magis quam cum sentibus luctari aut præsens aliquod
ultro sibi malum accersere. Apud hos cautum est, nequid temere loquamur, §. 31.
metuendum genus hominum, ac fari omnia solitum, audire nihil. quis
liberius enim carpit vitia nunc quam isti sapientes? immo quis petulantius
quoquo vult invehitur? Si quæras ipsi interim quomodo vivant, pallium et
cucullum ostendere satis habent; quodsi nihil dicas, ibi tum in articulos
tuum referunt nomen; 'Probarunt tot' inquiunt 'pontifices', ac privilegia
proferunt, tibique negocium faciunt, malum minitantes ni palinodiam oc-
cinas. Longum esset scribere tibi, quoties illis iam displicui, donec con- §. 32.
sensi in hoc Nihil, quod quia nihil est, nihil ab illis fit; et omnino con-
cessum est Nihil dici, aut Neminem dicere, hac lata lege 'nihil dixeris'
aut 'nemo dicere audeat'. Atque ita me tueor, prudentius quam ubi quen- §. 33.
dam olim ex his crabronem vehementer irritabam, cum dicerem nihil scire
nunc theologos quod non discere quis vel sine præceptore possit. quod
meum piaculare verbum, quo dii boni supercilio exceptum est; quæ con-
clusiones, quot syllogismi, quanta enthymemata secuta sunt! obtundebar
infœlix; at ille iratus dominus virgines deprecatrices poscere videbatur, ut
mihi propicius esset; cui omnia concludenti omnia concessi, herbam quod
aiunt porrigens, in hoc etiam assensus, ut supra vulgarem ipse hominum
sortem numinis loco sit, ego nihil sciam, nihil sim, quodque doctus ipse
fulgeat quasi splendor firmamenti, ego in his delitescam tenebris meis,
ubi loqui nihil liceat. Capnionem ab animi magnitudine omnis admirabitur §. 34.

[3] Nemo. *marg. D.* [4] Thelogi *A.* Theologi morofi. *marg. D.* [7] Mos Theologorum. *marg. D.* [9] sit] fit *6.* [12] Ad ignem. *marg. D.* [15] Metuendū genus hominum. *marg. D.* nihil. *A.* [16] Imo *ACD* [18] Quodsi] *edd. habent* Quam si In articulos. *marg. D.* [20] negotium *BC.* [23] Nihil dixeris. *marg. D.* [24] Nemo dicere audeat. *marg. D.* [25 26] Bella hiftoria. *marg. D.* [27] quod dii *5. 6.* [28] Enthimemata fequuta. *AC.* fequuta *D.* [29] infelix *D. 5. 6.* virg. depr.] cf. Liv. I. 9. [30] propitius *D. 5. 6.* herbam porrigere = victoriam cedere, se victum fateri. [34] Io. Reuchlinus Phorcenfis. *marg. D.*

posteritas, qui descendere cum his in aciem ac pugnam capessere ausus
sit, et mira hoc fœlicitate, præter omnium opinionem: qui siqua forte la-
borasset, tunc cum multis commune mihi fuisset hoc Nihil: omnia debentur
Maximiliano principi, qui se furentibus opposuit, non passus everti optimum
§.35. virum et de hoc imperio suis consiliis suaque industria sic meritum. Secus
Theologistæ Parrhisienses iudicarunt, sua maxima infamia suoque dedecore.
Quod recordanti mihi subit quid in Christianam religionem invexerit hæc
trecentorum annorum theologia: postquam enim discessum est ab illa veteri
et germana, tum vero cum studiis declinavit simul religio, ac illa increbuit
omnium pestium pestilentissima superstitio, quæ sua caligine ita verum dei
cultum infuscavit, ut nescias Christi sint quæ observas multa, an alicuius
§.36. novi dei, qui hoc sibi vendicet ultimum mundi tempus. Habent tamen
pessimorum librorum magnos acervos; ac dum istos negligunt antiquos et
recte doctos autores, in his versantur nugamentis, et in scripturarum sor-
§.37. dibus non secus ac in luto scarabæus deliciantur. Neque tunc vilius quid
nostris studiis tractare se putant, quoties pro concione sordidam aliquam
fabulam aut anile deliramentum, vulgi credulitate abusi, deblaterant. Qui
cum tales sint, quicquid tamen extra suam farinam est, contemnunt ac
aspernantur; cumque omnium insulsissimi sint, eos tamen esse se con-
§.38. tendunt, quibus semel Christus dixit 'Vos estis sal terræ'. quare et sa-
pientes credi volunt ac apostolis quicquid olim datum est, iure hereditario
ad se trahunt, et in compellationis præfatione 'Magistri nostri' mira et in-
audita ambitione dici gestiunt; forte quia confessiones audiunt ac consilia
regum et principum ediscunt, deinde mulierculorum quoque secreta nimis
avide rimantur, ut se iccirco plus omnibus sapere credant, et non im-
merito a discipulis 'magistri', a filiis 'patres' (proh pudor) salutentur. qua
§.39. de re facetissimam tu olim ad me epistolam. Sed quid ego hæc, quasi
hoc tempore Theologi non sint? Minime; sed quod tam nihili homines in
apostolorum locum succedant, in eius rei indignitatem aliquis Nemo ex-
clamare potest omnia inverti, omnia confundi et misceri, omnia secus ac

---

[2] felicitate *D. 5. 6.* [4] Maximilianus Cæfar. *marg. D.* [6] Parisienses *5. 6.* Parrhisienses] Dominicani Speculum oculare Reuchlini a. 1514. condemnaverant. „Acta doctorum Parrhisiensium de sacratissima facultate theologica . . . . contra Speculum oculare Io. Reuchlin Phorcensis una cum sententia eiusdem libelli condemnativa ad ignem" Coloniæ a. 1514. in 4°. edidit Theodoricus de Gonda, Carmelita Coloniensis. Theologiftæ Parrhifienfes. *marg. D.* [8] Theologia Scotica et Occanica. *marg. D.* [9] Germana *A...C. 5. 6.* ☞ *marg. D.* [10] Supftitio. *marg. D.* [12] vindicet *5. 6.* [13] Ineptiffimi libri. *marg. D.* Antiquos negligunt. *marg. D.* [14] authores *B.* [15] Scarabeus *ACD.* [18] Contemptores. *marg. D.* [20] dixit] Evang. sec. Matth. V. 13. Sapientes. *marg. D.* [21] hæreditario *BCD. 5. 6.* [22] Magiftri noftri. *marg. D.* [25] ideirco *5. 6.* [26] Magiftri. Patres. *marg. D.* ac *pro* a *5. 6.* proch *C.* [27] epistolam] non exstantem, nisi forte inter Epp. obsc. virr. [28] Nihili homines in Apoftolorum locū fuccefferūt. *marg. D.*

sint haberi, nihil sibi constare, neminem aut a morum integritate bonum
aut eruditione doctum iudicari, sed alterum cucullo ostendi, alterum titulo
utcunque acquisito exprimi. Tu, Crote, qui acutius omnia intelligis, quid §. 10.
vidisti tempestate nostra Christianum magis quam illos nuper Erasmi labores?
aut quid contra magis invisum his Thomistis? ut susurrabant, ut
fremebant, ut stringebant supercilia, ut nasos suspendebant: ilia rumpi
his credas, quoties tale aliquid viderint: ita alienis virtutibus invident pessimi
homines; ita conscientia ignaviæ suæ cruciantur nebulones. At tunc §. 11.
strenui sunt, quando in suo illo regno, publico suggesto, apud indoctum
vulgus ac levissimi sexus turbam declamant: ibi lacerant, ibi invidentiæ
suæ stimulos exerunt ac illud eiaculantur terribile fulmen et mirum evomunt
venenum, non in eos in quos necesse est, sed quos sibi molestos esse
ubilibet contigit. Alexandrum sextum nostra memoria pontificem maximum §. 12.
dixisse ferunt, cum potentissimo rege aut principe malle sibi bellum esse
quam cum uno ex fratrum mendicantium ordinibus: omnia enim habere
eos qui nihil habent, ac inexpugnabile id esse hominum genus, quacunque
certandi via adoriaris. Nescio acutissime hæc consyderem, an vero dolore §. 13.
meo latius efferar; hoc certe puto, neminem non civiliorem reperiri victorem,
siquos disputando concludendoque vinci contigerit, quam hos præposteros
Christi apostolos. quid enim crudelius unquam sensisti, quam ubi quempiam
arripuerint eorum quos hæreticos vocant? tunc quippe omnia Christo,
præter unam misericordiam, concedunt, et quod illi proprium maxime est,
hoc tum longissime ablegant. quinetiam adeo insolentes se gerunt, ut nemo
non damnari malit, quam ab his consequi veniam. Qui cum oppugnandis §. 14.
nobis, quorum patrimoniis aluntur, ventricosi hypocritæ adeo feroces se
exhibeant, nullus tamen reperitur qui religionis zelo in Turcas eat fidem
Christi prædicaturus, aut illos saltem in medio nostrum Bohemos ut erudiat,
quos illorum vitio secretos ab ecclesia Pius secundus pontifex maximus non
obscure queritur. Profecto ubi nihil opus est, ferociunt; ubi faciundum §. 15.
periculum, ibi se subtrahunt providi pugnatores, ac quietem allegant quæ
debeatur religioni. Ad quid igitur istas putem conferre scholasticas disceptationes,
tot viis, tam diversis inter se opinionibus concinnatas? unde
hæc nomina, hos usurpant titulos? Hieronymus a piscatoribus sumi quod

---

[2] Cucullus. Titulus. *marg. D.* [3] omnia acutius *B. 5. 6.* [4] Erasmi lucubratiões. *marg. D.* [8] coscientia *C.* [9] ſtrenui *C. 5. 6.* Regnũ Theologorum. *marg. D.* [11] fulmem *C.* [13] Alexa. VI. dictum. *marg. D.* [14] ☞ *marg. D.* [17] conſiderem *C. 5. 6.* [18] Inciuilis uictoria. *marg. D.* [19] Præpoſteri Apoſtoli. *marg. D.* [21] Erga hæreticos, q̃les. *marg. D.* [22] ☞ *marg. D.* [25] Ventricoſi hypocritæ. *marg. D.* [26] Thurcas *C.* Turcæ. *marg. D.* [27] Boemos *C.* Bohemi. *marg. D.* [28] Pius II. *marg. D.* Pont. Max. *editi.* [29] faciendum *6.* [30] profidi *D.* (*Cave ne* perfidi *relis.*) Quies. *marg. D.* [31] ſcolaſticas *C.* Scolaſticæ diſceptationes. *marg. D.* [33] Hieronymus] Comm. in ep. ad Tit. III. 9.? Hieronymus. *marg. D.*

fidem Christi astruat, oportere credidit et dialecticam abesse iussit; quam
§. 16. si his ademeris, quid reliqui facies? Iterum dico igitur, Crote, qui ingenuo sunt animo ac recte libero, his faciendum hoc tempore, ut omnia malint quam vulgi inservire iudicio. Ita passim erratur, ita nihil sumus ob id quod boni esse studemus, ac nihil scimus, quia aliquid recte scimus. Quod si tibi videtur et in ea es sententia, ut magnopere non cures quid istiusmodi probent iudices, perpetuo erimus nihil, ac suaviter interdum
§. 17. ridebimus hominum mores. De me sic habe: certum est non obsequi his qui me doctorem esse volunt. quorum proxime quidam 'Adde' inquit 'nomen rei', „Si possem" respondi „rem postea nomini"; nec illos moror qui mihi nulla virtutis opinione, sed precio quæsitis titulis præferuntur. Ac libenter nihil sum, ut ne in hoc impingam ambitionis studium, et vel
§. 18. latum digitum ab instituto discedam meo. Tu interea, Crote, quandoquidem et ipse mecum nihil es, hoc Nihil satis habe quod pellegas. Et illud tecum cogita, eum quoque qui nihil faciat, aliquando facere aliquid, et qui nihil scribat, scribere multum sæpe. Vale, et me ama, a quo te immortaliter amari non obscure sentis. Deinde hunc audi Neminem.

AVGVSTÆ VINDELICORVM. — 24. AVG. 1518.

LXXXV.

VLRICHVS DE HVTTEN EQ.
IVLIO PFLVGK EQVITI
SALVTEM.

§. 1. Ut tu quidem valeas, multorum crebro ad nos relatione perfertur.
§. 2. De statu Germaniæ nescio an identidem tu intelligas: proinde breviter accipe. Primum varii sunt hic motus, verum ita occulti, ut vix aliquando suspicione aliquid assequi liceat. Deinde maximas res agitans plurimos hoc tempore Germaniæ proceres huc protraxit Cæsar: si procedit quod ille molitur, nihil adhuc pigere nos debet horum temporum: sin aliquid intercedet, quo minus expergefiat Germania, ille quidem merebitur gratiam qui hæc conatus est, verum nos aut in fatum aut in illam Homericam Aten

LXXXV. Vide ad epist. proxime superiorem exempla adnotata.

[1] Nihil ſumus. *marg. D.* [5] Nihil ſcimus. *marg. D.* [7] Perpetuo erim9 nihil. *marg. D.* [9] Adde nomen rei. *marg. D.* [11] pretio *5. 6.* Tituli pretio quæſiti. *marg. D.* [12] Libēter nihil ſum. *marg. D.* [16] multum *A.* [17] M.D.XVIII. *add. 5.* M.D.XVI. *addidit 6.*

[19] VLRICVS *C.* [20] PflugK *B.* [21] Status Germaniæ. *marg. D.* [25] ſuſpitione *B.* [26] Comitia Rho. Imp. Auguſtæ. *marg. D.* [29] Aten] noxiam deam.

reiiciemus culpam. Certe iucundissimum hic omnibus spectaculum ob ocu- §. 3.
los versatur: tot Principes iuventa simul et corporis specie præstantes, tanta
Comitum ac Equitum multitudo, flos scilicet Germaniæ nobilitatis, ut qui
hos intueatur, formidandos magnopere Turcas non putet. Quodsi hodie §. 4.
tantum cerebri est Germanis, quantum virium, ausim orbi terrarum mi-
nari iugum. faxit deus opt. max. ut sibi consulant hi, a quorum consi-
liis omnia pendent: quid aliud optare enim debemus, quam ut nunc ma-
xime agnoscat se Germania? Agit hic legatus summi pontificis, in cuius §. 5.
mandatis est excitare in Turcas bellum; quam causam egit oratione, quæ
qualis sit, videbis, ubi editam ad te transmisero: exigitur viritim pecunia,
quam in expeditionem insumere oporteat: quid admissuri sint Germani,
adhuc in deliberatione versatur. si tempus est, ut nos dii respiciant, ne-
que ducum est, Iuli, neque militum inopia. Ipse mihi optima propono,
et spem concipio non exiguam. Fœcundus est hic conventus; nam et Re- §. 6.
gem Romanorum parturit, et meis literis ac sua virtute clarissimum per
Germaniam principem Albertum archiepiscopum fecit Cardinalem; ac Chri-
stophorum Brunsvigium in archiepiscopatum Bremensem extulit, et Casi-
miro marchioni ex nobilissima Bavarorum domo nuptam conciliavit. idem
si bellum Turcis invehet, tum fœlices nos, quibus neque prius neque po-
sterius nasci contigit. Mea ad principes exhortatio non editur in lucem, §. 7.
quod insunt quædam liberiora quam ferat hæc ætas: nosti quam in par-
tem soleam παρρησιάζειν: sed non est ingenuitati locus. Petit et contra §. 8.
irruptiones Tartarorum auxilia Polonus per legatos; ac quiddam est hic
etiam Gallis negocii; tum ab Hungaris orator est Hieronymus Balbus. Quod §. 9.

---

[1] iucundiff. *A...D.* [3] Germaniæ *ACDE.* Germanæ *ceteri.* [5] Germaniæ *AE.* [7] Quid aliquid *C.* [8] legatus] a latere, Thomas Caietanus a S. Sixto. Card. Caietanus. *marg. D.* [9] orat.] Edidimus et repetemus post Hutteni exhort. ad bellum contra Turcas suscipiendum. [10] æditam *DE.* [11] sumere *5.6.* [15] Rhomanorū *D.* [16] ALBERT. archepifcopum *AB.* Albertus Brandenburgius, Archiepifcopus Maguntinus. *marg. D.* [17] Archepifcopatū *A.* [17.18] Cafimir9. *marg. D.* [18] Bavororum *5.* idem] Eadem *AE.* [19] felices *D. sqq.* [20] exh. non editur in lucem] Attamen edita est Augustæ Novembri a. 1518. 4°. (cf. supra p. 173.), sed omissis duobus longioribus locis postmodum in exemplo Moguntino a. 1519. in 8°. publicatis. æditur *DE.* [22] παρρυζιαζειν *C.* παρρησ.] libere dicere. ingenuati *C.* [23] Tartarorum] '*der weissen russen*' manus antiqua cuidam meo exemplo adscripsit. Exstat Erasmi Vitellii episcopi Plocensis oratio in conventu Augustano ad Cæsarem Maximilianum nomine Sigismundi regis Poloniæ die Veneris XX. Augusti a. 1518. habita, impressa Augustæ Vind. in officina Millerana, in 4°. Rex Poloniæ. *marg. D.* [24] Galli. *marg. D.* negotii *B. 5. 6.* Balbus, quod *E.* Hieron. Balbus] cf. Richardi Bartolini Perusini (cuius Oratio ad Maximilianum Cæs. de expeditione contra Turcas suscipienda eodem tempore in eadem officina impressa est, unde Hutteni exhortationem primæ editionis habemus) descriptionem conventus Augustani, a. 1518. editam et Hier. Balbi Opp. a Ios. de Retzer collecta. Vindob. 1791. 8°. I. p. XX. Hierony. Balbus. *marg. D.*

mihi summe placet, minori apparatu nostri, quam soliti sunt aliis conven-
tibus, agunt, sive ob annonæ difficultatem, sive quod in multis mihi resi-
piscere Germania videtur: quanquam est adhuc mira vestium luxuria, a
Gallis sumpto exemplo, quos præter patrium morem æmulari in hoc certa-
mus. et strenue bibitur, nondum sanitatem accipientibus qui rectis semper
monitionibus reclamare solent. ut bene agantur omnia, obstinatissime stu-
§. 10. det Cæsar. Ipse mihi negocium his diebus feci discurrendo, ambiendo,
apprehendendo, dum optimum quemque ex aulis principum in partes Cap-
nionis traham, quanquam huc ultro illi concedant, nec iam opus sit pa-
§. 11. rare nobis amicos: ipsa causa emortuæ similis est: nihil enim auditur, nisi
quod comes Hermanns de Neuenar Hogostratum fertur Colonia expulisse
propter impurum nebulonis figmentum, in quo hominem prosciderat. Ex
Gallia scribunt Faber, Budæus, Ruellius et Copus, nihil istic esse Capnio-
nis nomine celebrius, et theologistis ademptam omnem penitus spem. Vos
§. 12. in Italia quid agitis, aut quod ipsi quoque incendium conflatis? Sed ad il-
lud iterum venio principum decus Albertum. quod præter Romanum mo-
rem factum omnes putant, gratis illi misit galerum et purpuram Leo X.
tam ob persuasas sibi multorum commendatione hominis virtutes, quam ut
gratificaretur puto Cæsari, qui Alberto mire favet; damus hoc pietati ipsius
et propenso in omnes bonos studio; Calendis Augusti galerum sumpsit ille
§. 13. apponente legato pontificio. Iucundum fuit id spectaculum, maxima nobi-
litatis frequentia facto sacro ac ingenti omnis generis hominum circumfusa
multitudine: ipse Cæsar a sacris domum reduxit Albertum; deinde munera
misit regiam lecticam, equos et tapetes opere simul ac materia admirabi-
les; iuxta hæc Leonis Maximi donum, gemmis, auro ac margaritis intex-
§. 14. tum pileum et ensem deaurata vagina. sequentibus aliquot diebus magna-
tes officium fecerunt ad illum venientes congratulando ob novi honoris ac-
cessionem. Deus bene vertat ac spem foveat meam: neque enim potest
ille non charus esse diis, cui tantus brevi tempore honorum cumulus non
ambienti etiam sese offudit: Timothei fortunam dixeris, de quo illud ali-

---

[3] Frugalitas Germanorum. *marg. D.* aduc *C.* [4] emulari *A.* [5] strenue *CE.* [6] monitionibus *A.* [7] negotium *B. 5. 6.* [8] appræhendendo *C.* [8.9] Reuchlinꝰ. *marg. D.* [9] concedunt *C.* [10] caussa *5.* [11] Hogoſtrattum *E.* Hochſtratus eiectus e Colonia. *marg. D.* [13] Faber. Budæus. Ruellius. Copus. *marg. D.* [14] omnem ademptam *5. 6.* [16] Rhomanū *D.* Nihil dat gratis Rhoma. *marg. D.* [19] Archiepiſcopꝰ Maguntinus. *marg. D.* [20] Caleñ. *AC.* Kalēdis *E.* Calen. *B. 5.* Calend. *6.* [21] legato pontificio] Thoma s. Sixti, presbytero cardinali, Leonis X. legato a latere. spectaculum] *Extat* „De inclito atq; apud Germanos rariſſimo | actu eccleſiaſtico Kaleñ. Auguſti Au|guſte Celebrato anno domini. | 1518. | *prolixa narratio Augustæ impressa in* 4°. [22] circumfusa *E.* [25] Leonis donum. *marg. D.* [29] carus *5. 6.* [30] Timothei *etc.*] „Timotheus fortunatus videbatur esse imperator; ei invidentes pingebant urbes ultro in ipsius dormientis nassam se induentes".

quando divulgatum est εὕδοντι κύρτος αἱρεῖ. De me sic habe: adhuc §. 15. in Alberti principis aula exerceor, scripsique per negocia quantum licuit præter orationem ad principes exhortatoriam dialogos aliquot, inter quos est de vita aulica non omnino contemnendus arbitror, quem nunc edere paro: nam hic composui, Stromeri medici instinctu, qui me singulariter amat et quem ego vicissim unice colo; Nemo revixit et ad Crotum mittitur: super quo nugamento debes Italorum iudicia explorare. Erasmus Basileæ §. 16. agit nova iterum cudens; Philippus Melanchthon, præter ætatem eruditus iuvenis, Wittenbergam accersitus est, non illiberali salario, Græcas literas ut doceat. quo etiam qui Hebraica prælegat, quæritur. Thomas Anshelmus Hagenovi Plinium una cum indice typis excudit. Magna est studiosis omnibus cum barbarie lucta, spe ingenti, fore ut pervincamus ac literæ vigeant: iam enim despectius audiuntur magistereuli et recta se ubique studia excitant. Hæc volui ne ignorares. ipse aliquid ad me vicissim ex §. 17. Italia, præsertim de statu Bononiensi scribito. Crotum commendo tibi, ut §. 18. pro tua in doctos homines benignitate observes. præterea ex me salutabis istic Io. Mariam iureconsultum et Sauromannum Silesitanum cum aliis omnibus nostris. Ipse optime vale ac me ama. Augustæ Vindelycorum. IX. Calendas Septembris.

Plutarch. apophth. VI. p. 700. sq. ed. Reisk. cf. Id. de Herodoti malign. IX. p. 398. sq. *Proverbii* εὕδοντι κ. τ. λ. i. e. Dormienti nassa extollit (pisces), *nostri fere „Gott giebt's den Seinen im Schlaf" similis, frequens apud parœmiographos mentio*, e. gr. Diogenian. IV. 65. cf. interpp. [1] *ἔυδοντι κυρτοσ ἀιρεῖ C. ἔυδοντι DE. ἀιρει E. 5. 6.* [2] negotia *5. 6.* [3] Oratio ad principes. Dialogus de vita aulica. *marg. D.* Exhortatoria primum prodiit (Oct.?) 1518. (Cf. Ind. bibl. n°. XVII.), Aula d. 17. Sept. 1518. (Cf. Indic. bibliogr. n°. XIX.) [5] Stromer9 Aurbachi9. *marg. D.* [6] Nemo] quem ex h. l. reviviscentem appellare solent, i. e. secunda Neminis recensio. Nemo. *marg. D.* ad Crotum] *cf. proxime superiorem epistolam.* [8] Ph. Melāchthon Vnittēbergam. *marg. D.* [9] Wittembergam *E.* [11] Hagenoæ *5. 6.* Prodiit a. 1518. in fol. „ex Hermolai Barbari emendatione et Ioa. Baptistæ Palmarii (est igitur repetitio Venetæ 1498. fol.) cum Indice amplissimo Ioa. Camertis, qui prodierat separatim Viennæ Pann. 1514. 4°. *Notit. lit. de Plin. ed. Bip.* [11. 12] Studiosi. *marg. D.* [13] Magistereuli. *marg. D.* [16] benignitare *C.* [17] Io. Mariam] Catanæum, commentario in Plinium iun. etiam nunc celebrem? † a. 1530. Cf. Iovium in elog. ac Fabricii Biblioth. Lat. med. et inf. aet. I. p. 1005. Sauromannum] Georgium Sauermann, Vratisl. nobilem, I. V. D., Bononiæ rectoratum aliquando gerentem; postea præpositus decanusque in patria sua civitate factus est. † a. 1527. [18] Vindelicorum. *E. 5. 6.* [19] Kalend. *E.* Kalendas *5.* M. D. XVIII. *add. E. 5. 6.*

STEYNHEYM. **LXXXVI.** 13. SEPT. 1518.

ALBERTVS ARCHIEPISCOPVS MAGVNTINENSIS ET MAGDEBVRGENSIS
PRIMAS GERMANIÆ AC MARCHIO BRANDENBVRGENSIS *etc.*
NOBIS DILECTO DESIDERIO ERASMO ROTERODAMO
SALVTEM IN CHRISTO.

Nuper in voluminum abs te æditorum lectionem incidentes, Erasme doctissime, cum divinum hoc tuum ingenium, omnigenam eruditionem et supra captum pene huius seculi ac patriæ eloquentiam admirati essemus, cepit nos ingens quoddam te videndi desiderium, quippe nihil magis ex dignitate nostra arbitrati sumus, quam cum nos dei optimi maximi benignitate in principem episcoporum locum evecti simus, eum virum qui non per Germaniam modo, sed universam prope Europam in literis principatum obtineat, complecti ac fovere. . . . . Et o felicem illum (si quis nobis illucescet) diem, quo in tuam faciem hos oculos defigemus, quo ad suavissimum tuum eloquium has aures arrigemus, quo abs tuo penitus ore pendebimus: nihil enim inter nos et illos Titi Livii admiratores interesse censebimus. Quod faxit Christus servator, ut quem absentem ex libris admiramur, eius coram alloquio frui liceat; sic enim futurum speramus ut quod iam quærimus, aliquot divorum vitæ elegantiori et quali tu polles stilo illustrentur. Vale, doctissime Erasme, ac te nobis serva et ostende. Iterum vale. Ex oppido nostro Steynheym. Idibus Septemb. manu nostra propria. Anno post natalem Christi. M. D. XVIII.

[Respondit Erasmus d. 21. Dec. 1518. cf. infra n⁰. LXXXXVIIII.]

LXXXVI. A = RATIO | SEV METHODVS | cōpendio perueniendi ad | ueram Theologiam, | per ERASMVM | Roterodamum. | Ex accurata autoris | recognitione. | IN INCLYTA | BASILEA, | AN. M.D.XX. | 8⁰. *In fine est* BASILEÆ IN ÆDIBVS IOANNIS FROBENII, MEN|SE FEBRVARIO. ANNO | M. D. XX. | *(Alterum a. 1522. in 8⁰. prodiit ex eadem officina exemplum.)* B = RA|TIO SEV METHO|dus compendio peruenien:|di ad ueram Theologiam, | per Erafmum Roterod. | poftremum ab ipfo autore | caftigata & locupletata. | Paraclefis, id eft, exhorta-|tio, ad ftudium Euangelicæ | philofophiæ per | eundem. | AN. M.D.XXIII. | 8⁰ *In fine est:* ExcufumColoniæ apud Ioannem So:|terem, impenfis integerrimi Biblio-|polæ Godefridi Hittorpij | ciuis Colonienfis.
3 = ErasmiEpp. 1706. (Ind. bibl. n⁰. 53,5.) p. 350. sq. n⁰. CCCXXXIV.

LIPSIÆ. **LXXXVII.** OCT. 1518.

1.

INSIGNI POETÆ EOBANO HESSO
CHRISTOPHORVS HEGENDORFFINVS LYPSICVS S. D.

De nullo unquam, mi doctissime Eobane, tam verum fuisse illud M. Tullii

LXXXVII. Indic. bibliogr. n⁰. V. 2.

[2] MOGVNTINENSIS *B. 3.* [8] cœpit *A B.* [10] Opt. Max. *A B.* [16] Titi L. adm.] *ad Huttenum imprimis respicit.* [17.18] colloquio *B.* [19] De divorum vitis scribendis Erasmum iam priori anno adierat Stromer Aurbachius. cf. Erasmi Epp. L. B. 1706. fol. p. 261. n⁰. CCLXIII. stylo *3.* [21] *Pro* Id. Septē. *dedit* 13. Sept. *2.*

Ciceronis dictum experior, doctos scilicet vel absentes mero amore consectari et miram apud omnes excitare admirationem, quam de te: siquidem ubiubi ago, quoties mentio de Germaniæ nostræ poetis incidit, statim σὲ πρῶτα δοῦναι, te esse eloquentissimum et ditissimæ venæ poetam uno, ut dicitur, ore exclamant. Id quod non temere quis inficiari potest, quisquis evolverit Heroides tuas, in quibus præter argumentum, quod adeo, meo indicio, acutum est, ut et Chrysippeum acumen supprimere possit, tanta est et sententiarum gravissimarum et verborum lepidissimorum nativa quædam et genuina facilitas, ut in te uno Ovidii anima renata videri possit; legat quispiam carmina, quæ tu inferioris venæ putas, utpote Prussiam tam gravi et veluti toroso stilo commendatam celebratamque, ut quod Virgilius Mantuæ est, id Eobanum nostrum Prussiæ futurum non dubitanter mihi persuadeam; sumat quispiam in manus Elegidion de virtutis, ut tu vocas, nobilitate: ὢ πόποι, quam non nisi Veneres loqueris et Atticam illam eloquentiam spiras, quam graviter multorum ambitionem repræhendis, qui virtutem non honestis actionibus et vita inculpata, sed aureis cathenis metiuntur! et, ut uno verbo dicam, quicquid carminum ex tua officina prodit, id totum ut Ovidii natum ingenio nocturna diurnaque manu versatur. Hæc, mi doctissime Eobane, constans de tua morum integritate, ingenii promptitudine, variarum rerum cognitione, fama non raro mihi aurem vellicavit, ut quoquo modo meam singularem in tuum ingenium benevolentiam testificarer. Cum autem nuper inter alias chartas Hutteni, viri ut nobilis ortus, ita ingenii multo nobilissimi, Stichologia in manus meas pervenisset, statim animo mecum volutabam, non infrugiferam poeticarum literarum candidatis fore, si typis excudendam curarem, nolebam autem eam sine Genio in lucem prodire. Tu igitur mihi in mentem veniebas, cui Stichologiam, in speciem quidem parvam, sed sane quam non inutilem bonæ mentis iuvenibus, dedicarem; partim quod non ignorabam te Hutteno esse vel ex animo deditissimum, et propter eius miram in carminibus præstantiam plurimum favere; partim quod meo indicio alter alterius stili liniamenta ita referret, ut non compositi melius cum Bitho Bachius quam Eobanus cum Hutteno; partim quod animadvertebam hunc libellum quanquam per se commendatissimum, ut quem doctissimus simul et eloquentissimus poeta Huttenus in publicum dedit, maiorem apud μουσουργοὺς gratiam initurum, si sub tua tutela in lucem veluti Herculea clava obarmatum prodiret. Accipias igitur, doctissime Eobane, Hutteni amici tui incomparabilis Stichologiam, donec et ego de meo quippiam tuo dedicem nomini. Iam enim non parvo conatu lesson in defuncti Aubani, præceptoris nostri, laudem domi nostræ elucubramus; tum declamationem quandam funebrem in illustrissimi Alberti memoriam meditamur; quæ omnia si paulo diligentius edolaverimus, tui similibus, id est doctis et candidis dedicabuntur. Vale et Christophorum tuum in eorum numerum ascribe, qui tuæ eruditioni medullitus favent: nam 'doctorum hominum' qui dicere possum, cum nec ætatis ratio, nec solidior eruditio admittat? Vale iterum. Datum Lipsiæ mense Octobri.

---

7 Chrifippeum *A.* 12 perfuadeã *A.* 13 οποποι *A.* 24 curarem] *incuriosissime hoc fecit Hegendorffius, tum Lipsiæ poetaster.* 29. 30 cum Bitho B.] cf. Horat. sat. I. 7,20. Erasmi Adag. 30 Eobon⁹ *A.* 32 μοσουργονσ *A.* 33 imiturũ *A.* 41 ætatis] *annos fere XVIII tum habuit Hegend.*

EPIGRAMMA
CHRISTOPHORI HEGENDORFFINI
IN LAVDEM EOBANI ET HVTTENI.

Inter Germanos rarissima gloria, vates
Hesse, tuo semper rure ferendus eris:
Mantua Virgilium iactet, Verona Catullum,
Et iactet vatem Bilbilis ora sacrum:
Hessum iactabit Germania docta poetam;
Hic priscis nullo cedet honore viris.
Musa dat huic faciles festivo in carmine vires,
Leucadio promit carmina digna deo.
Illo in Nasonis videas, mihi crede, renatum
Pectus; sed prorsus crimine vita caret.
Nobilis hunc sequitur spacio propiore poeta
Huttenus, celebri nomen ab arte ferens.
Pegasidas simul est (quis nescit?) natus ad undas.
Huic dedit in cunis laurea serta dea;
Docta probant, lector, magni monumenta laboris,
In quibus, et Momo iudice, doctus erit.
O nimium fœlix es, dux Alberte, ferendus,
Cui vatis licitum est ore potente frui:
Ille dabit totum volitet tua fama per orbem,
Et rapidi penetret Solis utramque domum.
Et volet ad Numidas, Libycisque pererrat in oris,
Aspiciatque tuum, Mænalis ursa, decus.
Sub tali fœlix, fœlix Huttene, patrono
Vivere cui licitum, faustus uterque satus;
Perge, precor, laudes celebri cantare Camœna
Præsulis Alberti, docte poeta, tui;
Phœbeo pariter nunc perge poemate, vates,
Et Cardinalem ferre sub æthra tuum. τέλος.

CARMEN ASCLEPIADEVM
IN HVTTENI LAVDEM.

Hic turget nimium stemmate fulgido,
Hic turget rutilo sanguine principum
Natus; compositi robora corporis
Ostentat, nitidos ille lacertulos,
Et formæ niveum iactat amœnulæ
Ornatum, nitidum tecta sub æthera,
Non raro eximiis structa lapidibus;
Hic iactat varii prædia agelluli;
Hic vitigeneis vasa liquoribus
Iactat; concipiunt pectore firmulo
Hæc longo (miserum) tempore stantia,

[7] Bilbil.] Martialem. [16] Hessus et Huttenus eodem anno (1488.) nati sunt. [24] Lybicisq; *A.* [25] Menalis *A.* [32] ASCHLEPIADEVM *A.* [39] ethera *hic et infra A.*

Cum ceu pomiferi frigora frondulas
Autumni virides sæva furentia
Lædunt quo patula ex arbore defluant:
Sic stirps, sic viridis sæpe iuventulæ
Flos languet, strata tum tecta sub æthera
Labuntur, vegetum corpore succulum
Exhaurit veniens tarda senectula.
Nil durare potest terra vel æquora
Quæ servant: variis casibus effluunt.
Hoc volvens genitus sanguine nobili
Huttenus, proavis ære potentibus,
Hæc sprevit subito, calle sub aspera
Virtutis teneros figere gressulos
Cœpit, aereo culmine constitit
Virtutum, patriæ gloria nobilis,
Musarum gradiens per loca roscida,
Phœbea rutilus tempora laurea. τελος.

[LIPSIÆ.] 2. [1517.]

CHRISTOPHORVS HEGENDORFFINVS
HERMANNO TVLICHIO S. D.

Sæpe, mi doctissime Hermanne, tacitus apud me mirari soleo, cur nostro seculo, in quo omnium bonarum artium professores caput erigunt, soli poetæ tam rari sint, ut citius videas cervos cornua abiicientes, quam alicuius poetæ vel levissimum rumusculum exori. . . . . ego profecto arbitror hoc studium nullam aliam ob causam contemptum iacere, quam quod nullos habeat Mæcenates, qui huius artis studiosos vel provehant vel alant: habebat olim Augustum Cæsarem Virgilius, Ennius Scipionem, unde Ovidius cecinit

Ennius emeruit, Calabris in montibus ortus,
Contiguus poni, Scipio magne, tibi.

Horatius Mæcenatem suum habebat, qui tam impendio eum amabat, ut præter solitos honores etiam agello donaret. Num putas, mi Hermanne, si nostro seculo quibusdam hominibus tales obtingerent Mæcenates, Flaccos, Marones, Statios revicturos? Est enim apud Helvetios Glarianus, præterquam quod vir mathematicarum literarum callentissimus est, poeta etiam laurea insignitus; cui utinam Mæcenas quidam contingeret, videres eum prisci seculi poetis superiorem. est etiam apud Hessos Eobanus, vir, dii boni, quanta stili et elegantia et fœlicitate: tam enim omnia eius carmina pleno fluunt alveo, ut unum aliud

---

[3] Ledunt *A.* patulo [?] *A.* [20] De Herm. Tulichio Reinheimensi Vestfalo, nato a. 1486. † 1540., Buschii quondam discipulo, tum Lipsiæ Wittenbergæque artium professore, postea rectore scholæ et pastore, vide Hamelmann. de Westphalia. Lemgov. 1711. 4⁰. [26] Mecœnates *et similiter infra A.* [28] Ovid.] Art. am. III. 409. sq. [29] ortus] hortus Contiguos *A.* [32] Num *A. scripserit* Nonne. [34] Helnecios *A.* [35] infigenitus *A.* [36] contigeret *A.* [39] unum al.] *vult* alterum alterum.

velut protrudat; unde in hunc non insulse dixeris quod de imperatore Thimotheo vel pictura exagitatum est, εὕδοντι κύρτος αἱρεῖ. sic dormiens ferme Eobanus carmina ex sese profundit. Quid nunc commemorem de Hutteno, homine ad poeticam nato? tam enim facilis et acuta in eius carminibus inventio est, tam rotunde omnia cohærent, ut quasi aliud alio accrevisse videri possit. Hunc quandoquidem reverendissimus in Christo pater et reverendissimus Cardinalis illustrissimus princeps Albertus et colere et fovere cœpit, non dubito quin multa Hutteno digna, id est docta et ambrosia, ut dicitur, alenda conscribet. De te autem, mi Hermanne, non est quod multa commemorem, ne deridendi aliis præbeamus occasionem et illud in nos iactent 'mutuum muli scabunt'; hoc tamen dico incunctanter, me haud unquam vel audisse vel vidisse hominem in epigrammatibus tam minime ociosa scribentem ac te: sæpe enim veluti mirator tuorum epigrammatum sedeo, omnia pertentans et nihil plane depræhendere possim, quod vel redundet vel addi possit; tam omnia iudicio acerrimo librata videntur. perge igitur, mi Hermane, hoc studium excolere, et te in magni subsellii hominem evasurum auguror. id quod non dissimulare potui, cum et nobilissimi et doctissimi Hutteni Stichologiam imprimendam curarem, quam et tibi legendam post exhaustos tuos labores offero: crede mihi, placebit: quid autem non placeret ab homine tam insigniter docto profectum? Vale.

Felicius quam Hegendorffinus Hutteni artem versificatoriam laudavit Georgius Fabricius Chemnicensis his versibus ex carmine, quo de re poetica libros VII. (Lips. 1578. 8º.) Ioanni Sculteto dedicavit, repetitis:

In stadio nam nos Hessus præcessit eodem,
  Aemulus ingenii, Naso poeta, tui.
Talia proposuit nuper præcepta Sabinus,
  Cuius ego Musas carmine credo loqui.
Nec non Huttenus, studiis vir clarus et armis,
  Ausus in heroos ista referre pedes.
Quicquid ubique fuit, corpus collegit in unum
  Ille tui nemoris, Phœbe, Micyllus honor.

AVGVSTÆ VINDEL. **LXXXVIII.** 13. OCT. 1518.

VLRICHVS DE HVTTEN EQ.
CLARISSIMO VIRO IACOBO DE BANNISIS
DECANO TRIDENTINO ET CÆS. M. A SECRETIS
SALVTEM.

Quia iturus es ad Cæsarem eique commendaturus me videris, ne sine aliquo meo quo utrinsque illum nomine dones munusculo eas, ecce tibi

---

LXXXVIII. A = Indic. bibliogr. nº. XIX. 1. 2 = Burckhard. Anal. ad part. I. fol. Z 4. vers. 3 = Wagenseil. nº. xxi. p. 140. 4 = Hutt. Münch. I. p. 534.

1 de imp. Thim.] cf. supra p. 187. 5 aliud alio *sic A.* 10 Cf. Auson. præf. monos. p. 476. ed. Toll. 11 incontanter *A.* — 32 *Inscriptionem omis. 2., decurtarerunt 3. 4.*

Orationem, si meretur dici, ornatissime Iacobe, quam ad principes lusi. dico 'lusi', non mea quidem voluntate, sed illorum indicio: iam hoc enim verbum non ob id usurpo, quod mihi ioco exciderint hæc qualiacunque sunt; sed quia ludus est illis de bello Turcico verba facere. adeo non movent hoc tempore homines quæ exitium imperio, exitium patriæ atque adeo exitium religioni quæ minantur. Ac vereor ut ullis aliquando exhortationibus effici possit, ut quibus maxime et inprimis esse debuit, cura istiusmodi rerum sit. Deus nos respiciat ac mentem Germanis indat meliorem vel quæ ad cognoscendum se hac tempestate satis sit. Tu vade bonis avibus ac apud istuuc rerum dominum me, quem tot iam annis alii movent, tandem promove. dabis hoc communibus studiis, aut ei dabis quæ te supra omnes Cæsaris consultores humanitatis opinione effert, famæ. Vale, ex valetudinario meo Augustæ III. Idus Octobris.

Norimbergæ. **LXXXVIIII.** SEPT. 5. OCT.? 1518.

HVTTENO SVO BILIBALDVS S.
Ridentem dicere verum quid vetet?

Aulam tuam legi ac relegi quidem, ἀλλὰ μὴ ἀγέλαστος. *sed tu me* §. 1.
iudicem statuis, et ex animi sententia iudicare imperas. Quid igitur faciam γελασῖνος κριτής; *num* πρὸς ἀλήθειαν ἢ πρὸς χάριν δικάσω; 'Πρὸς ἀλήθειαν', *sat scio, inquies. parebo igitur, sed tu videbis qualemnam iudicem constitueris.* Ἄρξω γοῦν. *verum tu ne movearis: immatura* §. 2.
res mihi tua videtur Aula. ἀνέχου, *nondum dixi verum: duriore verbo rem appellare nolui, scilicet ut nonnihil amicitiæ tribuerem: quid enim si intempestivam nominassem? ut interim procaciam omittam,* θρασύτητα, λαμυρίαν *et reliqua id genus verba. Sed non nimis aspere cum amico* §. 3.

LXXXIX. 1 = Pirckh. Opp. (Indic. bibl. n⁰. 59.) p. 251. 2 = Ibid. p. 405. 3 = Discurs. epp. (Ind. bibl. n⁰. 60.) p. 12. sq. 4 = Burckhard. I.* p. 142...144. 5 = Wagenseil. n⁰. XXIV. p. 174. sq. 6 = Hutt. Münch. III. p. 68. sq.

---

[1] dici] dicere *sine sensu 4.* [5. 6] exitium patriæ atque adeo *omnino omiser. 3. 4.* [10] isthunc *2. 3. 4.* [13] M. D. XVIII. *addiderunt 34.*

[16] Ridentem *etc. omis. 1. 3...6.* Horat. sat. I. 1,24. [17] ἀλλὰ μὴ ἀγ.] sed non sine risu. [19] γελ. κριτ.] ridens iudex. πρὸς κτλ.] secundum veritatem aut secundum gratiam iudicabo? 'Secundum veritatem.' [21] Ἄρξω γοῦν] Incipiam igitur. [22] mihi *omis. 1. 4. 5. 6.* ἀνέχου] exspecta paulum. *Ἀνέχου 1...4.* *Ἀνέσχου 5. 6.* — Nolo quos Græcarum litterarum ignorantia genuit exemplorum errores adnotare omnes, veluti θρασύτην, λαμύριαν *2.* λαμυρωσο *3.* duriore *omis. 2. 4.* [27] θρασ. λαμ.] audaciam, protervium. θρασύτην *2.* λαμυρώτητα *1...6.* [25] aspere, cum *5. 6.*

agere volui. proinde si blanditias καὶ κολακείαν *expetis, alium deinceps quærito iudicem, ὃς κέρκῳ σαίνων tritum illud ingeminet* 'Ἰὴ παιάν, ἰὴ παιάν'. *Sed* 'λῆρον ληρεῖς', *inquies*, '*tandem quod agis agas*'. *Atqui num solus* φληναφᾷν *prohibeor?* καὶ σύγε ἐμοῦ ἄκουε ἀδολεσχίας. *at*
§. 4. *nimium te detineo: audi igitur. Tune aulica describere audes incommoda, nondum aulicas expertus* συκοφαντίας; *Quid ageres si, ut nos, millies deceptus, circumscriptus, delusus, iniuriis, calumniis et innumeris affectus contumeliis, exclusus, reiectus vel potius eiectus esses?* ταῦτα πάντα καὶ τούτων ἔτι δεινότερα *experiri oportebat, ac lustra quatuor detestandæ, ingratæ et perfidæ inservire aulæ: tum demum perbelle et veris lacrymis fabulam egisses, rem expertam potius quam ab aliis auditam enarrans:*
§. 5. ὠτίων γὰρ πιστότεροι ὀφθαλμοί. *Hæc causa fuit, mi Vlriche, quare Aulam tuam immaturam dixerim. proinde tu quoque diiudica mihi, num rem suo nomine appellarim nec ne. Verum iam tecum nugari desinam. Utinam, mi Vlriche, tu minime aulicis insenescas ærumnis; sed potius ea felicitate, qua rem tam affabre depinxisti, extra Cyclopes Centauros, Sphyngem, Chimæram, Scyllam* καὶ εἴ τι μυσαρώτερον καὶ φοβερώ-
§. 6. τερον ἐστὶν, *effugias.* εὐδαιμονέστατος γὰρ ἔσῃ, *si alieno periculo sapies. id ut tibi eveniat, etiam atque etiam opto. etenim dignus es cui omnes ob ingenium et eruditionem tuam innumeram bene precemur; dignus cui digna respondeat fortuna; dignissimus tandem qui ab omni aulica præserveris peste. Tibi, amicis et Musis vivens* γενέσθω. *Vale.*

---

[1] Proin *3.* καὶ κολακ.] et adulationem. [2] ὃς κ. σ.] qui cauda mota blanditur. ἰὴ π.] Io Pæan. [3] λῆρον λ.] ineptias ineptis. [4] φληναφᾷν] nugari. καὶ σύγε κτλ.] et tu quoque audi meas nugas. ἀδολεσχείας *4.* [5] Tunc *3.* [6] συκοφ.] calumnias, sycophantias. [7] delusus ... contumeliis *omis. 1.* inimicis (*pro* innumeris) *3.* [8] ταῦτα π. κτλ.] hæc omnia et his etiam atrociora. [9] τοῦτον ὅτι *1.* τούτων *omis. 2. 4. 5. 6.* [10] lacrxmis *A.* lacrimis *4. 6.* ac veris lacrhymis *3.* [12] ὠτίων κτλ.] fideliores enim quam auriculæ sunt oculi. Apostolii parœm. XVIII. 71. [13] dixerim] vocarim *2. 4.* *utrumque omis. 3.* deiudica *2.* [15. 16] fœlicitate *2.* [16] adfabre *4.* [16. 17] Sphingam *2.* Sphingem *3. 4.* Sphygem *6.* [17] καὶ εἴ τι μ. κτλ.] et siquid fœdius terribiliusque est. μυσαρ. εστι κ. φ. *1. 5. 6.* [18] εὐδ. γ. ἔ.] felicissimus (satis felix) enim eris. Cf. Erasmi Adag. 'Optimum aliena insania frui'. [19] atque etiam *omis. 1.* [20] precentur *1. 3...6.* [21] Sibi *1.* [22] γεν.] fias. γενέσθο *6.* *Malim* ἔρρωσο (salvus esto. *sive* Vale.) Vale *omis. 2.* (1518.) *addid. 5. 6.*

AVGVSTÆ[4] VINDEL. | LXXXX. | 25. OCT. 1518.

VLRICHI DE HVTTEN EQVITIS AD BILIBALDVM PIRCKHEYMER
PATRICIVM NORIMBERGENSEM
EPISTOLA VITÆ SVÆ RATIONEM EXPONENS.

VLRICHVS DE HVTTEN BILIBALDO PIRCKHEYMER SALVTEM.

Adhuc omnia mihi tecum conveniunt, Bilibalde, necdum indicii me §. 1.
mei piget, quo te virum statui apertum, syncerum et liberum: ita de Aula
mea sententiam tulisti ingenue et nihil dissimulanter. Sed tu age, qui in
hoc dialogo immaturitatem nauseas, ut quem ego vixdum a limine salutata
(ut tu dicis) aula, de aulicis composuerim, cur non itidem sinis ob id
me in aula maturescere, sed ab ipso ita ingressu transversum rapis? Aut §. 2.
simile tibi quiddam videtur in me, quod olim Socrati, qui Glauconem
Platonis puto fratrem, conspicatus rudiorem quam ut obeundis negociis
aptum censeret, ad rempublicam accedentem proposito inde retraxit, Char-
midem vero ad capessendam ultro hortatus est, idoneum existimans? Tale
tibi in me aliquid visum est, et Socratem imitaris? sic est: ineptum censes §. 3.
ad aulica, et amici studio prævenire vis multa quæ me hic manent incom-
moda, et recte forsitan mones; quare tibi gratiam habeo, ὀρθή μοι γὰρ
ἡ συμβολὴ δοκεῖ εἶναι. Experiar tamen eam quam aliis ipse fugien- §. 4.
dam scribo aulam. quid faciam aliud enim, cum faciendum sit omnino
aliquid? nam quod in umbram me tam cito, et ad sedentarium illud stu-
dium vocas, nescio an naturæ ibi meæ rationem habeas, aut ætatem an
respicias, quæ illam non capit quietem: an ego possem hoc ætatis intra
quatuor parietes latere et priusquam expertus essem istas mundi turbas,
istos olfecissem tumultus, in hos me secessus, hoc tranquillum recondere?
et cognatis vellem ac amicis eam quam et illi exigunt, et ego commodare
operam possum, suffurari ac mihi, vel ut tu mones, mihi et Musis vivere?
Ubi, ut tibi obsequar, et in illam me penitus scholasticam quietem sepeliam, §. 5.
totumque studiis mancipem et scribendis libris, ad quod nescio quomodo
aptus tibi videor, animum adiiciam, quid quæso habebo, quod aliquando

LXXXX. H = Hutteni manus. cf. Indicis bibliogr. n. XVIII. 1. A B = Indicis bibliogr. n. XVIII. 1. 2. 3...6 = Indicis bibliogr. n. XVIII. 3...6.

[4] *Versus inscriptionis qui sequuntur, lineis transductis delendos esse significavit ipse Huttenus:* Aliquid inest noui lector, iucundi | aliquid. Lege ac Vale. | CVM PRIVILEGIO | IMPERIALI. | *Pro inscriptione sic habent 5. 6:* Epistola ad Bilibaldum Pirckheimer, Patric. Norimb. Qua Huttenus vitæ suæ rationem exponit. Ulricus *etc.* [6] omnia mihi *6.* [7] sincerum *3...6.* [12] Socrati] cf. Xenoph. Mem. III. 6. sq. [18. 19] ὀρθή μοι κτλ.] rectum enim mihi hoc consilium videtur esse. ὀρθὴ *5. 6. et similiter in sqq. Græcis uterque Hellenista.* [19] Experiar *correx. H.* Experior *A...5.* ipsam *5. 6.* [20] quum *hic et ubique 4...6.* [27] velut *A. 3...6.* velvt *B.* vel ut *corr. H.*

cum illis studiorum meorum convictoribus, animum quoties remittere iuvabit, iucunde conferam? quas fabulas, quibus de rebus, tam nihil expertus
§. 6. miscebo? Nam illa duodecim iam annorum peregrinatione, in qua multa vidi, multa cognovi, nihil egi, nihil gessi, nondum mihi satisfeci: et superesse puto, ut vivere incipiam: quoddam fuit hoc enim vitæ proludium, *καί τι ταύτης τῆς τραγῳδίας προγύμνασμα*: nisi me in solitudinem abstrudis atque ab hominum consortio relegas, aut non magni illam facis magni
§. 7. herois in adversa fortuna commonitionem, 'olim meminisse iuvabit'. Porro naturam meam haud nosti, ab hominum conversatione si me seorsum degere posse arbitraris, hominem ita bonarum disciplinarum studiis aptum, ut a nulla tamen interim honestæ consuetudinis frequentia aut sodalitiis,
§. 8. etiam a dissimilium aliquantum conventibus abhorream. Et si me recte vis nosse, multo facilius hos fero strepitus, hanc alienam frequentiam, in qua maximam mihi nonnunquam solitudinem facio, quam solus esse pos-
§. 9. sum: igitur non omnino infœliciter hæc coniuncturum me arbitror. et ut conscius mihi sum aliquid iam in literis, quantulumcunque id est, commeruisse, ita nullam etiam in magnis rebus gloriam despero; ac libenter obeundis negociis utendum me præbeo, quanquam nihil minus proponam, quam dulcissimis interea studiis *μακρὰ χαίρειν* dicere, quæ me, donec mens sana erit, non ad tempus, sed perpetuo ac iugiter vel in mediis
§. 10. istis tumultibus exercebunt. Qua in re multum decepti sunt illi mei per Germaniam amici, qui postquam semel in aulicam servitutem consensi, desiisse studiosum esse putaverunt; quo fit, ut qui in Italia iam pridem agenti mihi literarum adeo fasces mittere solebant, ac frequentissime solebant, hi in tantum nunc conticuerint, ut nemo aliquando tria verba
§. 11. scribat Hutteno, homini (puto dicere eos) non suæ amplius farinæ. Cuius tamen si tam ipsi memores aliquando essent, quam ego uniuscuiusque talium nunquam obliviscor, iam illud fervide nobis intercederet scribendi ultro citroque studium, quo nihil habeo, quod antiquius ducam aut quo
§. 12. magis me oblectem. Ubi nondum defuisti tu mihi, quem iccirco valde probo, et valdius adhuc meo iure amo, ac Hermannum Novaquilarem comitem adoro, quia mihi nunquam non copiosissime scribit; illis vero suspiciosis amiculis, quandoquidem hunc in me fastum cadere arbitrati sunt, irascor ut superbis, ut fastu ipsis turgentibus et rem nostris indignissimam
§. 13. studiis admittentibus. Nam si amare studia id vero est studiosum esse,

---

[3] iam *omis. 4...6.* [5.6] *καί τι τ. κτλ.*] et quoddam huius tragœdiæ præexercitamentum. [6] *τῆς omis. 3.* abtrudis *3.* [8] olim mem. iuv.] Aeneæ verba ap. Verg. Aen. I. 203. [11] tamen *om. edd.* ...cu *H. adscripsit.* [12] conventionibus *5. 6.* [15] infeliciter *et sic in sqq. 3...6.* [16] litteris *ubique duplici* tt *4. variat 5.* [18] negot. *ubiq. per* t *4...6.* [19] *μακρὰ χ.*] longum Vale. [28] numq. *ubiq.* m *4.* [30] idcirco *4...6.* [31] Hermannm *6.* [32] scripsit *5. 6.* [35] Ac si *editi. H. deleto* Ac *adscripsit* ...am

nemini hoc per Germaniam nomine cedo: quandoquidem in magnis hoc
difficultatibus facio. cuius vel hoc fuerit argumentum, quod illam adhuc
Capnionis causæ defensionem mordicus teneo: qua de in literis tuis men-
tionem facis, theologistas auxisse nescio quas suas adversum nos lamentationes
scribens. Quæ illorum importunitas haud dum scio, secure magis con- §.14.
temnenda sit quam indignanter exagitanda ac punienda, in immensum quia
excrescit perditæ factionis licentia: nuper visum est ad nihil connivere,
nihil dissimulare, neque aliquid in causæ, quam tanto semel opere pro-
pugnandam suscepimus, patrocinio prævaricatione transmittere. ipse quidem
si non consyderate adeo, at strenue eam navabo operam. Videmus quan- §.15.
tum referat has extirpatas esse zizanias, hanc evulsam loliginem ac eradi-
catam, ut se felix illa iamque suppullulans rectissimorum studiorum planta
proferat, ac quam late propaget; ut, inquam, eiectis ac exterminatis qui
se orienti iam bonæ eruditionis soli intempestivæ nubes opponunt, qui
fulgidum illud veri splendoris lumen in ipso suo exortu obscurare, immo
extinguere ac proculcare conantur; bonæ artes reviviscant, utriusque lin-
guæ commercium nobis cum Græcis ac Italis conveniat; Germania cultum
induat, barbaries ultra Garamantes et Balthicum usque oceanum exibiletur
ac protrudatur. Iam binas in me sagittas contorserunt nebulones. sub §.16.
Pepericorni Iudæi nomine; quæ me quanquam nullo meo dolore tetigerint,
aut potius ne tetigerint quidem, et adhuc rem dissimulaverim, aliquando
tamen videbunt illi, quem petierint. qui cum hactenus omnia sibi licere
putaverint, pensi non habuerunt adversus quem quid aggrediantur: quare
experti nondum sunt temerarii insultores, quantus quisque in clypeum
assurgat. Ubi audiendos non puto, qui suadent, ut ne invidiam nobis §.17.
conciliemus: et ab hoc metu tantum absum, ut non invidiam modo istorum
non fugiam, sed ultro odium etiam accersam: ac oderint illi, ego operam
dabo interim, ut simul aliquando metuant: sic decrevi enim, nisi a nobis
conticeant isti, non postica iam ultra sanna persequi, sed animoso in fron-
tem impetu obturbare: id quod te pariter et velle scio, et facere video,
e paucis unum mecum; quodsi non inconstanter adniteris, credo aliquando

---

1 cędo *B.* 3 causæ ..fensionē *H.* causam (s. causs.) *editi.* 4 Lamentationum obscuror. viror. altera editio facta est „Colonię. Anno. M.ccccc.xviii. in Augusto" *in* 4°. 8.9 propugnandum *5. 6.* 9 quidem *add. H. omis. edd.* 10 considerate *3.* strenue *3...6.* 11 exstirpatas *4...6. et similiter in similibus per s.* 12 felix *3...6.* 15 imo *B.* 16 exstinguere *4...6.* conantur, ne *3.* 18 Gara*mantes* (s. utas) *H. pro* hyperboreos montes *edd.* Balticum *4...6.* exsibiletur *4...6.* 20 Pepericorni] cf. quæ supra p. 33. sq. ex Maio repetita sunt. 25 *Vergilianum* quantus quisque in clypeum *assurgat* *(sive* ads. *4...6.) edd. retinent, H. transduxit et adscripsit* quæ cui .. | tionis sua .... | *Possis* quæ cuiq; *studiū ul*|tionis sua*deat.* *vel* quæ cui*usque ul*|tionis sua*vitas sit. sed hæc parum placent.* 26 arcessam *4...6.* 27.28 oderint... metuant] cf. supra p. 168. i. f. 29 conticeant *AB. 3., nec mutavit H.* contineant *4...6.* non postica sanna] ut epistolis obscurorum virorum, puto. 31 unus *6.*

§. 18. multorum cum pernicie multos adiuvabimus. Nec nos moræ pigeat: quam-
vis enim paulatim procedit hoc quod molimur, procedit tamen, et vel
olim, quo debet, non sine publico aliquo commodo evadet. Interea palmæ
lignum imitabimur, nempe ut, quanto nos illi magis supprimunt, tanto
obnixius sursum conemur, ac adversum onerosos oppressores indomabili
§. 19. nos contumacia attollamus. Ad quod idem agendum æqualium nostrorum
studia excitabimus, tu veteranus iam et emeritis stipendiis, spacioso isto
decurso campo, aliis præiens, ego in flore adhuc et tirunculus, in omnem
§. 20. facile eventum alacriter contendens. Quod sic abs te accipi volo, ne me
putes tantum placere mihi, ut eorum in numerum invadam temerarius,
qui locupletare has apud Germanos linguas possunt, sed qui mihi non in-
eptus, nec infirmissimus istiusmodi factionis persecutor videar, ut tuo atque
aliorum præsidio depulsis qui optimæ frugis sementem nobis depascunt,
isti aliquando proveniant fructus, quorum doctiores vos cultum huic patriæ
invehitis, nec in vilem labruscam hanc sinitis vineam degenerare, sed re-
pastinando politioris literaturæ agro, nullum laborem, ac nullum adeo
fastidium subterfugitis, in eo sollertis agricolæ officio functi, diligentis
§. 21. vineatoris opus facientes, non sine fructu, ut videmus. quippe ut totum
iuxta Rhenum Græcarum pariter ac Latinarum eruditione literarum con-
sevit Erasmus, et universam inferiorem Germaniam excitatis ingeniis talem
reddidit, ut cum ipsa iam Italia nullum valde certamen detrectet; et ut
Sueviam suam excoluit et hoc exornavit decore Capnion, ita tu civitatis
tuæ iuventutem ad quem cultum, qua, dii boni, solertia perduxisti: id
quod in illis videre est cognatis tuis Genderis, tuo beneficio Græce et La-
tine scientibus, idque optime: quos primum domi tuæ erudiisti, nihil ve-
ritus homo patricius præmansum cibum in ora puerorum infarcire; deinde
in Italiam quoque misisti. quod animadvertentes tui cives et ipsi sunt
imitati, argumento abs te sumpto, quantum sit recte institui, recte discere.
§. 22. Et facile hoc tibi ex proposito cessit, cui vel primam ego fœlicitatem ad-
scribo, quod in ea civitate natus sis, quæ omnium per Germaniam civi-
tatum maxime bonis primum ingeniis exuberat ac perenniter scatet, deinde
honorem his habet, ac singulariter erga optimas quasque artes affecta
§. 23. semper fuit, et diu iam sola ac unice fuit: nam et patrum nostrorum me-
moria Ioannem de Monte regio, meum civem (cum qui ut in mathematices
cognitione, unanimi omnium consensu, ipsi Archimedi palmam præripuit,

---

[3] palmæ l.] Cf. Plin. H. N. XVI. 42. sect. 81. [4] supprimant *A...5. correxit H.* [5] oppressares *6.* [6] attolamus *B.* [7] spatioso *4...6.* [8] triunculus *6.* [12] perfecutor videor *6.* videor *5.* [15] labrusam *4...6.* [20] talem *omis. 3.* [23] sollertia *3...6.* [24] Genderis] cf. supra p. 132. 142. [28] rectum inst. *5. 6.* [32] adfecta *4...6.* [33] semper *omis. 6.* [34] Ioannes Müller (Regiomontanus) Franco ex oppido *Königsberg*, natus a. 1436., † a. 1476, insignis mathematicus et astronomus.

ita inter primos huius seculi, non dico Germanos, sed omnium universim
nationum dico, vixdum respirantibus tunc literis, pure et citra vitium Græce
ac Latine et loquutus est, et scripsit), cæcutientibus aliis, nec hominis vir-
tutem agnoscentibus, sola suspexit, stipendio prosequuta est, civitate do-
navit. et superioribus annis Chunradum Celtim poetam, ignoto tunc in §. 24
Germania poetæ vocabulo, honorifice habuit et pecunia iuvit, aliosque com-
plures reverenter accepit et liberaliter fovit: id quod ego isti apud Vene-
tos adagio locum dedisse arbitror, omnes alias in Germania civitates cæ-
cutire, unam adhuc Norinbergam altero videre oculo: sic enim dicunt
illi, sive ob hanc causam, sive quod vestri homines ingeniorum acumine
ac singulari quadam ante omnes industria mire excellunt; quod vel in iis
artificiis, quæ manu exercentur, videre est: iam hoc enim persuasum omnibus
est, quæ opera vestratia sunt, ea egregia esse aut magis quam aliorum
ex voto hominum fabrefacta; tum fama est nihil apud vos adulterari.
Cuius rei Italiæ persuasionem vel maximam sui documento indidit ille nostro §. 25.
ævo pingendi artificio Apelles Albertus Durer, quem illi, cum nihil facile
Germanum laudari apud se aut ex invidia qua gens illa peculiariter laborat,
aut recepta iam vulgo ibi opinione, ad omnia quæ ingenio indigent he-
betes nos esse et inertes, patiuntur, ita tamen admirantur, ut non solum
ultro ei concedant, sed et quidam, ut opera sua vendibiliora faciant, illius
sub nomine proponant. In nostrum ordinem lente admodum serpit hoc §. 26.
bonum, multis tot iam annos pertinaciter existimantibus præter equestrem
dignitatem esse literas scire. neque aliud magis aut prius invidiam apud
nos peperit claro equiti Eitelwolfo, quam quod is hanc imprimis ob vir-
tutem emersisset ac tantus esset; qui cum innotescenti iam mihi sua ope
suoque consilio quantum posset præsidium adferret, atque eam ad rem
nacti essemus principem supra vulgarem eius ordinis captum ingeniis pariter
ac literis faventem, hunc, Bilibalde, quem tu recte admiraris, Albertum,
iamque ego illius simul suffragiis ac optimi principis liberalitate emergerem,
occidit, proh dolor, occidit: optimo enim iure eius mortem doleo, qui §. 27.
meam adiuvit vitam: quanquam non tam privato meo incommodo occidit

[1] sæculi *B. 4...6.* [2] litteris *4. 5.* [3] locutus *ut* secutus *ubique 4...6.* [4] prosecuta *4...6.* cir|uitate *A. correx. H.* [5] Conr. Celtes s. Celtis, Protucius cognominatus, Wipfeldi ad Mœnum a. 1459. natus, primus inter Germanos poeta ab imperatore laureatus (1487.) et artis versificandi (a. 1486.) auctor, societatium litterariarum Rhenanæ et Danubianæ conditor, inter litteratorum sæculi XV. principes semper laudandus. † a. 1508. [9] Norimbergam *4...6.* [10] caussam *ubiq. per ss 4.* [11] iis *corr. H. pro* his *A...5.* [15] *Ante* sui *et* ille *commatis signa posuit H.* [16] Durrer *A B. neque corr. H.* Dürer *5. 6.* Düreri mortem (a. 1528.) Pirckheimerus Vlrico Hutteno, sed non nostro, nuntiat epistola quam infra exhibebimus. [21] ac inscriptione (*post* nomine) *habent A...5., delendum esse significavit H.* [23] scire, neq;] *H. fecit* scire. Neq; [28] hunc *H. adscr. pro* istum *edd.* [31] quanquam *ubiq. 4.*

Eitelwolfus, quam publico literarum ac literatorum omnium: iam quiddam parabat enim quo nobis magnifice consultum fuisset, nisi intempestiva mors
§.28. sanctissimas hominis cogitationes interrupisset. verum dolore meo longius evagor. Huic, inquam, tali viro invidiam peperit quod sciret literas: adeo indurata sunt adhuc adversus humaniorem humanitatem nostrorum corda; adeo non sapiunt quos recte sapere primos oportuit. quanquam ab aure Cæsaris potentes qui sunt, hi factioni nostræ plurimum deferre videntur. idem apud reliquos principes, qui non in postremis recumbunt, ac ipsi etiam principes nobis pollicentur; quibus nos magnis passim nominibus applaudimus, Mæcenates nonnunquam vel Augustos etiam vocantes, non quod ullæ hoc aliquando illorum virtutes mereantur, cum aliqui publico
§.29. potius odio quam privato favore digni sint, verum spe quadam ad pristinæ bonitatis emulationem excitandi. ubi non penitus nostra nos fefellit opinio: aliquos iam enim cœpimus pudore sui benefacere nobis, qui si nihil aliud, hoc iam acceperunt, quod favere literis, id sit principe dignum. quare consilium est meum, benevolentiam istiusmodi generis hominum modis omnibus captare, ac ubinbi licuerit favori principum retia tendere, et ob id illis adhærere ac publica incunctanter munera obire, ut nos ibi conformemus aliis, præsertim nulla alia via emergere cum videamus eos qui
§.30. leges profitentur, et theologi qui vocantur, quos et ipsos hæc alit ambitio. Quod dum conor, reclamas tu, et tanquam ad errorem abeuntem me revocas. quasi vero non possint hæc simul agi, aut tu aliquando, in aula omnium turbulentissima cum te vertendum ac revertendum præberes et curis ac sollicitudinibus commordereris, vel tunc cum militares etiam et civitatis tuæ copiis cum præesses, studia interim omiseris et non aliquando
§.31. his te deliniimentis refovendum dederis, aut de me ibi conclamatum sit, et imbecillius hoc videatur ingenium, quam ut duo hæc sustineat: nisi vero novum tibi videtur, inter negocia literas et cum literis negocia in usu habere; ubi exemplis non eges, haud ignarus, quam multi et qui hæc feliciter coniunxerint: deinde quam contempti olim fuerint, nedum hac tempestate sint, qui sic ociantur, ut non aliquando negocia vel succisivis

---

[2] quo *H. adscr. pro* unde *edd.* Gymnasium vel universitatem Moguntiæ condendi consilium innuere videtur. cf. supra p. 45. §.56. epist. ad Iac. Fuchs. [3] dolere *5. 6.* [7] sanctioni *6.* [9] *passim H. adscr. pro* interim *A...6.* [10] etiam *omis. 5. 6.* [13] æmulationem *4...6.* excitandi, vbi *A.* excitandi. Vbi *fec. H.* non (*ante* penitus) *omis.* [15] favore *5.6.* [17] *licuerit H. fec. ex* liceat *edd.* Principium *6.* [18] adherere *AB* [21] errorum *6.* [22] egi *6.* aliq. in aula] episcopi Eichstadiensis. ibi per biennium versatus Pirckheimerus Papiam, ut iuris studio se daret, a parente missus est. in (*ante* aula) *omis. 6.* [23] ad (*pro* ac) *5. 6.* [24] commodereris *6.* cum militares] in bello Helvetiorum cum Carolo Burgundo et Maximiliano Imp. copiis Norimbergensibus præfectus, anno 1499. cuius expeditionis descriptio Pirckheimeriana exstat in eius Opp. p. 63...92. item edita est Tiguri 1737. in 8º. [25] literatas *5.* n. litteratas *6.* negotia *6.* [31] otiantur *4...6.*

temporibus admittant. Nec me summis tamen ingeniis insero, sed ferre §. 32. hæc natura, hæc ætas domesticum situm, tranquillam obscuritatem vel omnino non potest, vel adhuc non potest. Sine defervere hunc ardorem, animum irrequietum et versatilem parumper delassari, dum istam mereatur quietem, ad quam me ante tempus, ut videtur, exhortaris. Si rationem §. 33. exigis vitæ, quam sub principe ago, nusquam, mihi crede, studiosus magis fui, principe sufficientem ad hoc quietem indulgente: nam quæ est illius benignitas, plenam a vulgaribus consultationibus et plebeio rerum tractatu vacationem concessit: quod ego tempus studiis admetior, præter illud ocium, quod cum aliis mihi commune est. Quocirca, portatilem §. 34. maxime bibliothecam, optimum quemque autorem mecum circumfero: ac ubiubi licet, aliquid lego, nonnunquam scribo etiam; et sæpe in turba solus sum; quanquam etiam soli esse licet. Iam et anagnostam mihi quæro, puerum aliquem ingenio bono et in studiis aliquanto iam plus quam qui vulgo peritum; qui expedite sciat legere et manus velocitate dictantem facile consequatur; in studiis qui mihi ministret ac laborem minuat. Necdum §. 35. bene instituere tibi vitam videor, et adhuc istam mihi cantilenam repetis 'Dignus es qui ab aulicis præserveris erumnis'? Agnosco studium in me tuum: salutari ammonitione amico consulis, si non, dum me istis eripis, acerbioribus adhuc ferendis incommodis (iam hoc videndum est enim) relinquis. Et dic mihi, provisum habes, unde me detineas, et ubi colloces? §. 36. aut cum tuo statu meum confers? et quemadmodum in civitatibus vos, quibus non placide tantum, sed et molliter, si cuius in mores hoc cadat, vivere est facile, si me unquam inter equites meos quieturum putas? et oblitus es in nostro ordine quibus conturbamentis qua animorum iactatione obnoxii sint homines? Noli sic putare; et ex tua vita noli meam æstimare: ita nobiscum agitur, ut patrimonium etiam amplissimum si mihi sit, ut §. 37. possim ex meo vivere mihi, hæ sunt tempestates tamen, quæ me quiescere non sinunt. vivitur in agro, in sylvis, et in illis montium speculis; qui nos alunt, extreme pauperes sunt coloni, quibus agros nostros, vineas, prata et sylvas locamus; vectigal quod inde redit, pro eo qui advertitur labore exiguum est et tenue; sed ut amplissimum sit et pingue, magna cura, magno opere quæritur: nam patresfamilias esse oportet nos diligentissimos. deinde principis alicuius famulatui addictos, a quo tuitionis spes §. 38.

---

[2] situm] suum *6.* [5] *ex* adhortaris *A...5. exhort. H. fecit.* hortaris *6.* [7] sui (*pro* fui) *6.* sufficientum ad hoc quit*em* *6.* [9] vocationem *5. 6.* [10] *Post* Quo circa *H. comma adscripsit.* [11.12] ac ubi licet *6.* [13] licet, iam *A.* licet. Iam' *H. fecit.* quero *6.* [16] *Pro* . In *A. corr.* , in *H.* [18] ærumnis *3...6.* [19] admonitione *4...6.* si nondum *4...6.* [27] In nobiscum *6.* [28] hæc *6.* tamen *omiser. edd., adscripsit H.* [29] silvis *4...6.* *repetitum post* speculis *verbum* vivitur *linea induxit H.* [30] agras *6.* [31] prata *omis. A...5., adscripsit H.* [32] sed ut] sid vt *A., ex* i *H. fecit* e, sit, ut *corruperunt 4...6.*

dependeat: quod nisi fuero, omnes sibi omnia in me licere putant: si
fuero etiam, mixta illa periculo et cottidiano metu spes est; nempe siquando
egrediar domo, periculum est, in eos ne incidam, quibuscum illi, quisquis
est princeps, negocium sit aut bellum sit, quo me nomine invadant et ab-
ripiant; quod si mala mea fortuna contingat, dimidium facile patrimonii
adimitur in redemptionem; atque ita, unde defensionem speraveram, offensio
§. 39. incumbit. proinde hunc in usum equos alimus et arma comparamus, nu-
meroso comitatu stipamur, magnis et gravibus per omnia sumptibus; in-
terim vel duorum iugerum itinere nisi armati non expatiamur; nullam licet
villam inermi visere, non venatum, non piscatum exire licet, nisi ferreo.
§. 40. præterea crebræ mutuo contentiones inter villicos aliorum et nostros oriun-
tur, neque dies ullus est, quo non de aliqua ad nos lite referatur, quam
cautissime componamus: nam si contumacius mea tuear aut iniuriam etiam
persequar, bellum nascitur; siquid patientius remittam aut de meo etiam
concedam, iam omnium statim iniuriis pateo, cum quantum uni concessum
est, concedi sibi velint singuli, pretia propriæ iniuriæ. at inter quos fiunt
ista? non inter alienos, amice, sed inter affines, inter cognatos et propin-
§. 41. quos, atque adeo inter fratres fiunt. Atque hæ sunt nostræ ruri delitiæ,
hæc ocia, hoc tranquillum. Ipsa sive in monte est specula, sive in plano,
non ad amœnitatem, sed ad munitionem exædificata est, fossis ac vallo
circumdata, intus angusta, mansionibus pecorum et armentorum constricta,
obscuræ iuxta cellæ bombardis, pice ac sulphure et reliquo armorum ac
bellicarum machinarum apparatu oppletæ; bombardici per omnia pulveris
fœtor; deinde canes et canum excrementa, iucundum, reor, et ipsa
§. 42. odoramentum. accedunt et abeunt equites, inter quos raptores, fures et
latrones: nam plerumque patent nostræ domus, aut ignorantibus nobis
qualis quisque sit, aut non magnopere inquirentibus. audiuntur ovium
balatus, boum mugitus, canum latratus, hominum in agro operantium voci-
ferationes, carrorum et vehiculorum stridores ac strepitus; næ nostræ domi
§. 43. luporum etiam ululatus, ut quæ nemoribus vicina est. Omni die de crastino

[1] dependeat, nisi fuero, *A...5. ita corr. H.* dependeat. Quod *nisi* [2] quoti-diano *4...6.* [3] periculum est *omis. omnes. H. marg. adscr.*-periculū ē (*littræ* ulō ē *abscissæ sunt*). [4] es Princeps *4...6.* negotium *3...6.* [8] stipamur magnis ac grauissimis *A. sqq.; deletis verbis* ac grauissimis *sic corr. H.:* stipamur, magnis et *grauib.* [8.9] Interim *H. corr. ex* Neq; vſq; *A. sqq., sed neglexit negationem ab edd. omissam addere ante* expatiamur. [11] *Præterea corr. H. pro* Interim *A.* [12] quam] q̃; *A.* q̃ *correxit H.* [15] omium *5.6.* cencessum *5.6.* [16] singuli. At *edd. sed Hutt. post* singuli *addidit:* . . . . ia pro- | . . . . . . niuriæ | *De coniectura suppleri.* [17] adfines *4...6.* [18] deliciæ *B. 3...6.* [20] valla *6.* [26] *H. corr.:* .ō̃. plerūq; (.Nam plerumque) *pro* ,oĩbus em̃ talibus *editorum. Insipienter 6:* cum talibus enim talibus patent magnopere *edd. omiss. addid. H.* [29] næ *omis. edd. H. adscr. . . æ* [30] memoribus *5.6.* Steckelberga prope saltus Rhœnenses.

cura est et sollicitudo est, continui motus, perpetuæ tempestates: fodiendi
agri ac repastinandi, operandum in vineis, plantandæ arbores, irriganda
prata, occandum, serendum, stercorandum, metendum, triturandum: subit
messis, subit vindemia. tum siquid uno aliquando anno male provenit,
ut in illa sterilitate plurimum, mira egestas, mira pauperies, ut nunquam
non sit quod moveat, quod turbet, quod angat, quod maceret, quod con-
ficiat, quod evocet, quod extrahat et extrudat. In quam me vitam ut stu- §. 44.
diis dignam ab aulica ut indignissima revocas, ibique me consulto ac pro-
posito, tanquam in optato quodam vitæ portu collocas ac reponis; teque
putas, cum hoc facis, in quietem me et tranquillum adserere; aut si non
putas, qua saltem mente suadeas, id me celas. Nam tua quæ interim §. 45.
conditio sit, et meæ quomodo conferri debeat, quantumque tua vita ab
his motibus libera, adversum has tempestates, hos tumultus munita sit ac
tuta, quid refert scribere, cum non propositum sit te docere quæ nosti,
sed enunciare ea quæ me ignorare existimasti? Et iam satis, opinor, tibi §. 46.
ostendi, quam me nulla morum inconstantia, nullum voluptatis illicium aut
rerum novarum studium ad aulam invitet, sed quæ necessitas cogat: ut
minus nihil debeas, quam aulicam nassam, in qua me detineri captum
dicas, aut hamum illum curialem, quem devoratum mihi imputes, obiicere.
primum enim nullum devoravi hamum; sed ab hamo escam decerpo, et §. 47.
caute, quanquam sine periculo citraque discrimen, circumrodo. deinde
illam fateor nassam inhabito, sed egrediundi certus, explorato prius reditu
et a Dedalo accepta commonitione, ab hoc labyrintho regredi quomodo
oporteat. Proinde bono animo esto: securus sum et mihi consto; nec est §. 48.
ambitio quæ me pervertit, sed honesta ratio quæ per debitos mihi ho-
norum decursus ducit. iam hoc mihi nomen tuendum est, conservanda
dignitas, æquanda maiorum industria, augenda familiæ, quam mihi gen-
tiles mei imputant, claritudo, et gentilitius propagandus splendor. Ubi si §. 49.
cessavero, et mihi deero et literis: mihi quidem, non ita magna mea cura;
literis vero, quibus omnimodo apud contribules et in hoc ordine conci-
liare favorem, excitare autoritatem studeo. Præterea intuetur me univer-
sus ordo: omnia mea consilia, nedum facta observant homines; petitur a
me non tam quod debeo, quam quod exigere illis in mentem venit; magnam
de me expectationem, maiorem opinionem habent, eamque ex nominis mei
fama, quam non recte comparant, metiuntur. Ibi ego nisi aliquid coner, §. 50.

---

[1] cura et *5.6.* tēpeſtates, fodiēdi *A. corr. H.* sic: .Fod [3] ferendum (*pro* serendum) *5.6.* triturandū, ſubit *A. corr. H. sic:* ... bit (*i. e.* .Subit) [7] et *delev. H. et* ac *nunc abscissum adscripserat.* ac *edd.* extradat *6.* *Pro* Atq; in hāc me *editor. H. corr.* In quā me [8] . Ibiq; *in marg. H.* [10] me ac *5.6.* adſerere. Aut *A. corr. H.* adſerere, aut [11] cęlas *A B.* [15] enuntiare *4...6.* Etiam *5.6.* [16] incoſtantia *A.* [21] , quāquā ... | pericul .. *corr. H. pro* ac citra periculum *edd.* [23] Dædalo *3.4.6.* [27] *Pro* q̃; *A. adscr. H.* quā [35] quam] *ex* q̃; *H. fecit* quā

aliquid prestem, tum vero dicet quisque eorum qui sic rem æstimant, aut eorum certe qui non obscure intelligunt, aliquis dicet, aut quilibet etiam, 'Quid ergo tanti est hunc isto labore, hac impensa, hoc dispendio hæc didicisse?' atque ita post sentient, sua partim opinione, partim aliorum persuasu, ex literarum studio fieri homines pigros, desides, ignavos, cessatores, molles et supinos; et iccirco tanquam a re nostris maioribus, hac nobilitate, his imaginibus valde indigna, liberos suos dehortabuntur ac abstrahent, putantes, hoc nisi faciant, illos sic institutos omnem suorum, omnem humani generis curam dimissuros, ac nullum in usum victuros.

§ 51. Qua de causa obsequi ad tempus hominum voluntati certum est, et hoc facere quod illi expectant, quantum valeo: spero autem facturum non pace solum literarum, sed et commodo, salva aut etiam aucta dignitate mea. porro servitus illa ut honesta est ac liberalis, ita a me proponitur temporaria, non perpetua; deinde honores mihi et ad aliquem sublimiorem splendorem, altiorem statum provectionem pollicetur. Nec tu igitur stultum me puta, si ad honores adspiro, aut perditum, inter aulicos tumultus dignitatis meæ incrementum si ambiam; sed temporum potius conditionem et communem hominum sensum, aut hoc potius, quod semper

§. 52. omnes ac maxime clarissimus quisque factitarunt, considera. Tum si aliam tu et commodiorem vitam nosti, præscribe, edoce, indica, velle aurem, manu duc ad illum turbis inaccessum locum. mihi quidem, cui quoddam diurna illa peregrinatio indicium dedit, erroris multum excussit, turbis et inquietudinibus, tum miseria quoque et omne genus tragœdiis mixta ac referta omnia videntur. et quo me cunque vertam, nihil securum, tranquillum nihil video propositum: sunt officia, sunt clientelæ, sunt fora, sunt conventus, sunt obsequia, sunt curæ, sunt motus, sunt labores, sunt fastidia; tum casus et undique imminens fortunæ iniuria ac morbi et do-

§ 53. lores. nec tantum aula istis scatet, quæ ego in illa depinxi navigatione; ubi mihi oratio arbitror defuit, res non defuit: et adhuc disertum aliquem ea desiderat fabula, qui plenius omnia exponat et fortasse rem qui verbis aequet. et mihi sic videtur, nihil usquam non æque ac illa est aula, tur-

§. 54. bulentum. Tamen si quid habes exploratum, quæso prode, commonstra, ne tantum istinc abstrahas, non aliquo trahas: de tuo consilio faciam

---

[1] tũc *A. sqq. corr. H.* tum sic *omis. 5.6.* [6] supinos, & *edd., correx. H.* Et [10] ad tempus] *addidi ex H. adnotatione* ad te.... *edd. omis.* [11] quantum v.] *addidi. H. verba quæ edd. habent* aut ego possum *induxit et adscripsit* quãtun...... [14] pptua. Deinde *A. sed H. corr.:* , deinde [15] et *adscr. H. pro* ac potius hoc, *5.6.* [20] perscribe *4...6.* [22] indicum *6.* [28] Nec t.] Nedum *edd. H. delevit et adscr.*..... tũ navigatione] cf. aulici maris descriptionem in ipso dialogo, qui huic epistolæ scribendæ occasionem dedit. [31] .ſ. mihi *A. pro quo* .ſ. *H. adscripsit* ..t *Edd.* Sed *Inter* ac *et* illa *H. ductum scripsit, sed quod margini adscripserat, abscissum est, fort.* atq; (*pro vetito isto* ac) [32] cõmõſtra. Ne tm̃ *A. H. corr.* , ne [33] isthinc *4...6.*

omnia; si cessas, aut si cunctaris, inclamo, increpo, 'Quo res summa
loco, Bilibalde, quam prendimus arcem'? Iam ab illa audisti quantum ab-
horream soluta vita, et ut agere aliquid proposuerim, priusquam in illos
me secessus reiiciam: non quod in diem vivere decretum sit, aut eventibus
meam vitam quod dediderim, et impetu quodam ad incerta ferar, sed
quod ea nondum parta sunt, quæ ad illud pertinent æqualiter vivere, et
ut mihi constem. Adhuc enim omnis quietis, nedum torporis ac inertiæ, §.55.
hic impatiens est animus; nondum me domui, nondum ætatis fervorem
mitigavi, nondum meritus sum, ut cum Epicuro lateam; qui ad ocium
quidem invitat, sed ocii (ne dubita) capacem, ut si hodie reviviscat et eru-
diendum me accipiat, non prius ad illas rapturum latebras crediderim,
quam sit aliquid cognitum, aliquid *actum. Quod te scire oportet, non §.56.
fluctuare me et inter diversa ambigere, sed quiddam statuisse et aliquid
esse in quo defixus hæream, quo illum dirigam vitæ arcum, ad quod libere
et proposito contendam, sed alieno sine adminiculo pervenire desperem:
itaque illum peto ex hac nassa cibum, huic, Bilibalde, itineri viaticum:
opus est enim mihi, ut emergam, aliunde quæsitis. id quod in aula fieri §.57.
quomodo possit, et mihi quam facile aut quam difficile sit, non est nunc
locus exponere; haud te latebit tamen vitæ meæ subsidium qualiter captem,
aliquando enim dicam, non per interpretem aut literis internunciis, sed
solus soli; ad præsens vero satis habe id scire quod toties repeto, neces-
sario me cogi ad aulica obeunda; ubi ita me explanabo, ita dilatabo, ut
quamprimum occasionem, quæ se dabit spero non ita multo post, nactus
contraham et subsidam. Quodsi tibi mutasse statum videbor et conditionem §.58.
alterasse, animi affectus non videbor: ita dabo operam enim, Huttenus
perpetuo ut sim, neve unquam desertor mei inveniar; sed æqualiter per
inæquales vitæ actus ut deambulem. Sine igitur ad tempus illis me ven- §.59.
ditem curionibus; sine paulisper ineptum esse: sic enim ille apud Cice-
ronem hanc sibi veniam deposcit: sine, inquam, inservire temporibus. nisi
hoc tu indulgeas, cogor præter imperatoris iussum stationem deserere:
sed puto sines, aut consilium etiam dabis, quo mea me rapit fortuna, aut
quo fatum potius, eo ferri; quippe feror, sed non invitus; ducor, sed co-
mite ratione, nullo impetu; neque ita feror, ut non quamprimum volam,
aut receptui canat illa vitæ dux ratio, pedem referre liceat, ac satietate
istiusmodi rerum percepta in tutum me recipere ac ex ista navigatione in
portum aliquem subducere. Præterea non hæ sunt intemperiæ, ut quieti §.60.
tumultus præferam, sed ante illam hos experiri cogito. Quid 'cogito' dixi?

---

[1] Quo res *etc.*] Vergil. Aen. II. 322. [6] parata *5.6.* [7] corporis (*pro* torp.) *5.6.* [20] internuntiis *3...6.* [25] animi aff. non videbor] i. e. alterasse. *Possis etiam* et conditionem, alterasse animi aff. [26] ut *omis. 5.6.* [28] curionibus] i. e. aulicis, curialibus. [28.29] Cic. de orat. I. 24.

imo, ut prius, necessitate quadam cogor: per aliquot enim iubeor honorum gradus decurrere, priusquam me his subtraham turbis: ubi siquæ exhauriendæ molestiæ sunt, iam illarum mihi patientiam indixi; ac his utar tanquam ex promptuario desumptis, quæ in schola, quæ peregre didici, æquanimiter ut feram omnia, neque ad quemlibet ex diverso motum dis-
§. 61. solvar: sic consuevi enim ac me induravi, et pati strepitus, pati etiam insultus scio, ac divexationes sustinere non imperite calleo, animumque
§. 62. disposui et æquanimitatem indui. Porro mala si possem fugere, quæ vellem prius quam illa corporis, morbos puto qui me aliquando movent, nunquam dimovent? si convellere enim possent animum, iam mihi omnem studiorum curam abolevissent, cum nullam ob vitæ intemperantiam, quod sciunt qui mecum versantur, sed studio ac peregrinatione stomachi imbecillitatem contraxerim et corpus infirmum reddiderim; quod et in peregrinatione multa sustinui incommoda, nunc frigus et æstum acerbius, nunc famem et sitim frequentius, aliquando nimiam itinerando fatigationem perpessus. quæ præter ob nimium e vulneribus emissum sanguinem virium
§. 63. corporis exinanitio, et nativi roboris attenuatio accessit. Cæterum quæ tu obiicis terricula, non movent; quippe animo composito qui est, ille ubique tranquillum, ubique secessum et solitudinem habet; nam quæ auribus circumstrepunt, nihil ad animum: quapropter in mediis illis aulæ tumul-
§. 64. tibus credo non defuturam mihi summam interdum quietem. Quodue pluribus tibi persuadeam, scias a nullo me hic bono magis abfuisse hoc anno, quam ab illa studiorum quiete, et tamen studiosum fuisse plurimum. at habuit hic annus multum curæ ac sollicitudinis, dum me vestio, dum exorno, dum ceremonias aulicas edisco, et curialem disciplinam imbibo; dum me aulicis moribus apto, dum equis ac armis instruo, eiusque rei gratia ubilibet amicos ac propinquos sollicito, et cuiuslibet operam deposco, ac ipse curro et discurro; quare non ita multum ademptur um mihi
§. 65. studii reliquum tempus metuo. Certe hactenus bene cessit, nam et amicos salutavi literis, et legi ac scripsi, atque aliquot, ut vides, opuscula.
§. 66. quorum nunc orationem ad principes exhortatoriam mitto ad te editam. 'Ut scripseras'? inquis. Minime. atque hoc est quod doleo, non licere mihi quod opus maxime fuit, hoc tempore loqui aut scribere: mança est igitur et partem sui meliorem per deos, quæque imprimis desyderari potuit, infœlix illa declamatio perdidit; non vitio quidem meo, sed eorum

---

[1] immo *4...6.* [12] et *edd. deleto H. adscr.* ac [16] , quę pręter ob *A. corr. H. sic:* . *Quæ præter, ob* [17] rvboris *5.* ruboris *6.* [22] heic *4.* huic *5. 6.* [24] solicitudinis *B.* et solicitudinis *5. 6.* [25] cærimonias *4...6.* [27] sollicito, ac *H. corr.* et *sequens & in* ac *tum iterum* ac *in* et [28] multum] *corr. H. ex* plus *A. sqq.* [30] atque] *corr. H. ex* et *A. Post* opuscula *edd. habent* elucubravi, *quod H. delevit.* [31] ad te] *H. fecit ex* tibi *A.* [31. 34] manca est] *cf. supra ad p.* 185. v. 20. [34] desiderari *et ubique* i *3...6.* inprimis desiderari *5. 6.*

qui ne suam quidem causam libere agi sustinent: adeo invisa res est hoc §. 67. tempore dicendi libertas; adeo Germania esse desiit Germania; et nunc facillime probatur, qui plurimum assentari consuevit; contra odio digni videntur qui veritati student. ἐγὼ δ' ἀγεννοῦς ἀνδρὸς ἔργον ἡγοῦμαι τὸ μὴ ἀληθές, εἰ καὶ μέγας ἀνθιστῆται κίνδυνος διαγορεύειν. sed mihi, si dignitatem habere volo, et vitam habere si volo, officium boni viri implere non licet. Verum plus nimio de iis quæ dolorem ex- §. 68. ulcerant meum, quorumque in contemplationem si me demittam penitus, non probavero tantum quod tu suades, ut mihi et Musis vivam, sed confestim etiam ac repente si liceat aggrediar; quanquam, ut plane intelligas quid proponam, adhuc aliquam mihi quietem, aliquod his studiis ocium prospicio. Tantum abest, ut inter aulicos sycophantas, quod tu ca- §. 69. ves in epistola tua, consenescere cogitem, neque id modo, sed et diutissime versari ut decreverim. ubi fateor aliquid in fortuna situm est, ut ubique et per omnia. quæ si male mihi volet etiam, consolationem hoc adferet, quod hanc iaciens aleam nihil periculosius feci, quam si quodcunque aliud vitæ genus instituissem: ideo perinde mecum agitur, ac cum illis in taxillorum ludo securi de lucro ac damno qui sunt, quod aut nihil est, aut parum quod perdere possunt. 'Tempus' inquis 'perdideris'. Non ma- §. 70. gis, quam si peregrinarer, aut aliquanto minus etiam: nam ibi anxie omnia, sine cura nihil cedebat, modo de viatico sollicite cogitanti, modo in periculis agenti vitam, quam terra et aquis in discrimine frequenter habui; nonnunquam eo res mihi redibat, ut quod ederem non haberem, multo minus quo vestirer. miram enim tragœdiam audias, quanquam audisti aliquando fabulæ partem; sed ea quæ tum alibi, tum vel præcipue in Italia (ubi penuria viatici militare etiam coactus sum) dura pertuli, ordine si tibi recenseam, mira et supra fidem lugubrem tragœdiam audias. Quod si scias §. 71. et rem ut est intuearis, tantopere abhorrendum ab aula non putaveris ei qui tot malis induratum gerat animum: nec ita sapiens esse desydero, ut non a fortuna expectationem trahere velim. Iam ab illa enim suspensus teneor, et in rotam me vertendum conieci, expectabundus quo evehar. Certe aut evehet me illa, aut non deprimet. quo posset enim? præsertim cum ea quæ illius sunt mecum, nihili faciam, ea quæ vere mea, auferre non possit. Quæ tibi consolatio satis efficax in dubiis non videtur? non §. 72.

---

[1] invisa] ingrata *edd.* *H. fecit* . . . ıifa   [3] plurimum] *H. fecit ex altero* facillime *edd.* *Pro suo more locum sic corrupit 6.*   [4.5] Ego vero illiberalis viri opus esse id quod verum non est, indico, etsi magnum periculum quo minus (verum) profitearis obstet.   [7] Verum] *H. fecit ex* Et iam *A.*   iis] *H. fec. ex* his *A.*   [15] mala *5. 6.* hoc *H. ad marg. adscr.*   [18] lucro et *5. 6.*   [22] quam] q̃ *A. corr. H.* quã   [26] pertuli *post* Italia *delevit H. et parentheseos signa addidit.*   [27] recenfeã, mirã *A. corr. H.:* . Mira.   [28] obhorrendum *6.*   [29] nec *H. fecit* . Nec   [30] non aliquam *edd.* aliquam *H. delevit.* exspectationem *4...6.*   trahere velim] *H.* trahere u.....   traham. *edd.*   [33] aufferre *5. 6.*

magna fiducia, posse augeri, non posse minui? Facultates namque ut sunt,
si evertantur etiam, non multum admodum periisse mihi duxero; ita illas
enim æstimo, ut sive omnino pereant, sive non augeantur, perinde censeam,
certus aut amplioribus esse opus mihi, aut istas non satis esse: quamvis
non sunt angustissimæ illæ; sed meus se animus amplius explanat quam tales
§. 73. curæ. Ecce autem quia mea omnis dignitas ex animo est mihi, inque animo,
fortunæ iuris nihil esse in illam compertum habeo. porro nobilitatem au-
gere magnifice potest, minuere nullo opere potest. Vides quibus in firma-
mentis qua fiducia consistam, quibus me præsidiis circumdederim, quibus
copiis instructus sim? 'At fortuna quod dedit, eadem aufert plerumque'.
Sic est, nec id solum, verum etiam si quid est quod illi acceptum non
referimus; neque ego quicquam earum rerum quæ exterius homini adsunt,
§. 74. esse video quod non casibus expositum habeamus. Iam honores ambio,
quos, si liceat, citra invidiam velim indipisci, sin autem, utcunque. tum
quædam me tenet non minima gloriæ sitis, ut nobilitari quantum possim
cupiam. ac male mihi sit, Bilibalde, nobilem si me puto, quanquam hoc
ordine, hac familia, his ortus parentibus, nisi me ipse fecero meapte in-
§. 75. dustria: quippe maius opus moveo; altius meditor: non quidem in editio-
rem splendidioris familiæ locum ut transeam, sed aliunde ut quæram no-
bilitatis, de qua hauriam scaturiginem, id puta, ut non ex imaginariis iſ-
lis nobilibus tantum censear, aut eo quod a maioribus meis accepi, con-
tentus sim, verum aliquid ad istas dotes, quod a me in posteros profici-
§. 76. scatur, adiecisse videar. Qua in re quanquam non omnia fortunæ sint, ali-
quod illa tamen ibi momentum habet; ac nescio, an id multum etiam pos-
sit. vides enim quibus adminiculis qui aliquando clarescunt; quod etsi non
sine virtutis plerumque iniuria fit, communem tamen accusationem effugit.
sed hoc genus nobilitatis, quod totum a fortuna est, nec affecto, ut fri-
§. 77. volum, nec eo mihi opus video. Quædam sunt quibus, invita fortuna, ipsa
etiam virtus non emergit; atque ibi illam verti rotam cupio, illam intueor
cæcam deam, insanam moderatricem, omnis motus, omnis varietatis regi-
nam, temere se circumferentem, infirme consistentem, volatilem, mobilem,
mutabilem, versatilem, inconstantem, incertam, vagabundam, et quæ in
illius contumeliam fingi possunt alia; ibi, inquam, opus esse mihi casibus,
§. 78. opus esse aliquo puto secundo rotatu, ut evehar, ut provehar. Atque eo
studium, eo operam adverto ac intendo: diversus opinione ab illis, qui

---

[5.6] ,q̃; vt intra has habitaturũ me ſperẽ. *A. quod H. induxit adscribens* quã ta-
les ..... [6] Ecce autem] Deinde *edd. corr. H.* Ecce aũ.. [17] meapte] me apte *5. 6.*
[18] .Non qt..... *adscr. H.* [19] ut quæram *H. ex* quęrere *edd.* [20] ſatagẽs *A. quo
deleto H. scripsit* id puta *utrumque recepit 6.* [21] meis] mei *6.* [21] id *in marg. add. H.*
[26] fit *corr. H.* fiat *A.* [29] intuear *5. 6.* [31] volatilem .... inc. *omisit 6.* [35] ac] et
5. 6. ,diuersus *A.* *corr. H.* .Diuerſ. qui] *ad* q *A. in marg. H. adscripsit* ...is

quodcunque est, it satis ducunt; nam mihi tale nihil satis est. In quo ut ambitionis confessionem ipse tibi non tortus, ne rogatus quidem edidi, ita illis non invideo, quos ab infimo progressos meam transcendisse contigit sortem; et ab hominibus mei ordinis valde dissentio, eos qui sordida quidem origine, sed virtutis ope eluxerunt, criminari solitis; optimo enim iure præferuntur nobis qui materiam gloriæ, quam pro neglecto ipsi habuimus, sibi desumpserunt et occuparunt, etiam fullonum aut cerdonum filii si sint; quandoquidem maiori hoc difficultate, quam nos potuimus, adsequuti sunt. Non tantum stultus est igitur illiteratus quispiam, ei qui literis enituit in- §. 79.
videns, sed miser etiam est, aut miserrimus potius. quo vitio peculiariter nostra laborat nobilitas, ut adversus huiuscemodi ornamenta oblique afficiatur. at quæ per Christum invidia est, hæc habere aliquem, nos quæ neglexinus? Cur non enim didicimus leges, didicimus literas, atque optimas artes cur non ipsi didicimus, quo minus fieret, ut nobis sutores, nobis fullones et carpentarii illi præirent? cur locum cessimus, cur liberales disciplinas ad servitia et illas (proh ignaviam) sordes ablegavimus? recte igi- §. 80.
tur quod nobilitatis erat, desertum a nobis, studiosissimus quisque invasit ac sua industria usu cepit: nos miseri, qui tantum omittimus, quantum infimo cuique supra nos evolandi satis est. quin desinimus invidere igitur, aut ipsi potius hæc conamur quæ ingenti nostro cum pudore aliorum fiunt: omnium est enim quod derelictum est, aut quo omnibus patet aditus; quem nobis quanto quam istis occupare facilius fuit, nisi ultro nollemus clarescere; nisi alia nobis multo his inferiora curæ essent; nisi per torporem et ignaviam desideremus. gloriæ vero omnis honesta est ambitio: omne §. 81.
circa virtutem laudabile certamen; quanquam est et suus generi honor, suumque adfert et ipsum decus; nec illæ penitus contemnendæ imagines, illa sine ornamento sunt stemmata: sed quicquid horum est, proprium non habemus, nisi nostris quibusdam meritis nobis conciliemus; nec adhæret, nisi in similes sui mores incidat nobilitas: quare frustra pinguem aliquem et crassum ex illis patremfamilias, maiorum tibi suorum statuas ostentantem videas, cum ipse desideat interim, magis trunco similis, quam ut cum illorum qui præluxerunt virtute conferendus veniat. Atque hæc de §. 82.
mea ambitione, cuius tibi rationem ut copiose ita ingenue reddidi. superest te rogem, ab aula ne me nisi maturum abripias ac decerpas, quandoquidem ipsam maturuisse velles Aulam, antequam mihi sic excidisset; ac de meo incepto ut melius omineris, et me agere aliquid sinas, his annis, hoc in flore, vel hominum opinionis habita ratione, qui meum hoc

---

7. 8 sint. Qūādoq͡dem *A., sed H. corr.* ,quād. maiore *5. 6.* 11. 12 adficiatur *4...6.* 14 dedicimus *6.* 18 cępit *AB.* cœpit *3.* 20 cum *edd. omiss. adscr. H.* 24 .Om *H. in marg.* .27 sunt *add. H. in marg.* 28 illud nobis *edd.* illud *delevit H.* 30 maiorem *6.* 31 cum *omis. 5. 6.* 32 veniat atq; *A. H. corr.* .Atq; 35 Aulam] dialogum.

ocium sinistre volent interpretari, si capessam ante tempus: cum, etiam si
quiescere instituam, id multis de causis, quarum tibi vix capita exposui, vix
§. 83. nomenculaturam feci, non possim. Age vero considera, mi Bilibalde, quid
alium aliquem, et me quid deceat: iam illud Senecæ quam non negligendum:
'Et quiescenti' inquit 'agendum, et agenti quiescendum'. porro quis
velit hoc tempore imitari veteres illos Stoicos a rerum actibus tanquam a
vitæ quadam peste refugientes, ut se in profundam illam et infructuosam
quietem non abscondat tantum, sed defodiat etiam? aut cum quibusdam sen-
§. 84. tire quis posset circa philosophiæ studium insanientibus Cynicis? Præterea
tot omnium ordinum optimæ spei iuvenes æquales meos circa gloriæ quæ-
stum desudare cum videas et ipsum te mihi exemplo præiisse scias, adeo
ferreum esse iubebis, ut nullo et ipse emulationis studio tenear, nulla veræ
§. 85. laudis affectatione inciter? Tunc ista tua erudita commonitione uti debebas,
cum annos agentem in Italia prope quatuor ac magna rectiorum studiorum
iactura Accursianum absynthium perpotantem perdere tempus videres. sed
tunc non sic noras, nondum familiarem habebas: admitto excusationem,
ac te erroris etiam, nedum culpæ, absolvo, hac lege ut tu ad meam vicis-
sim ambitionem, meam stultitiam conniveas; et vel aliquot annos hanc mihi
utendam aulam permittas, a cuius adytis tanquam interdicto ita me sum-
§. 86. moves. Quem tuum rigorem mitigare quæso velis. caute tractabo hanc
conditionem. ne dubita, sic adscendam, nulli ut me præcipitio temere
committam. vel etiam in plano versabor; quæ tutissima est, in ea me parte
quantum fieri poterit continebo. Ita iam firmavi me, ita communivi. Vis
magnifice aliquid audire etiam? quanquam ut non velis, dicam; ista tua
syncera epistola facile omnia cum extorqueas mihi, 'dicam' aio: uno eodem-
que tempore et facto honores et sequi posse videor et contemnere: habes
§. 87. summam; nihil restat. Ubi iste efferbuerit, quo me flagrare æstu intelli-
gis, ac illam ego, quam toties memoro, necessitatem prosequutus satis
fuero et iam aliquid peractum erit, quo me vixisse testatum esse possit,
tunc in hominum oblivionem te suasore decumbam, tunc quietem, tunc
volentibus diis tranquillum ipsum appetam: tunc in aliquem me angulum
proripiam, in aliquem abstrudam tranquillitatis specum, unde in hominum
curas ac negocia prospiciam, et istos tecum rideam fastu et superbia tu-

---

[3] nomenclaturam *4...6.* [4] Senecæ] epist. I. 3. i. f. [8] quibusdam *fecit H. ex* illis *edd.* [9] infaniētes Cynicos *A. 3. correx. H.* [11] ipse *6. ex Hutteni emendatione quæ huc non pertinet, sed ad sequens editorum* ipsum. [12] tenear *fecit H. ex* teneri *edd.* [13] inciter *fecit H. ex* incitari voles *editorum.* [15] potātē *A. et sqq. quod H. corr.* perpot *unde* perpetuo potantem *dedit qui perpetuo ipse potabat olim 6.* cf. p. 175. [17] hac lege *edd. omiss. addid. H.* [19] permittis *5. 6.* [22] vel etiam *omiss. edd. addid. H. sic:* ..l etiā. [23] communi vi *3.* [25] sincera *A. sqq. H. correx.* syncera. [27] .Nihil *corr. H.* [28] memoro] retracto *A. sqq. H. corr.* ...moro *unde 6* moro *fecit.* [32] præripiam *4...6.*

mentes aulicos, illos pictura tenus nobiles, illos librorum strue exultantes iureconsultos, illos qui se in nugis admirantur, theologistas. quorum nunc §. 88.
concinnatas in me figuras non obscure intelligo, et ad biliosum cuiusdam σχῆμα interprete non egeo; qui si sciret quam nihil faciat, dum hoc facit, et meo animo quam nullos morsus hæc maledicta conciteut, tantum operæ non perderet, tantam olei impensam non faceret, cum frustra fieri videret. Proscindunt me hic iurisprudentes, ut sibi videntur, quidam, ce- §. 89.
rebrosi illi ac stolidi homines, ob Nihil et Neminem fabulam. Hui si audias, qui de me sermones, quæ fabulæ sunt, quam infœlix Nemo totas sibi adeo cœnas, in ipsas nonnunquam comessationes productas vendicet. coniurarunt inepti nullam mihi posthac operam impertituros: in tantum ægre ferunt hanc fictionem: novi quibus symposiis qui homines quam licenter contra absentem invecti sint: quibus ego medium digitum ostendo, sic insipientibus, ut in nugis tragœdiam agant. An tu sana mente ali- §. 90.
quem existimas hoc moveri nugamento? Venerunt ad me qui et ipsi doctores sunt, sed doctiores quam isti quos dixi, ac risu pene diruptos se in lectione Neminis dixerunt: sani illi, ac nihil ad se pertinere arbitrantes quæ in temporum vicia a nobis declamantur. Tu istic siquos videbis im- §. 91.
placatius irasci, intercede, deprecare pœnam misero mihi: dic Neminem esse qui hanc moveat Camerinam, hoc tangat bidental; quid ad Huttenum, inquiens, Iasonis autoritati si quis Nemo refragatur, aut Accursium incessit, et ante Bartholi sepulchrum siquis Nihil qui est non congemdavit? Facile impetrabis mihi vitam aut supplicium deprecaberis; quodsi læsam maiestatem interpretabuntur, ac perduellionis accersent, interroga, num Accursium intellexisse putent, perduellionis crimen quod sit: quo abs te quæsito persequutionem mei deserentes in centum milium singularium glossarum allegamenta palantes egeris. Verum hos nugatores missos facio, et §. 92.
reliquas tuæ epistolæ partes prosequor. Non falsus es opinione, quando scribis, in Aula mea intelligi nonnunquam valde concitatam mihi bilem, cum iamiam acrius insurrecturus essem, præter expectationem repressam: sic enim est: continui me, cum quia ab omnibus passim coniuratum adversus libertatem hoc tempore video, tum vero quia severiorem reprehensionem

---

[2] , quorum *H. corr.*: *. Quorũ* [4] σχῆμα = figuram, habitum. *Ad Gratium Hochstratumve hoc pertinere opinatus est Burckhardus, equidem Moguntinæ diœceseos quendam magistrum nostrum pungere puto.* [7] heic *5. 6.* [7. 8] crebrosi *3.* [9] sunt *4...5.* [10] in *omis. 6.* ipsas *et* comessationes *H. posuit pro* ipsa *et* repotia (re potia *5.*) productas *A. sqq.* vindicet. *4...6.* [11] impetituros *3.* in nug.] Cic. de orat. II. 51. [16] pæne *4...6.* [18] vitia *4...6.* declamentur *6.* [20] moveat Camarinam] paludis fœtorem excitet. tangat *corr. H.* tetigerit *A. sqq.* tangeret *6.* bidental] cf. Horat. art. poet. 471. Pers. sat. 2, 27. [21] Iason.] cf. supra p. 177. accursium *AB.* cf. supra p. cit. [22] Bartoli *3...6.* cf. supra p. cit. sepulcrum *4.* [24] arcessent *4...6.* [26] millium *4...6.* [28] tuæ *omis. 6.* persequor *4...6.* [29] mea] me *5. 6.*

§.93. non ferebat iocus. Stromerum medicum recte doles non contigisse tibi hoc
in transitu hospitem: bonus est, iucundus et dexter; quem virum qui amat,
§.94. is valde se a me amari sciat. Accepi epistolas Novaquilaris; ubi risum
movisti mihi, quando te blesum fingis, in quadam dictione r literam omit-
§.95. tens. De illo, quem ut fugeres suasi, nihil te moror. *ἐκεῖνος μέν ἐςιν ἐκεῖνος.* ego autem optimo animo feci, ut te præmonerem, ne quid incautius ei committeres, 'quem haud scio an recte noveris. Sed nunc ad
§.96. ea quæ velle te scire suspicor. Dimissum est hic concilium, quod an aliquid hominum expectatione dignum pepererit, ignoro; quanquam haud penitus ignoro: nihil enim peperit. legatus pontificis hians lupus discedit, nihil a Germanis pecuniæ referens; quod ut recte fieri existimo, ita valde improbo, de bello Turcico nemini curam esse. atque igitur, ita me salus servet, ut velim ad ipsum Germaniæ limen pulsare nos Turcas, quo isti
§.97. excitentur aliquando cunctatores. De mea valetudine hoc accipe. Præsentissima est a ligno medicina, quod adhuc dubitamus quo nomine appellandum sit: hebeno in multis simile est, in quibusdam buxo; non hebenus tamen est, unum hoc scimus. Ipse miris modis convalesco: gratiæ Christo primum, deinde Fucheris, aut quiqui sunt quibus perferentibus salutarem contra pestilentem et tot iam annos conclamatum a medicis morbum mede-
§.98. lam accepimus. Maxima cibi, potus, ac omnium eorum quæ corpus non delectant modo, sed fovent etiam ac nutriunt, abstinentia curationem hanc experimur. præterea vitatio aeris tanta est, ut rimæ omnes occludantur cu-
§.99. biculi eius in quod demittitur quis. Totum iam mensem abstemius sum, cuius ad umbilicum in dies singulos dimidium pulli gallinacei prandium fuit; cœna nulla fuit; post largius accessit in cœnam reliquum dimidium; panis in diem qui uncias quinque non excedat, apponitur; absque sale hoc quicquid est et quam exiguum est edo, nec alio præter illud ligni decoctum in
§.100. potu liquore utor. Cum tibi interim satis attenuari non videor, quia *ἀπέχεσθαι τῶν ἀφροδισίων* horteris, quem si videas, ut palleam, ut macer
§.101. et exuccus sim, nihil tale suspiceris. De morbo videlicet non magnopere curandum posthac, *εἰ τἄλλά μοι κατὰ νοῦν γενήσοιντο.* Ad quod bene

---

[1] Henricus Stromer Aurbachius Huttenum amicum ad Misaulum scribendum impulerat. [3] Novaquilaris] Hermanni de Nenenar. [4] blæsum *4...6.* destinctione (*pro* dict.) *5.6.* [5] Ille quidem est ille. [6] ego *A. corr. H.* . Ego [9] peperit *5.6.* [10] legatus pont.] Thomas Caietanus cardinalis. [11] non tã improbo, q̃; irafcor *A. delevit H. posuitque* ut recte f..... | istimo, ... | de impr.... [15] Medicina *A. corr. H.* m quo nomine] Insequenti anno Huttenus scripsit de ligno Guaiaco, quod est lignum sanctum (nobis *Pockholz*), celebratissimam dissertationem. [17] tñ eft vnũ hoc *A. sed H. inter* vnũ *et* hoc *interposuit commatis signum.* , gratię *A. corr H.* . Gratiæ [18] fucheris *AB.* [22] æris tanto *6.* [26] & abfq; *A. sed H.* et *delevit.* [28] , cum *A. sed H. corr.* . C videar *edd. sed H. corr.* videor *ἀπέχ. κτλ.*] abstinere a rebus venereis. [29] *ante* ut *comma posuit H.* [30] suspicieris *6.* [31] si cetera mihi ex animo successerint.

mihi precaris, quod gaudeo et exulto; quandam meam enim gloriam duco
abs te tali tantoque viro amari. Invisunt me viri hic clari et nobiles multi; §.102.
inter quos est Ulrichus comes de Helfensteyn, non tam generis antiquitate,
quam literarum peritia illustris; et Iacobus de Bannisiis, vir imprimis do-
ctus ac eloquens, quo de illud sentire consuevi, quod de Nestore Agamem-
non: opto enim, ut decem tales habeat Cæsar consultores, quod si a Christo
opt. max. impetrem, nihil magnopere sollicitus fuero, quomodo optimum
in statum redigatur Germania. Solebant præterea accedere me complures, §.103.
antequam solveretur conventus eorum qui in principum aulis versantur.
multum etiam mecum est Iacobus Spiegel, homo aliis gratus, mihi valde
iucundus etiam et suavis. item Chunradus Pentinger, quicum vetus mihi
iam, ut nosti, consuetudo est: quanquam hunc mihi negotia, quibus obrui-
tur, homo alioqui studiosorum omnium ac nostri plurimum generis obser-
vantissimus, eripiunt et extrahunt. Hospitio fruor honorati viri Georgii §.104.
Gros canonici, in cuius me domum abseutis induxit necessarius meus Io-
annes de Wirspergk, et ipse hic canonicus ac officialis, tunc cum sua do-
mus capax hospitis non esset; qui sic me amat ut qui plurimum, idque ob
commendata illi primum studia mea ab Andrea et Iacobo Fuchs, optimis
ac clarissimis viris; deinde quod anno proximo una cum Georgio de Streyt-
pergk, equite et iureconsulto, ex Italia veniens casu in illius domum di-
verteram; quod non credis quam illi gratum acciderit: quare adhuc singu- §.105.
lariter colit et amplectitur; quod ex animo fieri ab illo vel idcirco mihi fa-
cile persuadeo, quod ut a iactatione et illis vulgo magnifice obvolventibus
se fumis abhorret, ita re ipsa amicum se ostendit; frequens mihi in hoc

---

[1] quamdam en. gl. meam d. *6.* [2] heic *6.* clari ac *H corr.* et [3] Helfenstein *B. sqq.* Bonarum artium litteratorumque fautor, cui Pirckheimerus Plutarchum de curiositate Latine versum dedicavit. cf. Pirckh. Opp. p. 243. [4] Iac. de Bannisiis, decanus Tridentinus, ex superioribus notus Hutteni fautor. [6] consultatores *6.* [9] Conventus *A. sed H. corr.* c [10] Iac. Spiegel Selestadiensis, Beati Rhenani ex sorore nepos, Wimphelingii Zasiique discipulus, postmodum Carolo V. a consiliis, item supra sæpius memoratus. [11] Chunr. Peutinger. cf. supra p. 173. sq. quocum *4.* [14] et *fecit H. ex* ac. [14.15] Georg. Gros, canonici Augustensis, ceterum incelebris viri, familia non incelebri oriundi. [16] Io. de Wirsberg, Franconiæ superioris nobili genere prognatus quomodo affinitate Hutteno coniunctus fuerit, non vacat inquirere. Memoratur commissarius in Ioa. Genderi causa matrimonium monialis respiciente a Cochlæo apud Heumann. Docum. litt. Altorf. 1758. 8°. p. 45. comm. isagog. [17] , cũ me ipſe amet vt q *A. quod H. corr.* .... sic me a ..... ut q. quum me ipse amet ut qui plurimum *4...6.* [18] illa *6.* *Post* mea *et* viris *commata pos. H.* De fratribus Fuchs, nobilibus Franconibus, et præcipue de Iacobo, Hutteno amicissimo, satis ex hoc ipso epistolarum volumine constat. [19.20] Streytbergk *B.* Strettpergk *4.* Streitberg, Franconiæ superioris vicus, hodieque rudera arcis habet, quæ nobili generi nomen dedit. [20] illis *6.* [21] quod] *hic et ad sq.* quod *H. videtur adnotasse* . Quod *nisi quid præmiserat etiam.* [24] , frequens *A. in* F *mutasse videtur H.*

valetudinario adfuit, etiam tunc cum ob morbi fœditatem spurcissime fœte-
rem: nam et aliquot sæpe horas adsedit miscendo iucundas de more fabu-
las, et necessaria omnia ut affatim suppeterent optima diligentia providit.
quo nomine gratum mihi facies, si huc scribens aliquando literis hominem
salutaveris. amat omnes bonos, literatos imprimis; multisque in Italiam
misit cum reliqua mea opuscula, tum musteum illum adhuc et intempesti-
vum dialogum: scilicet hunc tibi commendo, ut tu eum commendes tuis,
§.106. hoc est Musis et literis. Præterea ventitare ad me solent Augustensis Egi-
dius Remus, quicum Papiæ olim studui, tunc cum uno sub magistro Græ-
carum literarum studio initiaremur, et Italici generis Trebatius Vicentinus,
homo Græce et Latine egregie eruditus, et cui illud solum desit, quod ab
eruditione inflatus non est; ac Ioannes Fœniseca, reconditarum artium et
§.107. secretioris philosophiæ doctrina eximius. Fama defertur huc novum in-
strumentum ab Erasmo iterum esse revisum ac interpolatum denuo, et alia
quædam nova illius opuscula prodiisse in lucem. Quod miror tam sero
adferri huc quæ in literis nova sunt. Iulium Pollucem, Hesychium, et alios
libros abs te missos accepi: ubi tuam in meis rebus diligentiam perspexi.
§.108. Cum hæc scriberem, altera mihi tua epistola reddita est, in qua perconta-
ris de Volha fluvio, quem sic vocat autor libelli de duabus Sarmatiis in-
scripti. cum enim scribat ille maximum esse hunc fluvium, multo etiam
quam Tanaim maiorem, et immensum Asiæ spacium obire, deinde in Eu-
xinum effundi, scire vis quem hunc esse ex illis quos antiqui commemo-
§.109. rant, suspicari liceat. Mihi nuper legenti hunc libellum eadem obiecta du-
bitatio est; quod cum anxie magis quam pro re inquirerem, peropportune
accidit, notus mihi ut fieret clarus eques, Segimundus de Herbersteyn, Cæ-

---

[7] dialogum] de aulica vita, qualem superior Pirckheimeri epistola esse indicat. [8. 9] Aegidius Remus *(Rehm)* patricius Augustensis, postea episcopus Chiemensis factus, mortuus est a. 1547. „Aegidius Rem SS. Theol. D. Can. Passaviensis instit. a. 1520. administ. an. 16". Bucelini Germania sacra, in qua archiep. episc. &c. Aug. Vind. 1655. fol. p. 49. inter episc. Chiemenses 27. [9] quocum *4...6.* [10] TEBBATIVS *6.* Vincentius *3.* secundum Iöcher. Bernardus Trebatius, Vicentiæ natus, Horapollinis hieroglyphica Latine vertit. [12] est *fecit H. ex* sit Tœniseca *5.* De Ioa. Fœniseca *(Mader)* Augustensi Adelung. ad Iöcher. refert eum edidisse Psychomachiam religiosi Prudentii, Augustæ 1506. et Quadratum sapientiæ, ibid. a. 1515. 4⁰. [13. 14] Novum instrumentum Erasmi primum prodierat Basil. ap. Froben. a. 1516. in fol. cf. p. 103. [16] Pollucem, Hesychium] utrumque proculdubio ex editione Aldina Venetiis illum a. 1502., hunc 1514. expressum in fol. [17] de (*pro* te) *5. 6.* [21] spatium *4...6.* [25] Sigemundus *edd., sed H. corr.* Segim Herberstein *B.* Hic liber baro natus est Vippaci Stiriæ a. 1486., doctus eques et orator Cæsaris eidemque a consiliis intimis, a. 1517. in Poloniam Russiamque ab imp. legatus, a. 1566. obiit. Vitam suam et Commentarios de rebus Moscoviticis ipse scripsit. Illam edid. Th. G. a Karajan inter 'Fontes rerum Austriacarum'. vol. I. *Wien* 1855. 8⁰. p. 69...396.

sari a consiliis: nam is hieme proxima Cæsaris ad Moscorum principem orator fuit, et magnam Scythiæ illius partem peragravit ac in ipsam usque Asiam barbaricum pervagatus est. Is me tunc docuit, quod ante coniicie- §.110.
bam tantum, non affirmabam etiam, quem Volham Mosci, apud quos oritur, vocant, eum esse qui apud Ptolomeum Rha legitur; sed autorem Sarmaticæ cosmographiæ in hoc lapsum, quod non in Euxinum, sed in Caspium pelagus defertur Rha, seque Budæ apud Ungaros in bibliotheca Matthiæ regis Græce ac vetustis admodum characteribus conscriptam Ptolomei Geographiam vidisse, in qua non ῥᾶ, ut interpres vertit, sed ῥᾶς ποταμὸς legatur. Idem Segimundus miræ in illius Sarmatæ libello rei fidem mihi §.111.
fecit, et iuxta persuasit, non esse Rypheos, non esse Hyperboreos montes. Quod ob id facile mihi accidit, quod Moscorum ideoma, cum quo alioqui convenit plurimum ea lingua quam Illyrici et quidam in Carnis, cuias ille est, loquuntur, callet Sigemundus, ac rem ut studiose perquisivit, ita linguæ commercio fretus discere facile potuit, et falli difficulter potuit, præsertim multos diversis in locis cum super hac re quæsitos haberet ac nullas plurimorum inter se collatas discrepare confessiones inveniret. Quo accedit §.112.
illud, quod cum ipse Tanais fontes circuiverit, ac ad Volham ipsum accesserit, nullos tamen montes vidit, nec in miliaribus iuxta ducentis Germanicis circumcircum facta inquisitione ullos esse audivit, cum hoc Moscos, si uspiam aliqui essent, latere non posset, ut qui latissime divagantur ac brevi tempore maxima statim itinera perficiunt, et ita amplum sit Mosco imperium, ut maximam intra hoc illorum montium partem concludi oportuerit. Certe iureiurando affirmat in regia Mosci, ubi multa comperta in §.113.
commentarios digessit, omnes dicere frivola esse et conficta quæ his de montibus et opinentur homines, et prodiderint veteres: omnes enim illas regiones esse planas, neque usquam montes occurrere, quantumcunque late in septentrionem quis expacietur: nisi quos ipse quoque vidit, humiles quosdam colliculos in montium numero ponere quis velit. Quod me au- §.114.
dientem attonitum prope reddidit: rem adeo hominum opinioni infixam, adeo præclarissimorum virorum literis decantatam, in fabulas abire, in nugas, et nullam penitus esse, aut si fuerit, esse desiisse. Tu cui vacat, utpote ab aula libero, a negociis soluto, acervos librorum invade, et excute ac illos

---

[1] hyeme *3.* [3] asiam *AB.* coniiceibatur *3.* [4] tantum *omiss. edd. addid. H.* etiam *addid. H.* [5] Ptolomæum *A...* [8] Ptolomæi *3...* [10] *Iterum* Segim *corr. H.* [11] ripheos *A.* Ryph *H.* Ryphæos *4.* hiperboreos *A. 3.* Hyp *H.* [12] idioma *3...6.* *ex* cui *H. fecit* cum qua [12.13] ...*a*lioqui *adser H.* cui convenit *edd.* cui alioqui convenit *6.* [13] carnis *AB. sed H. corr.* C [14] Sigemundus *h. l. non corr. H.* [15] *comma post* fretus *adiecit H.* [16] haberet *fecit H. pro* habuerit, *et paullo post* inveniret *pro* inuenerit. [19] milliaribus *4...6.* *comma post* Germanicis *adser. H.* [25] nihil sciri, sed *ante* omnes *delevit H.* [28] expatietur *B.* expatiet *3.* exspatietur *4...6.* ,nisi *A. sed H.* .Nisi [32] *comma ante* esse *adser. H.* esse *omis. 4...6.* vocat *5. 6.*

§.115. nobis, Ryphæos, illos Hyperboreos montes explica. Accessit me heri, Basilea
veniens, non visus ante Oecolampadius, dentatus theologus; cuius dentibus,
trium linguarum scripturas avidius ruminantibus, edentuli illi invident. di-
xit Erasmum ad Brabantinos suos rediisse, meum Neminem in officina Fro-
beniana denuo excusum typis. O perverse officiosos calcographos istos, te-
merarium genus hominum! Iam Gallias pervagabuntur et ulcerosis illis theo-
logis ac ad omnem facile contactum offendi solitis obiicientur nugæ: male
consultum erit Hutteno: heu mihi, perii, actum est! iam in articulos istud
mihi redit negocium; tanti constiterit hoc nugari. Consule in medium, Bi-
§.116. libalde: amico opus est, consultore opus. Eckius proscibit Carlostadium,
civem meum, probum theologum; eidem cum Luthero bellum est; Luthero
cum multis: en viros theologos impactis mutuo genuinis se concerpentes.
multa Erasmum monet Eckius, ad quæ ille (quid faceret aliud enim?) Eras-
§.117. mum præstat. Nudiustertius alvum mihi duxerunt medici; is curationi
huic colophon imponitur, postea enim aer admittitur et vinum, sed non-
nisi valde dilutum sumitur, largiusque prandium apponitur, quanquam
aliquantum adhuc intra edendi aviditatis terminos continemur ne cui alvus
§.118. repentina. Oecolampadius salutare te iussit. credo concionatorem aget hic.
Guilielmus Budæus, nobilium in Gallia doctissimus, doctorum nobilissimus,
annotationes in Pandectas prosequitur. exilui gaudio re intellecta. Ecce
tibi duos eadem tempestate Hercules, immanissimarum profligatores pestium,
καὶ ὡς εἰπεῖν τρὶς ἀλεξικάκους, Budæum et Erasmum, inter quos omnia
prius commisero, comparationem quam moliri ausus fuero: debellavit ille
Accursii in Gallia posteritatem et omne radicitus extirpavit Bartholistarum
genus, hic theologiæ fumum obiicientes barbaros facto impetu oppressit,
§.119. et sacris literis diem reddidit, lucem invexit. Adde Fabrum, qui philoso-
phiam exquisite fabrefecit illustrato Aristotele. adde Copum et Ruellium:

---

[1] *magnas* R *et* Hy *adscr. H.* ripheos *B.* Ryphæos *4.* explica *H. pro* inqre *A.* Basilæa *3.* [2] De Ioa. Oecolampadio *(Hausschein)* satis constat, cum eum Huttenus hanc epistolam componeret, Augustæ Vind. concionatorem factum esse, sed non ita longe post eam civitatem reliquisse. *ante* dentatus *item ante* edentuli *commata adscr. H.* [5] denuo excusum] cf. Ind. bibl. XV. 4. [7] contectū *3.* [10] Carstadium *AB. quod corr. H.* [13] Ekius *B.* quæ] q̄ *A. 3.* quę *B.* quod *4...6.* [13.14] Erasmum præstat] i. e. tacet. [15] *ante* sed *comma pos. H.* [17] ne cui *etc.*] ne quis uberius se pascat. *edd. quod H. sic corr.* ne cui a... | pentina | *unde, cum Celsus II. 8. i. f. scribat* alvus repentina perniciosa est, *Huttenica verba me restituisse puto.* [19] Guil. Budæus] summus ICtus, Græce doctissimus. natus Parisiis a. 1467. maiores magistratus complures gessit, libros adhuc utiles scripsit haud paucos, cælebs obiit a. 1540. [20] adnotationes *4...6.* [22] *καὶ ὡς εἰπ.*] et, ut ita dicam, triplices malorum aversores. [24] Bartolistarum *4...6.* [25] *ante* hic *comma pos. H.* [26] fabrum *A.* Iacobum Fabrum Stapulensem (*d'Etaples* in Picardia) theologum et philosophum eius temporis celebratissimum, a. 1537. vita CI annorum functum. [27] Guil. Copus Basileensis Parisiis medicinam profitebatur, ubi cum eo, ut cum

huius Dioscorides, illius Galenus est. O seculum! o literæ! Iuvat vivere,
etsi quiescere nondum iuvat, Bilibalde. Vigent studia, florent ingenia. Heus
tu, accipe laqueum, barbaries, exilium prospice. Atque hactenus produ- §.120.
xerit epistolæ huius volumen, quod idcirco in longius excrevit, quod nescis
quantum cupiam abs te longissimas accipere literas. Quod fac ut assequar:
tuosque meo nomine saluta cives, eos primum quibuscum notitia mihi intercedit, deinde *πάντας ὅσους ἄξιον*, ac ipse vale, et ut mereris vale:
mereris autem optime. Augustæ. VIII. Caleñ. Novembr. Anno M.D.XVIII.

τέλος.

AVGVSTÆ VINDELICORVM. **LXXXXI.** SEPT.? A. 1518.

VLRICHI DE HVTTEN EQVITIS
AD
HENRICHVM STROMERVM AVRBACCHVM MEDICVM
IN AVLAM SVAM PRÆFATIO.

Næ tu rem mihi periculosam suasisti, Stromer, de vita aulica ut seri- §.1.
berem, hoc potissimum tempore, quo tot agentibus hic principibus tanta
est aulicorum frequentia: quasi ullo modo tutum sit has spinas contrectare
aut consultum eos irritare quibus etiamsi blandus sis, non admodum placeas. Et dic mihi, amicissime hominum, quid te invit in hoc discrimen
abducere amicum, nec in mentem venit, cui me furori obiicias, contra
quam rabiem excites, præsertim aulicum et ipsum nuper factum, ut in aula
iubeas me aulam offendere, et quod dici solet, *ἐν φρέατι κυσὶ μάχεσθαι?*

LXXXXI. *H* = Indicis bibliogr. n°. XVII. A. A = ibid. n°. 1. A* = ibid. n°. 3. B = ibid. n°. 2. C = ibid. n°. 5. 4 = Burckhard. I. p. 133...142. 5 = Wagenseil. n°. XXII. p. 141...144. 6 = Hutt. Münch. III. p. 14...17.

Budæo Ruellioque aliquoties convenit Huttenus (cf. p. 162.). Galeni de affector. locor. notitia libri VI Guil. Copo interprete prodierunt Paris. ap. Henr. Stephanum s. a. 4°. Ioa. Ruellius Suessionensis a. 1474. natus, doctissimus medicus, Fabro Budæoque et Copo amicissimus, eodem quo ille a. 1537. vita functus est. Prima editio versionis Dioscoridis prodiit Paris. ap. H. Stephanum a. 1516. fol.

[1] ,iuuat *A. sed H. corr.* .Iuuat [3] exsilium *4...6.* ,atq; *A. corr. H.* Atq; [6] *post* primum *comma adscr. H.* uoticia *3.* [7] *π. ὅ. ἄ.*] omnes quos decet. ac *et* vale *commatibus inclusit H.* [9] *τέλος omis. 3...6.*

[11] DE] AB *H. 6.* [13] HENRICVM *AC. 4. 5.* Stromerum, med. *6.* AV-|VERBACCHVM *A**. AVVERBACHVM *C.* [14] AVLAM SVAM] Misaulũ suum *H. 6.* *Inscriptionem omis. 4.* Ad Henricum Stromerum Averbachum. *5.* [15] Ne *6.* [16] heic *4. 5.* [17] , quasi] .Quasi *corr. H.* [20] adducere *4. 5.* [21] rabiam *C. corr. H.* prefertim *C. corr. H.* [22] *φῦ φρὲατι κυσὶ μάχεασ A. corr. H.* In puteo cum canibus pugnare dicitur de iis qui cum malo aliquo conflictantur, quod effugere nequeunt. Suid. *ἐν φρέατι.* Zenob. 3, 15. Cf. Hesych. *Ἐν φρέατι κυνομαχεῖν. παροιμία ἐπὶ τῶν δυσφεύκτων.*

§.2. Quid restat aliud igitur, nisi ut me ob istas nugas non in nostra quidem
aula, in qua tuta ac tranquilla sunt omnia, verum ubiubi negocium inces-
serit, ut apud hos rerum dominos agendum sit, ex stipatoribus unus cu-
bito protrudat aut inflicta calce præcipitem eiiciat, deinde fiducia plenus
facti rationem reddat ac causam tueatur, quam mihi impugnare non us-
quequaque oportunum sit, demum ad palinodiam quoque adigat, quam nisi
mox promisero, dentes amisero, nisi tu contra aulicam vesaniam habes me-
dicamentum aut iam parasti helleborum quo furentes illos inebries? Quod
§.3. si est, quæso in tempore consilium cape, ut venienti malo occurras. Sed
vereor ne in medicina non tantus sis, ut hominum affectibus mederi scias.
et iam mihi caput, mihi os, mihi malæ trepidant, ac aliquem videre vi-
deor ex gigantibus regiis pugnum sex librarum stringere, quem iamiam in
§.4. buccam mihi impingat. Quod ubi fiet, tum vereor ne tu in sinum interim
rideas et pro ludo ducas mihi alapas infligi, os obverberari, dentes excuti.
Et fortasse mortis causa si mihi fueris, non magni facies, quod clericus
non sum, ut illo te sagittent canone ecclesiastici patres, 'Siquis suadente
diabolo'. Verum heus tu hominem esse memineris, idque satis existima
quod tibi iratum deum reddat, quandoquidem sic ille dicit 'Quod feceritis
§.5. uni ex minimis meis, mihi feceritis'. Vin deum igitur prodere, cum hoc
facias, si me aulicis simiis discerpendum tradis? Quæso rem intuere ac con-
sydera quam non deceat sero sapientem te illud 'Non putabam futurum
hoc' prætexere: credis enim non vehementer quosdam succensere mihi ob
hoc nugamentum, aut eam esse in aula moderationem, ut qui sic com-
§.6. moti sint, contineant sese? Præterea memento aliquos esse quibus iam ante
aversa fuit a studiis mens; hi exilient ac arma et equos poscent his ferme
verbis 'Hoc ille feret impune scriba?' Nosti enim quantum literatis detra-
ctum putent, quando scribas vocant, nobis contumeliam minime agnoscen-
tibus. qui ut stultus sit metus, vulgatum hoc tamen est, Occasione tan-
§.7. tummodo opus improbitati. Sed iocatum satis est. per miras, Stromer,
difficultates, ut tibi obsequerer, eundum fuit: primum canicularibus, in-

---

[1] nisi] quā *corr. H.* istas] has *corr. H.* [2] negotium *4...6. et sic in sqq.* [4] præcipem *A.* fidutia *A.* [5] ac] et *corr. H.* caussam *4. 5. et sic in sqq.* [6] opportunum *4...6.* aligat *A.* [7] vęſaniam *A**, nęſaniam *B.* [8] *ante* aut *comma posuit H.* [9] queſo *A.* quaeſo *corr. H.* cape] adhibe *corr. H.* [12] *post* regiis *comma pos. H.* queis *6.* [13] interea *6.* [16] sum] sim *corr. H.* Eccleſiaſti *A.* Ecclesiastic. *4.* Ecclesiastico *5.* Siquis] *Clementina* 1. *de pœnis* V. 8. *secundum quam anathemate percutitur qui clericum percusserit etc.* [18] ille dicit] *Evang. sec. Matth. XXV. 40. cf. 45.* [19] Vin] Visne *corr. H.* quum *4. 5. semper.* [20] tradas *corr. H.* Queſo *C.* Quæso *corr. H.* ac] et *corr. H.* [20. 21] considera *4...6.* [21] quam] quod *6.* Non putabam] Cf. ad epist. Alberto Mog. d. 13. Sept. a. 1520. datam adnotata. [22] hoc] *delevit H.* [24] sunt] sint *corr. H.* [25] aduerſa *A.* exsilient *4. 5.* et] ac *6.* fere *6.* [26] hoc *A...C.* Hoc *corr. H.* litteratis *4. 5.* [27] quando] quoties *corr. H.* [28] Occ. *etc.*] *Προφάσεως δεῖται μόνον ἡ πονηρία.* Diogenian. VII. 87. c. interp. [28. 29] tantumodo *A.*

festo studiis tempore, ingenium cum exerceam; deinde in hoc Germanæ nobilitatis conventu, in quo ita turbis referta sunt omnia, ut nemo satis meminisse quid suum sit, queat; in quo nulla quies, nullum silentium, nulla tranquillitas, ingentes tota urbe motus, vociferationes, tumultus, equitationes, strepitus, clangores, equorum hinnitus, planstrorum stridores, bombardârum tonitrua, tubæ, concentus, saltationes ac plausus. Quæ me cum §. 8. circumstent et paucis diebus absolvi negocium postulet ac nihil interim cessare obeundis in aula officiis liceat, aliquid arbitraris in hoc dialogo futurum quod his placeat, quibus ut placeamus studere debemus? 'Ede tamen' inquis 'ut te hic esse homines cognoscant'. Erras, bone Stromer: neque enim tanti est in hominum oculis ac auribus versari me, ut ob id inconsyderatius aliquid et cui non prius limam admoverim, in lucem edam. 'Pla- §. 9. cuit' ais 'Peutingero, viro ut gravissimo, ita egregie docto et naris emunctæ, et Iacobo Spiegel regio secretario, raræ homini doctrinæ et iudicii singularis; ac Stabio placuit, festivi admodum ingenii et minime fucatæ eruditionis viro'. Ut dicam quod sentio, commovisti me his autoribus; quanquam verendum, ne per amicitiæ studium ex favore potius laudent hi quam ex iudicio probent. Veruntamen pervicisti tu; atque ecce tibi Aulam in §. 10. aula; sed in ea aula, in qua ista facere licet, et quæ nisi talis esset, nos non caperet: sic enim iudico, Stromer, simpliciores esse nos quam aulicorum consuetudini aptum sit. itaque gratulandum interim nobis invicem, §. 11. quos ibi exercet fortuna, ubi non magnopere nostri nos status piget, sub illo scilicet omnium quos hæc natio habet principes benignissimo humanissimoque Alberto, Cardinali et Archiepiscopo, qui cum maximo virtutum omnium teneatur studio et singularis probitati amicus sit, imprimis tamen bonarum literarum studia eorumque assertores reverenter suspicit ac liberaliter fovet. Quis enim nunc recte per Germaniam eruditus est quem §. 12. ille non norit, aut a quo tali unquam salutatus est quem non largo munificentiæ suæ imbre consperserit? atque ut sollicitus nuper fuit, ne quid se indignum pateretur bonus Capnion, ut cupide literis ad se vocavit Eras-

---

[1] exerceam] exercerem *corr. H.* Germaniæ *4.5.* [3] sit] fuit *6.* [4] tranquilitas *A.* [5.6] bombardū *A.* [7] circumstent] circumstiterint *corr. H.* postulet] postulaverit *corr. H.* [8] liceat] licuerit *corr. H.* [9] Aede *A*C.* Ede *corr. H.* [10] heic *4.5.* [11] me *delevit H.* [11.12] inconsideratius *4...6.* [12] edam] edere velim. *corr. H.* ædā *A*.* [13] ch. peutīger. *marg. C.* Ch. Peutinger. *marg. A*.* viro] homini *corr. H.* egregie] recte *corr. H.* et naris emunctæ *delevit H.* [14] Spigel *ABC. nec corr. H.* Selestadieñ. *marg. A*. C.* raræ ... placuit] mire literas amanti, placuitq; Stabio *corr. H.* inditii *A.* [15] Io. Stabius. *marg. A* C.* [16] commosti *6.* auctoribus *4.5.* [16.17] quamquam *4...6.* [18] inditio *A.* [24] Cardinali et *delevit H.* Archepiſcopo *A* AB.* [25] inprimis *4.5.* [26] adsertores *4.5.* suscipit *6.* [26.27] ac lib. fov.] et fovet liberaliter. *corr. H.* [28] norit, aut] agnoscat? Aut *corr. H.* vnquam *4.* [29] suæ] suo *6.* solicitus *AC.* [30] bonus Canus Capniō? vt *C.* Canus *delevit H. et ex* vt *fecit* Vt vocavit] Cf. supra p. 188.

mum, cuius etiam nomini solet honorificam semper præfationem adiungere. §. 13. et a nobis crebro percontatur, ex docte doctis quid quisque faciat, quid patiatur. Quæ cum ita sint et omnino liberior sit nobis aula quam in qua libere aliquid iocari periculum sit, ecce tibi dialogum, quem iubeo speculi vice propositum esse aulicis illis, in quo se intueantur. §. 14. quanquam invidiam deprecor: lusum est enim, ioco scriptum est, nequis temere in nugis moveatur: tum veniam meretur Misaulus, tædio aulicæ consuetudinis impatientius forte quam pro tempore invectus. id quod pro me illis inculca. et iam colloquentem cum Misaulo Castum audi.

BASILEÆ. **LXXXXII.** 13. NOV. 1518.

IO. FROBENIVS THOMÆ MORO. REGIO APVD ANGLOS CONSILIARIO S. D.

§. 1. Lucianus salsissimus scriptor et inimitabilis facetiarum artifex, in dialogo quem inscripsit *Περὶ τῶν ἐπὶ μισθῷ συνόντων* vitam istam aulicam (ut nosti) sic verbis depingit, ut nullus Apelles, nullus Parrhasius penicillo potuerit expressius, quem Erasmi nostri beneficio Latini maiore propemodum gratia redditum legunt quam ille Græce scripsit; unde et nos eam picturam mutuati sumus, qua frontispicium librorum qui typis nostris excuduntur, nonnunquam ornamus. §. 2. Sylvius item Senensis patrum memoria de miseriis aulicorum libellum edidit sane frigidum, ut qui natura quam arte vel literis ad dicendum esset instructior. §. 3. At ut hunc equis, quod aiunt, albis præcurrit, ita ad illum proxime accedit V. Huttenus, e nobili Huttenorum familia prognatus, qui inter Franconicos Equites cumprimis clari sunt, si spectes ætatem, adulescens plane, si doctrinam et prudentiam, vel senibus eruditissimis cordatissimisque connumerandus. §. 4. Imo per Pythagoricam illam *παλιγγενεσίαν* renatum in hoc Lucianum dices, ubi illius Aulam, lepidissimum dialogum, legeris. Quem ideo nunc ad te misimus, ut quoniam nuper Musis suam vicem inconsolabiter dolentibus in aulam invictissimi regis tui pertractus es, habeas in quo tuam sortem ceu in

---

LXXXXII. A = Indic. bibliogr. n°. XVII. 3. B = ibid. n°. 5. 3 = Hutt. Münch. III. p. 12. sq.

---

2 et a] Etiam a *corr. H.* 4 pericuū *A* C. corr. H.* 7 tedio *A* A B C.* 9 M. D. XVIII. *add. 5.*

14 *φεϱῒ τωη ἐπὶ μῖσσω συνὸ̃νΤοη B. correxit H.* *πεϱὶ τ. κτλ.*] De mercede conductis potentium familiaribus. 15 Parrhaſias *A.* 16 Erasmi laus. *marg. A B.* Erasmi versio in Opp. eius tom. I., item in Henrici Petrei Herdesiani Aulica vita. Ff. ad M. 1577. s. II. edit. ibid. 1578. 8°. exstat. 19 Aeneas Sylvius. *marg. A B.* Item Aeneæ Sylvii, qui postea Pius P. M. II. factus est, libellus a. 1445. scriptus 'Curialium miseriæ' ap. Heur. Petreum Herdesianum legitur. 20 ædidit *A B.* 21 At] Sed *corr. H. et habet A. 3.* 22 V. Huttenus. *marg. A B.* e *omis. 3.* 23 adolescens *3.* 25 *παλιγγ.*] regenerationem *παλιΤΤενεσίαη B.* *παλυγγενεσταν 3.* 26 Aula. Hutteni dialogus. *marg. A B.* 28 Henricus octauus. *marg. A B.*

tabella δημοκριτίζων contempleris, aut aliorum quorundam potius: nam te fe-
licem plane puto, cui in ministris et quidem honoratissimis esse contigerit
regis ut omnium florentissimi, ita modestissimi optimique. Tuam Utopiam §. 5.
denuo typis nostris excudimus, ut scias non a Britanis modo, sed ab orbe
toto Moricum probari ingenium. Commenda me magnis illis literarum heroibus §. 6.
Io. Coleto, Linacro, Grocino, Latomero, Tunstallo, Paceo, Croco et Sixtino.
Bene vale, vir clarissime. Basileæ. Idibus Novemb. M.D.XVIII.

---

10. NOV. 1518.

Vide pag. 222. n. LXXXXIIII.

AVGVSTÆ VINDELICORVM. **LXXXXIII.** 11. NOV. (1518.)

VIRO PER OMNIA MAGNO
BILIBALDO PIRCKHEIMERO
PATRICIO NORIMBERGENSI AMICO FORTI ET COGNITO
SALVTEM
HVTTENVS.

Habes, mi Bilibalde, perpetuum, nisi omnis nos quam in litteris reposuimus spes fallat, testimonium de te meum aut testimonium potius amicitiæ nostræ, quam rogo studiosissime colas. Mitto Dialogos L, item Orationes quinquaginta Kobergo danda exemplaria; verum Epistolæ CC mittuntur, non idcirco quod Kobergo omnia tradi velim, sed quia Stromer obnixissime flagitat mitti sibi. Tu igitur qui utrumque amas, mihi vero in re adhuc nulla defuisti, quia aliter a me Lipsim, quo ille vult, mitti non possunt, datis Kobergo L aut C si vult, reliqua Lipsim quam potes cito perferenda cura in ædes Melchioris Lother, apud quem ea quæret

---

LXXXXIII. 1 = Pirckh. Opp. (Ind. bibl. n°. 59.) p. 319. 2 = Burckhard. I. p. 210. sq. 3 = Wagenseil. n°. XIV. p. 101. 4 = Hutt. Münch. III. p. 62. (Münchius hanc epistolam sine die [*ohne Datum*] et ante proxime superiorem Hutteni epistolam scriptam esse somniavit.)

---

[1] *δημοκρ.*] Democriti more, democritizans. *δημοκριτιζωη B.* *δημοκριτι ζωη 3.* [6] Eruditi viri apud Anglos. *marg. A. B.* Cinacro *3.* Coleto, Linacro &c.] Apud Anglos et in Erasmico commercio epistolico celebratissima nomina.

[15] literis *ut infra* literas *4.* [17] dialogos] Aula s. Misaulus. [18] orationes] Exhortatoria contra Turcas. Kobergo] Antonio Kobergero (s. Coburgero) Antonii f. Henrici n., typographo bibliopolæque Norimbergensi, † a. 1540. Antonius pater inter celebratissimos typographos laudandus † a. 1513. Epistolæ] i. e. exempla num. LXXXX. [21] mitto *1.* mitte *4.* [22] centum *2.* [23] Melch. Lother s. Lotther, parens cognominis filii, Lipsiæ magna cum laude typographiæ operam dedit ab a. 1497...1518., post Wittembergæ, ubi multa Lutheri opuscula publicavit, unde a. 1525. Lipsiam reversus est.

Stromer. Ego bene valeo. Brevi aut me aut copiosissimas litteras a me habebis. Interim vale. Accepi commentaria Cæsaris heri. Vale heroice. Augustæ, Martinalibus.

AVGVSTÆ VINDELICORVM. **LXXXIIII.** 10. NOV. 1518 (non 1519).

PAVLVS RICIVS MEDICVS
VLRICHO DE HVTTEN EQVITI
SALVTEM.

§. 1. *Quantum iucundo hesternæ noctis epulo apud symposiarchen nostrum Chunradum Peutinger, unicum literarum pariter ac literatorum alumnum, oblectamenti acceperim, mi Huttene, perpendes, si eorum quæ longa tunc disceptationis serie commentati sumus, epilogum tecum feceris.* §. 2. *De celso siquidem et summo empirei globi cacumine ad abyssum pæne et Stygias usque undas sermonem nostrum devolvimus; cumque de arcano et ineffabili Pauli ad cælum raptu sermocinandi exordium sumpsissemus, in illud tandem admirandum et prope divinum Guaiacani ligni donum nostra finiebat oratio, cum interim de Erasmo Roterodamo, fido Mercurii comite, et Capnione, terrestri Saturni oraculo, dulcia et eorum laudis plena misceremus colloquia.* §. 3. *Cæterum cum permulta et quæ longe exactiora requirunt examina, tunc inextricata sententiaque ancipiti relinqueremus, quorum perscrutationem, ne de Tantali fonte bibere et nunquam satis, ut aiunt, inventum Osyrim quærere hortari te videar, omnia ea silentio nunc involvo nihil istiusmodi retexens. Unum duntaxat, quo longam symposio nostro funem abscidimus, cum Guaiacanum lignum tuo non minus gravi, quam dulci lacteoque decorari eloquio velim, nunc repeto.* §. 4. *nec tu humile id aut laude tua inferius dixeris, quod miro sane modo et ultra pæne medicinæ facultatem, innumeris, ut nosti, mortalibus squalida horrendaque Gallicarum, ut quidam vocant, pustularum lue affectis et prope consumptis facile tutumque præstitit refugium; quodque non solum corporis emundat ac temperat vires, verum et mentis tergit aciem eamque in summa con-*

LXXXIIII. A...E = Indic. bibliogr. n⁰. XXIII. 1...5. 6 = ibid. n⁰. 6. Luisinus (ibid. n⁰. 7, 8.) epistolam non recepit; sed Münchius etiam omisit, cum Wagenseilius, sua ex Burckhardo depromere solitus, omisisset.

---

[1] copiosissimas litteras] Scripta est hæc epistola post proxime superiorem; sed longiorem hanc non scriptam, sed typis expressam ('anno 1518. die vero 6. Nov.') Huttenus Pirckheimero transmisisse videtur. [2] commentaria Cæsaris] „Maximiliani imp. intelligi videntur: . . . quorum impetrandorum percupidum fuisse Pirckheimerum Rittershusius de huius vita p. 8. declaravit". BVRCKH.

[6] VLRICO *C.* EQVI. SALVTEM. *B.* [10] que *B.* [11] Celso *CE.* [12] empieri *C.* *l. empyrei.* peue *E.* [13] Cunq; *A. 6.* [19] exanima *D. 6.* [21] *Osiri invento εὑρήκαμεν exclamabant.* Cf. Iuvenal. sat. VIII. 29. [22] simposio *B.* symposito *6.*

templationis specula uti numine arreptam reponit. Verum age, vir strenue, age quæso, et quia non piguit summe illustrem et maxime venerandum principem herumque meum Cardinalem Gurcensem primum et omni quidem solertia, ut est omnium solertissimus, ac pia ad multorum salutem indagine de abstrusis pæne ac inviis Spagnolæ latebris Germanorum et totius fere Europæ gentibus notum ac expositum facere, te quoque non pudeat illum ipsum tantæ rei authorem facundo stili tui prosequi munere, ut quod te tam facile, tam suaviter diuturna vitæ incolumitate donavit, quandoquidem fas id est, perpetuo frugiferum aliquid panegyricæ oratiunculæ ac laudandæ laudis tuæ præmium tibi extorqueat. Optime vale. Augustæ IIII. Idus Novembris. §.5.

BASILEÆ. 13. NOV. 1518.

Vide supra p. 220. sq. Froben ad Thomam Morum epistolam.

AVGVSTÆ VINDELICORVM. **LXXXXV.** 13. NOV. 1518 (non 1519).

VLRICHVS DE HVTTEN EQVES GERMANVS PAVLO RICIO CÆSARI A MEDICINA SALVTEM.

Epistolam tuam legi, doctissime Rici, in qua recte mones de Guaiaco illustrando, in quo dubitare nemo debet, quin hoc mereatur res ipsa; verum ego an possum, hoc in ambiguo est; experior tamen, et tuo iussu, et mea gratulatione, servatus ac mihi redditus Guaiaci ope. §.1.

Quod annectis vero de Cardinale Gurcensi, fieri non potest, ut illi dedicem labores meos; §.2.

LXXXXV. A...E. et 6. ut ad proxime superiorem epistolam adnotatum est. 7 = Burckhard. Analect. ad I. p. antepænult. 8 = Wagenseil. I. n. XL. p. 224. sq. 9 = Hutt. Münch. III. p. 227. sq.

---

3 Card. Gurc.] Matthæum Lang, qui patricius Augustanus, electus episcopus Gurcensis, a. 1511. secreto adscriptus inter cardinales, a. 1513. sub Leone X. in publicum consistorium receptus est. Fuit Maximiliani I. ab intimis consiliis. † a. 1540., cum esset annorum LXXII. ecclesiam autem Salisburgensem rexisset XXI annos. 5 inuijs *B.* Spagnolæ] Ipse Huttenus lib. de Guaiac. c. 11. §. 6. hunc locum his verbis explicat, sed non expresso cardinalis Gurcensis nomine „At quosdam novi probiores „medicos qui nomine Cæsaris et cuiusdam hic Episcopi percontandi causa Hispa„nias adierunt, hique cum ab ipsis qui in Spagnola rem cognovissent, edocti es„sent, nihil fere secus quam nostra tenet experientia, retulerunt" &c. Hispaniola (*Españiola*, *Spagnola*, S. Dominici insula, *S. Domingo*) a Columbo, cum Huttenus quattuor annos natus esset, detecta est. Cf. Hutten. l. c. 6. §. 1. 9 Panegiricæ oratiuncule *B.* oratiuncule *6.*

15 VLRICVS *C.* 20 possim *et* Experiar *scripserit Hutt.* 21 ac] hac *C.* adnectis *7...9.* 22 Cardinali *7...9.*

non quia nolim vel cucurbitam laudare, si tu postules, aut ille non me-
reatur; sed quia ingratum illi futurum scio a me quicquid acceperit; nescio
qua aut illius opinione aut mea fortuna. scio, non facile credis quod scri-
bam: soles tu enim dicere literas amare illum et ingenia complecti: scri-
§. 3. bam tamen, et, nisi omnia fallant, persuadebo etiam. Anno abhinc sexto,
cum Bononiæ scholasticus agerem, atque ille legatus ad Iulium secundum
Cæsaris Maximiliani esset, et in eo itinere Bononiam accessisset, rogatus
sum a Germanis ibi, quandoquidem carminibus et orationibus occurrerent
Cæsaris legato Itali multi, ne videretur ex Germanis item potuisse hoc ne-
§. 4. minem, aliquid et ipse conscriberem quod illi offerretur. parui, obsecutus
sum, panegyricum lusi; in membranis conscriptus libellus est et purpura
indutus ac deaurata frons, titulus minio, reliqua ut potuerunt exculta.
§. 5. Tum ille, quid? non possum dicere aliud, contempsit munus meum. Fla-
gitavi haud multo post, quia in maximis summorum principum negotiis
versari scirem, magnis usus amicorum intercessionibus, adscribi in illius
comitatum; sed neque impetravi hoc, neque me ille, cum militiæ agerem,
summa cum inopia ac ante ipsius oculos sæpe obambularem, aut saluta-
tione aut respectu dignatus est: tantum abfuit, honorem ut invicem ha-
§. 6. beret sic de se merito. Huic tu vis libros meos adscribi, aut hunc me
voles ornare? præsertim cum hoc ille non postulet, ut qui domi suæ ha-
beat qui hoc faciunt, illum inprimis Bartholinum, conventum Augustensem
qui descripsit, ubi tantum illum effert, ut non modicum aliis detrahat.
§. 7. Me quidem suum appellat inibi, ratus sic fore ut non sentiam occultum

---

[6] quum *7...9. semper.* secundum] II. *7...9.* [7] esse *B.* [8] orationib. occurr.] Ita e. gr. XXII 'Orationes Viennæ Austriæ ad Divum Maximilianum Cæs. Aug. aliosque illustrissimos Principes, habitæ. In celeberrimo trium Regum ad Cæs. conuentu. Anno M.D.XV.' inter quas etiam Vadiani nonnullæ leguntur, 'Viennæ Pannoniæ per Hieronymum Victorem . . . Mense Ianuario Anno. M.D.XVI.' in 4°. prodierunt. Et eiusmodi orationum ac carminum seorsim publicatorum magna copia extat, multaque in historicorum promptuarios libros congesserunt Schardius, Freherus, Struvius, alii. [12] ac] ut *6.* [14] negociis *E 6.* [16] militiæ agerem]? *an* militiam sive militem agerem? [21] Richardi Bartholini (Perusini) viri eruditiss. de conventu Augustensi concinna descr., rebus etiam externar. gentium quæ interim gesta sunt, cum elegantia intersertis. s. l. et a. 4°. p. ult. (repetit. ap. Schelhorn. Amœnitt. II. p. 666...709., item ap. Senckenberg Sel. iur. et hist. tom. IV. Ff. 1738. 8°. p. 627...680.) „Et si nos multa non inviti præterivimus, quandoqui- „dem nonnulli quæpiam atque Huttenus meus imprimis et munera Reverendissimo „Cardinali Moguntino data et hunc conventum, Romanorum regem parturientem „descripserit . . ." Extat etiam eiusdem Oratio ad Imp. Cæs. Maximilianū Aug. ac potentiſ. Germaniaē Principes, de expeditione contra Turcas suscipienda. Aug. Vind. ap. Grim̄ & Wirsung. 1518. 12. Sept. 4°. Einsdem Hodœporicon Cardinalis Gurcensis cum variis carminibus repetitum est in Rer. Germanicar. Scrr. ex bibl. Freheri cur. B. G. Struvio, tom. II. Argentor. 1717. fol. p. 613...672.

quendam morsum: quanquam non ignorare debes tu ita mihi placere, si me suum dicet Bartholinus, ut interim non displiceat sinistre in me quod fit aut Italice quod fit. Sed desinam plura. Tu, quod facis, inter meden- §. 8.
dum Guaiaci naturam omnibus, ut ita dicam, vestigiis inquire. ego quidem, ut voluisti, quæ iam explorata habebamus, ea in literas retuli. Tu adde, quæ experientia cognosces, ac Huttenum ama amantem te mirifice. Augustæ. Idib. Novembris An. M.D.XVIII.

[MOGVNTIÆ.] **LXXXXVI.** [M. APR.? A.1519.]

VVLPH. ANGVSTVS LECTORI S.

Antigonus sæva quondam tempestate iactatus in eadem nave secum quum §. 1.
suos omnes habuisset, præcepisse liberis dicitur, ut et ipsi meminissent et ita posteris proderent, ne quis cum tota gente simul in rebus dubiis periclitari auderet. Huius etiam memor præcepti Philippus Aemum montem ascensurus §. 2.
alterum ex filiis non sine dissimulatione casus aleæ difficillimi in Macedoniam ablegavit. Eodem apophthegmate iamdudum Huttenum in militiam proficiscen- §. 3.
tem admonui, ut fœtum recentem a se editum, librum hunc de Guaiaci medicina, officinæ nostræ in mille partus effusuræ committeret: non tam persuasi quam pæne extorsi: quem alioqui, ipse sagacior, emendaturus si licuisset erat. tamen quantum penuria temporis patiebatur, unum vel alterum, cum epistola qua principi nostro dicatus est liber, caput una legendo perstrinximus, quod admodum mihi quam sal necessarium fuisse videtur. Amanuensis quippe eius parum literatus qui transcribendo auxilio esse debebat, omnes prope versus (orthographiam taceo, qua ille nunquam ratione aliqua peccare potest) corrupit et me non in moram solum, sed in maximam etiam difficultatem coniecit, æmulatus tamen utcunque sum Huttenicam editionem primariam, ne interim studiosis memoria authoris ac veteri et gravissimo morbo remedium salutare hoc novo, qualiscunque est, libro deesset. At

omnia tum melius, cum venerit ipse, canemus.

Vale.

LXXXXVI. A...E et 6 ut ad superiores epp. adnotatum est.

[1] quemdam *7...9.* Quamquam *7...9.* [5] litteras *C. 7. 8.* [7] Anno *E.* M.D.XVIII.] M.D.XIX. *omnes, sed falso: mense Aprili a.* 1519. *liber de Guaiaco cum omnibus ad eum pertinentibus epistolis prodiit.*

[9] Inscriptionem *omis. B.* VVLPHGANVS *E.* VVLP. *6.* *De Wolfgango Angst cf.* Augst *in Erschii Gruberique lexico.* SALVTEM..*E.* [10..15] Ex Liv. XL. 21. sumpta. [13] Aemum] Hæmum Thraciæ. [15] iamdudum *E.* [18] pœnè *A...D. 6.* pene *E.* sagatior Emendaturus *A...D. 6.* sagatior e. *E.* [22] litteratus *C.* [23] ortographia *A...E.* orthographiã *6.* [25] primariam] *scriptum exemplum.* [27] nono *B.* [28] omnia] Carmina *Vergil. Ecl.* IX. 67.

[BONONIÆ.] **LXXXXVII.** [INEVNTE APR. A. 1521.]

CARPVS LECTORI.

Habes Candide Lector, tractatum Aureum de ligni Guaiaci in luem Gallicam administratione, Authore Vlricho Germano de Hutten Equite, Opus profecto omni barbarie mundum, sed stilo Celsi, et Plinii Enatum. Hic enim libellus aliquibus (sicut forte neque aliquis alter) non caret mendis, quas quilibet doctus agnoscet emendabitque, Indocti enim curuum a recto non secernunt. Vale.

LXXXXVII. 1 = Bonon. exempl. libri de guaiaco (Ind. bibl. n⁰. XXIII. 3.) 2 = Panzeri *U. v. Hutten. Nürnb.* 1798. 8⁰. p. 95. unde sumpsit 3 = Münch. III. p. 237.

[MOGVNTIÆ.] **LXXXXVIII.** [EXEVNTE A. 1518.]

AD REVERENDISSIMVM IN CHRISTO PATREM
ILLVSTRISSIMVM PRINCIPEM AC DOMINVM
D. ALBERTVM
S. ROMANÆ ECCLESIÆ TITVLI SANCTI CHRYSOGONI PRESBYTERVM
CARDINALEM MOGVNTIÑ. ET MAGDEBVRGEÑ. ARCHIEPISCOPVM
PRINCIPEM ELECTOREM PRIMATEM PER GERMANIAM
SACRI ROMANI IMPERII ARCHICANCELLARIVM
HALBERSTADIENSIS ECCLESIÆ ADMINISTRATOREM
MARCHIONEM BRANDENBVRGENSEM STETINENSEM POMERANIÆ DVCEM
SCLAVORVM CASSVBORVMQVE RHVGIÆ PRINCIPEM
DOMINVM SVVM COLENDISSIMVM
IN LIBRVM SVVM DE GVAIACI MEDICINA ET MORBO GALLICO

VLRICHI DE HVTTEN EQVITIS
PRÆFATIO.

§. 1. Hoc novo ineunte anno nequid a more, in tantum passim antiquato ut legis iam loco sit, discessisse videar, ecce Saturnalitium tibi munus, Alberte Cardinalis ac Princeps omnium optime, non tale quidem isti qualia mittunt circa divitiarum ostentationem ambitiosi homines, sed quale ipsum me dare posse et intelligis et gratum habes, libellum de magnifica Guaiaci vi ac virtute, quem composui, non tam ut eius medicinæ, cuius ope

---

LXXXXVIII. A...E. 6 ut ad n⁰. LXXXXIIII. adnotatum est. 7 = Aphrodisiac. (Ind. bibl. n⁰. XXIII. 8.) p. 277. sqq. 8 = Burckhard. III. p. 115...123. 9 = Wagenseil. n⁰. xxv. p. 176...181. 10 = Hutt. Münch. III. p. 242...246.

---

⁶ neq; aliq.] ne quis *3.* (*nequid sine corruptione relinqueretur.*)

¹⁶ Archiepyſcopū *B.* ¹⁷ PRIMATEM *et sqq. omis. 8...10.* ²¹ Cassubiorumque *7.* Ruaiaci *B.* ³¹ vi *omis. 7.*

ex morbo omnium pessimo convalui, testatum meis literis præconium esset, quam ut tibi sic de me, sic de optimo quoque merito gratificarer. Iam §. 2. tu soles enim, ut cum bono poeta dicam,

meas esse aliquid putare nugas,

atque ita me habes, ut non solum tua dignum aula, quod præter vulgarem principum sententiam satis superque fuerat, existimes, sed meum etiam qualecunque id est obsequium veluti rem tibi honorificam verbis gloriose iactes. tantumque abest meam tibi præsentiam gravem videri, ut tibi §. 3. pulchri etiam aliquid accessisse, quod domesticum Huttenum habeas, arbitreris. novi quos apud viros qua me prædicatione extuleris, summo per Christum bonitatis tuæ argumento: ex qua vel una re intelligere licet quanta fortunam hanc humanitate temperes, et tuum consilium quam non sit vanum, quo decrevisti ut istos armatos iuxta te stipatores habere, ita hominibus literatura præditis cinctus et instructus hinc auream Moguntiam, invictos istinc Saxones gubernare; nec te adhuc perdidisse quod in me contuleris aliquid existimas. Verum iam adhuc exporrectam adversum me §. 4. utramque manum habes, cum ego sentiam maiora tua esse beneficia quam ut ullum meum possit hæc demerere obsequium; ob idque petere abs te aliquid vix ausim, quum tu ea prius dederis quæ rogare verecundia erat: adeo in me liberaliter, benefice adeo effundi soles, non Cardinalis primum aut Archiepiscopus, sed olim etiam his haud dum potestatibus præditus. Hinc ego non exultem? hinc me non fortunatum iudicem? aut cum ille §. 5. dixerit,

Principibus placuisse viris non ultima laus est,

ego non eximiam meam fœlicitatem agnoscam, quod tibi non Principi modo, sed summo etiam, non Episcopo tantum, sed et Archiepiscopo, id est Episcoporum Principi, et Cardinali, id est e paucis in quibus tanquam necessariis quibusdam cardinibus Romana vertitur ecclesia, uni, sic placeam, ut me placere intelligant multi? Quod faxit deus optimus maximus ut nobis §. 6. perpetuum sit, quo videant homines nec ineptum fuisse hoc tuum iudicium, nec me indignum quem tu sic complectereris; ac istis ilia rumpantur indocte doctis, qui nos, qui literas, non tam publico studiorum incommodo quam fœdo principum Germanorum dedecore tot iam annos impune persequuntur: quando tibi aures, tibi oculos esse videbunt, suam extremum periclitari barbariem, se ut ignavum pecus, prædatores fucos, id est non inutiliter tantum studiosos, sed studiorum adhuc perniciem, a

---

[1] litteris *C. et ubique S. 9.* [3] poeta] Catull. I. 4. [9] puleri *S. 9.* [14] litteratura *C. S. 9.* [17] quum *ubiq. S...10.* [19] quum] *ita h. l. omnes.* [21] archiepyfcopus *B.* [22] exsultem *S...10.* ille] Horat. epist. I. 17, 35. [25] felicitatem *7...10.* [28] ,uni sic *A B. S...10.* [31] complecteris *B E. 7...10.* [32] litteras *B C. S...9.* [35] pereclitari *B.* barbareim *D. 6.*

melliferarum apium alvearibus, id est a fructuosissimarum disciplinarum
§. 7. cultu, et fortiter arceri et longum exulare cognoscent. Possumus enim non optime prospectum nobis dicere, cum tu, tantus patronus, tam benigne nobis arrideas? cuius rei primum Germaniæ documentum ex me prodiit, quem tu in familiaritatem et in sinum adeo tuum cum acciperes primum, obscure sentiebas quæ doctorum hominum expectatio, quæ opinio, quod iudicium esset, et non tacite mussitabas tecum ipse Vergilianum illud,

feret hæc aliquam tibi fama salutem.

§. 8. Sic est profecto, fuitque non minus iucundum tibi quod videres haud indigno loco positum tuum beneficium, quam mihi plausibile quod ex illa communi studiorum iactatione tutum et salutarem invenissem otio meo por-
§. 9. tum. Atque inter cætera quæ familiari sæpe vultu confers mecum, bene sperare nos iubes, hoc promittens, quantum in te sit munitam hanc nobis ad id quo tendimus viam esse. qua tua gratia fretus ausus sum, ut insultare barbaris, ita ad res pulcherrimas excitare æquales; et quoties aliqua incumbit persequutio, ad te veluti ad commune quoddam bonorum asylum voco ex bonis aliquem, hoc magni iterum poetæ ingeminans,

Huc tandem concede, hæc ara tuebitur omnes,

tanto, quod videmus, fructu, ut iam multos hinc erexerim, quosdam illinc
§. 10. impatientissimo suo fremitu abiecerim ac depresserim. En te unum igitur omnino, aut certe ex paucissimis unum, cui ego oculos, cui intellectum esse dicam. quod de te scribere quia neque pro tempore est, atque is est tuus candor ut quamlibet etiam laudem immodicam existimes, facile ad præsens supersedeo, quod caput est inculcans tibi, hoc munusculum gratanter ut accipias; quod etsi exiguum est, tanti a me fit tamen, ut magnum quid perdidisse me, si de vulgo amicorum dedicem id alicui, ar-
§. 11. bitrer: nam cum rem ibi tractem meo iudicio permagnam, non nisi magni illam viri auspiciis egredi volebam: an non præclarum existimare licet, quicquid id est, quod non mihi tantum, sed aliquot præterea millibus ex summa desperatione manifestam peperit salutem? nisi ita colendus est ani-
§. 12. mus, ut corporis adminiculum pro neglecto penitus habeatur. at ille Apollinis oraculo sapiens iudicatus Socrates inter pauca bonam corporis habitudinem in voto habuit; Pyrrhus clarissimus Epirotarum rex idem a diis precatus legitur, et communi omnium consensu sapienter orare creduntur qui orant.

---

2 exsulare *8...10.* 4 docum.] Panegyricus Alberto compositus a. 1515. 7. 8 Virgilianum *7...10.* Aeneid. I. 463. 13 cetera *8...10.* 15 ausim iam *E.* ausus iam *7.* ausum iam *ceteri.* *feci* ausus sum. 17 persecutio *7...10.* asyllum *B.* 18 Poete *AB.* poete *6.* poetæ] Vergil. Aen. II. 523. 21 *fort.* instam etiam. 27 vuulgo *6.* Cf. supra n. xciv. xcv. 30 michi *B.* aliquod *B.* 32. 33 Appollinis *D. 6.* 35 præcatus *6.* Cf. Appian. de reb. Samn. i. f.

ut sit mens sana in corpore sano.

Proinde hunc maxime campum mihi delegi hoc tempore, in quo hæc qualis §.13.
qualis est vena procurrat, si non ut debet, saltem ut potest, cum illius
te præmoneam vulgo triti,

ut desint vires, tamen est laudanda voluntas.

Si 'quo impetu' quæras, hac dico ratione, ut cum atrocis iam pridem ini- §.14.
mici, crudelis tyranni immane facinus, detestabilem iniuriam, iniquissimum
factum stilo illustraverim, idque miserrimo meo tempore, nefas esse putem
hoc committere ut divinum hoc beneficium, hoc cælo delapsum auxilium,
iam restitutus mihi iamque valens ac vegetus, quacunque possim ingenii
ope ab oblivionis iniuria non vendicem. Ubi quid refert sæpe declamatum §.15.
a me prius dicere quantam ego pecuniam curando hoc morbo elocaverim,
quas torturas, quæ supplicia sub chirurgicis exhauserim, quas cruces tu-
lerim, quantum mihi virium ex medicorum inscientia deperierit, cum tuo
hæc gemitu testatus iam sæpe et apud multos sis? Non immensum hoc §.16.
mihi existimandum igitur est potuisse restitui ex morbo, in quo non solum
dolores passus sum acerbiores quam ut in his vivendum fuerit, sed fœdi-
tate etiam tanta fui, ut omnium prope rerum ipsum me ægerrime tulerim?
Age autem quod fuit ibi vitæ periculum? quam putabant homines actum
de Hutteno? tu vero quam non frustra dicebas te, si commodius valerem,
uti mea posse opera? Quod effectum cum sit, et depulsa omni invaletu- §.17.
dine vires ita receperim, ut de novo factus ac renatus homo videar, non
applaudam ipse mihi in eius rei commemorationé quæ hanc salutem præ-
stitit? non iucundum hoc mihi opusculum erit qui facio, et non charissi-
mus cui illud dono? Ubi quidem unum hoc hæsitabam, ut acciperent ho- §.18.
mines hanc descriptionem: verebar enim ne essent quibus monstra nun-
tiare viderer; et cum ea sit hæc medicina, ut multorum eam fides re-
spuat, medicorum placita non agnoscant, metuebam posse fieri ut non fa-
bulam putarent aliqui effingi hanc a me, aut dum rem incognitam tracto,
hoc credant in restitutæ mihi valetudinis iactationem effusius progredi. Ne- §.19.
que ita curiose quemquam hæc tractaturum puto, ut neget in Guaiaci de-
scriptione librum a me fieri oportuisse, cum Brassicæ volumen dicaverit
Chrysippus, eamque immenso plus, ut inquit Plinius, laudaverit M. Cato,
et de Raphano librum scripserit Moschion Græcus, de Scylla Pythagoras.

---

1 Iuvenal. sat. X. 356. „Orandum est, ut sit" &c. 4 premoneam. *B.* 5 ut desint &c.] Ovid. ex Ponto III. 4, 79. 7 tyranni] Ulrici ducis Virtenbergensis. 8 stylo *7.* 9 cœlo *6. 7. 9. 10.* 11 vindicem *8...10.* 13. 14 tulerim *B.* 23 commemorationæ *B.* 24 carissimus *8...10.* 31 quenquàm *E.* 32 Chrysipp.] Plin. H. N. XX. 9. sect 33. Plin.] H. N. XIX. 8. sect. 41. Cato] de r. r. 156. sq. 34 de raphano] „scripsit et Moschion Græcus unum de raphano volumen". Plin. H. N. XIX. 5. sect. 26. Marchion (*pro* Moschion) *edd. omnes.* de scylla [*scr.* scilla]: cf. Plin. XX. 9. sect. 39.

Quod si pro diis olim coluerunt Allium et Cepas Aegyptii, ego non ado-
§. 20. rem Guaiacum? Profecto indignum nihil facio, immoderatum nihil. Ubi
ferre apud te iudicem possum illum mirabiliter probum, et quo alius syn-
cerior fieri non potest, Henrichum Stromerum, tibi a medicinis; ita ut
eum patiar libelli huius Aristarchum abs te constitui; non tam quia mihi
consentientibus per omnia sensibus virum esse scio, quam tui charitate
quia mirifice flagrat, et quia hoc in viro ut integritas est eximia, ita iudi-
cium eminet supra vulgarem medicorum sortem: quibus etiam virtutibus
in intimis esse tibi meruit, novo iterum humanitatis tuæ documento, magna
§. 21. virtutis opinione. Quid restat igitur, nisi ut ob hæc officia, hanc pietatem
sanctissimorum virorum calendario, immortalium heroum albo inseramus
§. 22. te? Sed iam ad meum munusculum revertar, hunc librum, quo perscri-
bendo ita scias me tractare studium medicinæ, non ut discipulum medi-
corum agnoscas, sed ut exploratorem in his literis versatum suspicari possis.
Quod cuiusmodi sit ut intelligas, amabo te, optime Princeps, ab istis pau-
lisper magnis diversus curis huc animum adverte.

[Huic epistolæ subiungenda esse videtur extrema libri de Guaiaco pars, quæ sic habet:]

Atque hæc habui, optime pater, optime princeps, quæ in rem propositam aut me experto, aut aliis erudientibus, mutis præsertim magistris et his qui periculum fecerunt et ipsi, conducere putavi; quæ ita celsitudini tuæ conscripsi, ut non vellem his quidem uti te: faxit hoc enim servator Christus, ne unquam debeas: sed ut in tua hæc aula essent omnium necessitati exposita, quorum iudicium a Stromero exiges tu, quod præfatus sum. Iam hæc vidit qui me iuvit in nonnullis, alter tuus medicus Gregorius Coppus, sed obiter, cum ab illo properarem Moguntiam, ubi negotium erat mihi. quodsi contigisset tunc in aula esse me (tu in Saxonibus aberas enim), cautius omnia tractassemus et accuratius confectam rem exhibuissemus: nunc utcumque excidit, boni consule. Ipse quidem offerens, quia Saturnalitium hoc novo ineunte anno munus esse volui, annum tibi precor faustum fortunatumque, sed cuius fortuna ita tibi ex animo cedat, ut citra invidiam fuisse comperiatur. Vale optime, dignissime, pientissime, maxime præsul, ac diu nobis incolumis esto. Moguntiæ suprema imposita manu.

---

[1] allium &c.] "Allium cæpasque inter deos in iure iurando habet Aegyptus". Plin. H. N. XIX. 6. sect. 32. [3.4] sincerior *7...10.* [4] Henricum *9. 10.* [5] Aristarchum] *i. e.* censorem. [6] caritate, qua *8. 9.* caritate, qui *10.* [11] litteris *C. 8. 9.* [16] Mogunt. Anno MD. XIX. *add. 9. 10.* [22] uelem *C.* [24] expoſiaa *B.* [25] uiuit *D.* viuit *6.* [31] præcor *6.*

LOVANII. | LXXXXVIIII. | 21. DEC. 1518.

[Resp. ad Alberti epist. d. 13. Sept. 1518.]

REVERENDISSIMO SACROSANCTÆ ROMANÆ ECCLESIÆ TT. S. CHRYSOGONI CARDINALI
MOGVNTINENSI AC MAGDEBVRGENSI ARCHIEPISCOPO
PRINCIPI ELECTORI PRIMATI ETC.
ADMINISTRATORI HALBERSTATENSI MARCHIONI BRANDENBVRGENSI
ERASMVS ROTERODAMVS S. D.

§. 1. Liberalis quidam et ingenuus ingenii tui candor in causa fuit opinor, reverendissime præsul et idem princeps illustrissime, ut ex meis libellis longe quam pro meritis maiorem opinionem de me conceperis. Et tamen istum animum tuum si minus mihi, certe literis ac virtuti gratulor, gratulor iis qui vere sunt id quod me credis esse. siquidem ut hactenus errat tua celsitudo, quod tantum laudis tribuit Erasmo, non errat tamen in hoc, quod egregiam virtutem cum eruditione pari copulatam, in quocunque comperiatur homine, summorum principum studio fovendam ornandamque censet. §. 2. Quanquam autem non dubitabam, quin ex congressu nonnullam opinionis meæ iacturam facturus essem apud te, tamen apprime gestiebam in tam eximii principis amplexus accurrere, ac ne prorsus ἄδωρος venirem, Pauli ad Romanos epistolæ paraphrasin tuo nomini destinaram. hunc animum meum literis significaram inveni non minus eruditione quam imaginibus claro, Udalrico Hutteno, sed hoc unice nobili, quod tua dignitas illum inter præcipuos ac interiores officiarios complectitur. Sed ea mox mutata est sententia, quod magis convenire videretur, ut quod Rhomanis scriptum esset, iisdem inscriberetur. §. 3. Interea nec per fortunam tuo conspectu frui datum est, nec per studiorum immodicos labores licuit apparare quod tua celsitudine dignum haberetur: etenim cum proxime Basileam repeterem, in diversam ditionis tuæ partem procul te contuleras; rursum ubi me reciperem in patriam, iam apud Cæsarem agebas Augustæ: quod quidem iter cum mihi vel eunti vel redeunti multis nominibus infaustum fuerit, nullo tamen infelicius, quam quod tui non contigit copia. §. 4. Porro dum posthabitis curis omnibus pro viribus adnitor, ut Novum Testamentum Leone X., cui dicatum erat, dignum efficiam, ac proinde iterum atque iterum novo, mihi pene veterum collegi; dum hoc a senio vindico, mihi senium contraxi, dumque illud, uti scribis, pristino nitori restituo, mihi squalorem ac situm conciliavi: nam labor is ut voluptatis et gloriæ quam minimum habet, ita tædii molestiæque plurimum. ac pene duplicabat molestiam, quod complures experirer ingratissimos, quorum utilitati potissimum tantum laboris desudabatur. §. 5. Tandem et a laboribus quibus distringebar, et a morbis qui me propemodum extinxerant, utcunque mihi restitutus officii mei meminisse cœpi atque hisce literis, quando adhuc secus non licet, amplitudinem tuam saluto simulque gra-

LXXXXVIIII. A.B = A. B. ad super. n. LXXXVI. adnot. — Elegantissimum aulicum hominem prodit epistola, quam totam repeto, cum Erasmicarum epistularum editores eam neglegant.

3 RHOMANÆ *A.* 19 ἄδωρος] sine munusculo. Rhomanos *A.* 20 Hæ quoque litteræ deperditæ esse videntur. 29 nominibus] hominibus *A.*

tulor tot ornamentis tuis cardinaliciæ dignitatis fastigium accessisse, unde tibi hoc etiam plus decoris adiunctum est, quod a pontifice integerrimo nec emptum nec ambitum obtigit, et adeo non ambitum, ut, nisi Maximiliani Cæsaris au-
§. 6. toritate motus, obstinate fueris recusaturus. Adiunximus epistolæ libellum de ratione studii theologici, non ut hoc tuo nomini dedicato fidem meam liberem, verum ut hoc velut arrabone dato magis ac magis astringam. Optabat R. T. D. ut divorum vitas illustrarem meo stilo, at ego conatus sum, ut ipsi divorum principi mea qualicunque industria lucis nonnihil adderem: nam gaudet ille
§. 7. totius gloriæ fons etiam piis suorum studiis utcunque nobilitari. Cæterum sermone vix consequi queam quantopere deamem indolem istam tuam, cui inveni inter tot ditionis administrandæ necessarias magis quam sacras sollicitudines illud vel in primis cordi est, ut divorum vitæ, quæ partim habentur fabulis anilibus simillimæ, partim eo proditæ stilo, ut nemo doctus aut gravis absque nausea possit legere, primum maiore delectu maioreque fide, dein sermone si
§. 8. non facundo, certe mundo castoque tradantur. Perspicit nimirum tua prudentia id quod verissimum est, non mediocriter ad Christianæ religionis ornamentum facere, ne quid omnino canatur aut legatur in templis quod non gravissimo doctissimoque cuique placere queat, hoc est quod non ex divinis libris haustum sit aut certe a viris eximiis profectum: nunc Siculis quod aiunt gerris vaniora, nunc cuiuslibet deliri senis aut etiam aniculæ somnia huc irrepserunt
§. 9. et indies magis ac magis irrepunt. Verum hac in re præstare quod desiderat celsitudo tua, magis opto quam possum: ego præter conatum sedulum nihil polliceor: non desunt autem vel apud Germanos qui mea sententia cumulate valeant tuis sanctissimis votis satisfacere; vel Huttenum habes domi, linguæ
§. 10. Latinæ delicium. Interea mihi magis libet tibi mentem istam episcopo dignam quam fortunam quamlibet amplam gratulari. o felicem Christi populum, si passim contingat tales esse præsules, quibus Christi gloria nihil sit antiquius, qui gemmarum lucem, qui auri fulgorem, qui argenti nitorem, qui byssi candorem, qui cocci ignem, breviter qui totum Aaronis ornatum moribus ac vita referant, quibus etiam si pallium ac pedum detrahas, tamen episcopos agnoscas. In te Fortuna, quam antiquitas cæcam faciebat, oculata videtur: generis tui longe clarissima stemmata morum tuorum ornamentis illustras; archiepiscopi dignitatem vitae integritate conduplicas; cardinalicio galero nescio quid maiestatis additum videtur, posteaquam tu non recusasti. Quid superest nisi ut Christum optimum maximum comprecemur, ut istam mentem tibi, te nobis quam diutissime servet incolumem? Lovanii. XI. Calend. Ianuarias. Anno M.D.XVIII.

---

[1] Cardinalitiæ *B.* [4] motus] permotus *B.* R. T. D.] reverendissima tua dominatio. [8] ille] Leoni X. adulatur, non Christum celebrat h. l. [10] deamen *B.* [11] solicitudines *B.* [19] frivola Siculis gerris vaniora. *Auson. ep. ad Symmach. grypho præmiss.* [21] Quasi Hutteni vitis sanctorum recensendis aptum ingenium fuisset, quod numquam Erasmus aut sincere amavit aut vere æstimavit: mutuum scabi voluit Roterodamus. [29] Aaron. ornat.] Cf. Exod. XXVIII. 4. sqq. Fortuna] Cf. Apul. Metamorph. VII. p. 449. ed. Oudend. et Hutteni dial. Fortun. §. 11.

[AVGVSTÆ VINDELICORVM?] C. [SVB FINEM A. 1518?]

VLRICHI AB HVTTEN
EQVITIS GERMANI
AD INVICTISSIMVM PRINCIPEM MAXIMILIANVM, ROMANORVM IMPERATOREM VT BELLVM IN VENETOS COEPTVM PROSEQVATVR EXHORTATORIVM.

PRÆFATIO.

In ioco audacem esse apud te si peccatum est, Cæsar, peccavi ego §. 1. qui hoc ad te exhortatorium concinnavi imprudens. at quid istius temporis aliud facerem? tantisper libitum insanire est, dum per ætatem possim opera tibi aliqua mea prodesse. quod si nunc æquanimiter feres, quam mihi, bone Iupiter, augebis ad scribendum industriam: plane in te aliquod est confidentiæ huius stabulum: ita iampridem habuisti multos alios. et potes ita nosse te ipsum, ut rectius putes a nobis te vero lau- §. 2. dari, quam falso a Venetis vituperari. quibus enim non impetiverunt te contumeliis? quam non ignominiam tibi obvertere conati sunt, impuri homines, semper in regum ac principum existimationem coaxantes ranæ? nec suo id incommodo: iam experimento cognitum est enim quæ sit ho- §. 3. minum de Venetis opinio quam sua ista sibi petulantia pepererunt, immensum videlicet nominis huius odium quod, per omnem passim Europam disseminatum iam olim, nunc tandem aperiente te fenestram ac omnem confestim cunctationem abrumpente . . . . . Unam hanc pestem te in- §. 4. dignam fortuna alit, qua isti confisi insolentes homines nulli pepercerunt flagitio, a nullo temperarunt dedecore. qua in re, ut de aliis taceam, quid non moliti sunt quo te obliquum adversus contumeliosam hanc suam potentiam everterent? quas non fallacias intenderunt? quibus non technis circumvenerunt? quas non fraudes commenti sunt? Nuper illi §. 5. feroces quidem, sed victi abs te armis nunc pacem, quod unum est illis suæ perfidiæ asylum, apud te inire student; scilicet quo inopinantem post expeditius opprimant: hoc iam tum commenti sunt nefas, hoc invenerunt consilium. Quos siquando, non dico omnes, aliquas saltem dico tuas vires §. 6. effundere voles, ita contundes, ita proteres, ut ipsa si cupiat Salus, servare a te incolumes non possit. Quid igitur tanti est cur nolis in cervi-

---

C. A = Indic. bibliogr. n. XX. 1. 𝔄. 2 = Opp. poet. (Ind. bibl. nº. L.) p. E 8ª. sqq.
3 = Hutt. Münch. I. p. 115. sq.

---

[9] In loco *2. 3. perperam.* [13. 14] te est aliquod *3.* [15] Es *3.* [22] diffeminatum. Iam *A.* [23] abrumpente. Un. *edd. Videtur excidisse aliquid, v. c.* in miram speciem excrevit. *Complura* de odio Venetorum *sunt epigrammata cum hac præfatione ad imperatorem missa.* [25] et a *2. 3.* [27] intenderant *3.*

cibus Venetorum collocare nos? Sed audi quid ego in versibus declamatorem agens luserim.

[AVGVSTÆ VINDELICORVM?] **CI.** [SVB FINEM A. 1518?]

VLRICI DE HVTTEN
EQVITIS GERMANI
AD CÆSAREM MAXIMILIANVM
EPIGRAMMATVM LIBER VNVS.
PRÆFATIO.

§. 1. Erumpit tandem, Cæsar, et lenitatis tuæ præsidio in lucem egredi
audet magnarum nugarum haud ita magna diligentia elaboratus a me libel-
lus, ut qui ne senserit quidem adhuc qua communiri debebat limam; erum-
pit tamen, immaturus ille quidem, sed autoris sui periculo, quem istæ
manent severæ criticorum sententiæ: quanquam non mea id omnino culpa
§. 2. fiat: quippe cum vecte clausissem hunc, certus non edere, contigit ut qui
magnam eius olim partem descripserant, paulo post in Italia iam agente
§. 3. me et ne suspicante hoc quidem divulgarent. Quod ego in Germaniam
rediens ubi comperissem, et iam Epigrammata ipsa in manibus haberi vi-
derem, corrupta illa et ut raptim quodque ac ipsa adhuc incude fervens
collectum erat, quid aliud facerem quam ut revisas nugas et paucis admo-
dum emendatis erroribus atque, ut obiter fieri potuit, detersa siqua hor-
§. 4. ridior esset, scabritie liberius evolare paterer? Accedit ad hoc, quod in
tua aula qui mei studio tenentur, aliquid efflagitabant quod tua cum laude,
ut ipsi putabant, ederetur, ac statim ederetur; sic fore dictitantes, ut tibi
§. 5. innotescerem. Ita non iam meapte ductus ambitione, sed aliorum impor-
tunitate coactus in errorem consensi, sive hoc tibi gratum facio sive non
bene noverunt te qui hoc aliquid referre existimabant. Quod utcunque
æstimes, non magni facio: iam alio enim opere et magis accurato illo
§. 6. forte tuis occurrere virtutibus decrevi. Interea hæc habe, quæ si non ad-
modum probes, legas tamen, aut non legas etiam, saltem habeas. sunt
Epigrammata varie, diversis locis ac temporibus in tuas scilicet victorias,
aut ut quodque obiectum est quod vel ipse vidi, quibusdam enim interfui,
§. 7. vel aliorum relatione gestum cognovi. Quam rem si accuratius paulo re-
tulissem in literas, contemnere nemo potuit; nunc istam in dubios even-

CI. A = Indic. bibl. n. XX. 1. 𝔄. 2 = Opp. poet. p. A 2ᵃ...A 3ᵃ. 3 = Hutt. Münch. I. p. 166...168.

---

12 quidem ille *3.* 14 recte *A.* fit. Quippe, vecte *3.* 15 Cf. Indic. bibliogr. n. VI. ædere *2.* 23 æderetur *2.* 24 me apte *3.* *inepte.* 26 utcunque *2. 3.* 28 hoc *2. 3.* 32 paullo *3.* 33 litteras *3.*

tus et ambigua sorte aleam iacio, pro te interim vovens, ut diutissime
nobis imperes et incolumis persistas, hoc crebro afferens *Εἰκός ἐστι κο-
ρώνης ἐνιαυτοὺς ἄρξαι παρ' ἡμῖν τὸν δικαιότατον ἄρχοντα.* nec tu §.8.
secus de Germania videris esse meritus: quæ enim bella non gessisti sine
magno nostro dispendio; inimicorum opera ultus inimicos, cum, qui hinc
inde hostes essent, eos invicem committeres, videlicet ut te absumere qui
contenderent, hi se ipsi te spectante ac incendium illud tuo flatu alente
consumerent. Quo consilio Gallorum incommodo afflixisti Venetos rursum- §.9.
que Gallos Helvetiorum ac Britannorum opera perculisti, nostris ad omnia
pericula rarissime usus. Prudenter, per deos, ut isti scilicet, de quorum
potentia aliquid suspicionis ad te pertineret, comminuerentur, nos hic in
omni securitate pacem haberemus et, quod omnium vincit admirationem,
tantum bellum, tam grave, tam periculosum, ne sentiremus quidem. Quid §.10.
illud: militibus qui Veronæ in præsidio erant et qui Brixiam tuebantur,
his quinque plus mensibus Venetorum pecunia, qua inducias illi abs te
redemerant, stipendium adnumerari quod vidimus? Hoc primum te impe-
rante passi sunt Veneti, ut suis opibus contra se militantes compararent.
Age vero, a quo unquam rege aut principe eo more pacem petiverunt, §.11.
quo a te primo huius belli anno apud Cremam profligati cum essent, ut
qui pacem dares, idem condiciones pacis scriberes? Nec obtinuerunt, te
infensius iam irato quam placari qui posses, aut pacem qui prece ac precio
intercedente admitteres. Quod faxit deus Opt. Max. ut salutare huic im- §.12.
perio, tibi summa cum laude et gloria exeat. Sed iam sine ipsis me tibi
nugis obstrepere.

---

[2] *εἰκός ἐστι κτλ.*] Veri simile (*sive* Aequum) est cornicis annos imperaturum esse nobis iustissimum principem. (Synes. epist. ad fratrem ep. 110. p. 415. ed. Synesii Epp. Paris. 1605. 8°.) *Sed non attigit 'cornicum secla vetusta' Maximilianus: non longe post hanc præfationem scriptam diem supremum obiit, pridie Idus Ianuarias a. MDXIX. nondum sexagenarius.* De rebus gestis quæ §§. 9...11. memorantur, conferenda sunt Epigrammata quibus hic præfatur auctor, item supra Epistolam Italiæ ficticiam cum Eobani Hessi responsorio. n. XXXVI. [3] *ἐνι αὐτοὺς 2. ἐνι ἀντοὺς 3.* [7] ac] ad *3.* [8] adflixisti *3.* [9] Helveticorum *3.* [11] Brixam *2. 3.* [18] Huius petitionis vivum quasi spectaculum exhibet tabula xylographica, quæ est in Augustensi epigrammatum, unde hanc præfationem desumimus, exemplo (Indic. bibliogr. XX. 1.) p. Aiij^b. [20] conditiones *2. 3.* [21] pretio *3.*

? CII. [A. 1518?]

1.

ELEVTHERII BYŽENI IN SEQVENS ENCOMIVM TRIVMPHANTI CAPNIONI DECANTATVM AD PRINCIPEM AC POPVLVM GERMANORVM PRÆFATIO.

§. 1. Ecce vobis Triumphum Capnionis, o Germani, eius Capnionis, quem
vos e faucibus perditissimorum hominum Theologistarum, ut vobis super-
esset hæc gloria, summa contentione eripuistis. Proinde exultate ac plau-
dite! non parva enim res effecta est datumque vestri erga summos viros
studii documentum ingens; perculsa infimorum hominum invidia; effre-
natæ profligatorum nebulonum libidini frænum inditum; habitus honor
studiis; proposita virtutibus præmia; revocatæ ab interitu literæ, diis
§. 2. gratia: ex longo ac pudendo errore oculos recepit Germania. Sic vos
laturos Capnionis afflictionem, ut multa nostri maiores, putabant. quod
quia secus cessit, deum atque hominum fidem incusant. quia enim tot
tantaque prius scelera impune tulerunt, innocente erepto Capnione indigna
se pati clamitant, quod certius nihil existimaverint nuper quam se potitos
adversus Capnionem ac literas victoria, cum anno abhinc tertio euntem
Romam pecunia servitiis ac equis instructum Hogostratum, modestius for-
tuna uteretur frustra monerem, ut qui semel sublatis cornibus ferocire
§ 3. non desineret, securus sibi confectæ fœliciter rei. Memini opprobratam
nobis in Italia hominis insolentiam: 'tantum' inquit aliquis 'licet in Ger-
mania fratribus?' velabam ipse verbis quantum licuit, nostram turpitudi-

CII. A. B = Indic. bibl. nº. XVI. 1.2. 3 = ibid. nº. 3. 4 = Partem præfationis, inde a §. 5. v. *Hi sunt* repetiit Mains. cf. Ind. bibl. l. c. nº. 5. 5 = Hardtius (Ind. bibl. l. c. nº. 6.) II. p. 148. sq. 156. repetito exemplo B inscripsit *Ulrici Hutteni opus.* 6 = Hutt. Münch. II. p. 359...361. 391.

[3] EL. BYZENI] VLRICHI AB HVTTEN EQVITIS GERMANI *3.* El. Byzeni] Quod Münchius (Epp. O. V. Lips. 1827. p. 54.) narravit, inter Turicensia ab ipso Hutteno emendata exemplaria se vidisse exemplum *Triumphi*, in cuius inscriptione pro deletis verbis *Eleutherio Byzeno* scriptum fuisset *Ulrich Hutteno autore*, si verum id neque ex multis hominis levitatibus est, tamen non probat hæc verba ab ipsa Hutteni manu, quam ut alia non satis novit Münchius, adposita fuisse. Mihi quidem Turicenses Hutteni libellos a. 1855. diligenter perquirenti nemo illud exemplum exhibere potuit, sæpiusque quærenti responsum est aut mendacium dixisse Münchium, aut certe illud exemplum bibliothecæ civitatis Turic. ablatum esse. Ceterum hanc præfationem epilogumque scripsisse Huttenum equidem non negaverim, ipsum vero Triumphi carmen commune Hermanni Buschii Huttenique opus esse veri simillimum esse puto. [6] Germanorum *6.* [13] frenum *3. 4. 6.* [23] feliciter *3...6.* [24] inquit, aliquis licet *AB. 5.*

nem. et cum passim Bernense scelus caneretur, dissimulabam e quorum
colluvione immensa prope ac pessimi exempli scelera profluxissent, eos
apud nos augeri honoribus, dotari muneribus ac redditibus locupletari.
porro illud metuebam, ne erumperet id hominum genus censendis moribus §. 4.
ac studiis nostris præfici. Affligebatur interea bonus Capnion; ipse nostram
vicem dolebam, et mecum insontis casum indignabar amici. Neque segnius
parta iam victoria exulto, ut qui in exitium pessimorum hominum latam
iam patefactam fenestram videam: quippe Turcas nego aut ardentiori dignos §. 5.
odio aut maiori oppugnandos opere: hi sunt, quibus temporum infelicitate
recta studia interierunt, literæ proculcatæ sunt, divina theologia ad inutilem
loquacitatem, meras nugas, aniles ineptias recidit. Latius iam §. 6.
evagor, nec vos pigre agnoscitis, Theologistæ, vestræ vobis culpæ conscii.
quibus profecto lætius nihil ominor, quam ut regnasse vos dicatis: valent
artes, vigent studia, florent ingenia, barbaries exulat, doctissimum pontificem
vestræ piget stoliditatis. An quicquam ultra audebitis, quibus tam §. 7.
infœliciter auri Iudaici piscatura cessit? Ne facite, oculos habet Germania,
vobis detractum velum, in aperto constituti neminem cælabitis: regnastis,
aut malo Christianæ reipublicæ fato, aut eorum qui vos passi sunt scelere.
Quis enim per deos immortales tam iniquus pontifex, qui nobis primus §. 8.
hoc iugum imponebat? aut quis ita ignavus orbis terræ imperator, qui sic
manifeste nostram nobis libertatem eripi sinebat? Sed recte adversus Capnio- §. 9.
nem insurrexistis hoc tempore: nam eius viri magnitudine perspectissima ignorare
se diutius Germania non potuit, servare suum decus, suam gloriam
studuit. Mecum igitur insultate victis, Germani. nam quo maiori diffi- §. 10.
cultate hæc parta victoria est, utpote octavum iam annum oppugnato Capnione,
eo vos tenacius meminisse in posterum oportebit, quatenus quid
ferre debeatis. Sed iam triumphantem Capnionem spectate ac plaudite!

2.

AVTOR THEOLOGISTIS.

Laqueum sumite, Theologistæ, Viginti amplius summs in infamiam ac perniciem vestram coniurati; debetur hoc Capnionis innocentiæ, debetur

[1] Bernense scelus] a. 1509. quattuor fratres ordinis prædicatorum de observantia Bernæ combusti sunt propter fraudes ideo commissas, ut contra fratres minores ostenderent conceptum Mariæ virginis sacrum non fuisse. Exstant plura de hoc scelere composita carmina popularia *von der unbefleckten Empfängniss Mariæ*, quorum unum Nicolaus Manuel scripsit. Vide imprimis [Thomæ Murneri] De quattuor hærefiarchis | ordinis Prædicatorum de Obfer=|uantia nuncupatorum apud | Suitenfes in ciuitate Ber|nenfi cōbuftis. An|no Chrifti | M. D. IX. | *in 4°.* exstat etiam Germanice. [3] reditibus *3. 5. 6.* [9] infelicitate *3...6.* [12] pigræ *A. 5.* pigrę *B.* pigri *4.* [16] infeliciter *3...6.* [17] celabitis *A.* [20] qui ita *4.* [25] octavum iam ann.] Ineunte a. 1510. Pfefferkornius Reuchlinum visendi causa adiit, post quod tempus ipse cum Coloniensibus hunc statim persequi cœperunt.

[31] coniurati] cf. supra p. 130. sq. Reuchlinistarum exercitum.

vestro sceleri; debetur reipublicæ literariæ. immo bono hoc quodam fit Christianæ religionis fato, cui vos obscurata luce pudendas invexistis tenebras, quibus nos expulsis ac effugatis Christianum diis atque hominibus plaudentibus illustrabimus orbem. Renatus est Hieronymus; novum Testamentum lucem induit; multa ex Hebræo, multa ex Græcis eruuntur; ardet opus. Interea vos quid agitis, cur quis Theologos vos vocet? Nempe hoc, ut agentem hæc Capnionem literis ac temporum nostrorum gloriæ adimatis. Proinde laqueum sumite: Multorum ore vobis canitur, quorum non idcirco sum ego optimus, quia primus, sed idcirco primus, quia minime patiens moræ. Vos igitur moneo, Coniurati, adeste, incumbite, ruptus carcer est, iacta alea, regredi non licet, Obscuris Viris laqueum præbui, nos vicissim herbam sumemus.

Maximiliano Austrio Romanorum ac Germa
norum Imperatore Inuictiss. Rerum ha
benas Moderante.

ERPHVRDIÆ. **CIII.** A. 1518?

[EOBANVS HESSVS]
DOCTISSIMO VIRO DOMINO
MVTIANO RVFO
CANONICO GOTHANO PATRONO *SVO SALVTEM DICIT.*

Salvum te esse, omnia ex animi tui sententia tibi succedere, si non vehementer gaudeo, Mutiane observande, minime omnium valeam .... Qui tibi hasce literas reddit, frater germanus est uxoris meæ, homo mei valde studiosus. huic dedi etiam Mosellani epistolam ad te, nuper mihi missam. addidi quam ad me et Petreium ille scripsit; non aliam ob causam quam ut videas quid de nostro Huteno et me indicet. Magnum est, Mutiane, et gloriosa res Huteno fieri parem, multo gloriosius excellere. Tu quid sentis? nosti Capnionis elogium; nosti quid Hutenus mihi tribuat. Cuius epistolam, quoniam superiore tempore, cum ex Georgianis vallibus ad te divertissem, legere non voluisti, etiam nunc remitto, oroque ut utramque diligenter legas. Ecce perturbabo nonnihil tranquillitatem tuam, obruam te literis: da mihi hanc operam, mi Ruffe, suffurare tantillum ocii, dum legas ista: non enim

---

CIII. 1 = [Ioa. Camerarii] LIBELLVS | ALTER, EPISTOLAS | COMPLECTENS EOBANI | ET ALIORVM QVORVNDAM | *etc.* .... | LIPSIÆ IN OFFICINA | PAPÆ. AN. | M. D. LVII. | 8°. foll. I 2. I 3. 2 = Mutiani Epp. (Indic. bibl. n°. 64.) Reliquiar. p. 101. n°. LXXV.

---

[2] cui *etc.*] *in 4. transpositi operarum neglegentia versus lectorem impediunt.* [4] Hieronymus et Novum test. Erasmi primum prodierunt annis 1516...1518. [13] Maximiliano ... Moderante *non habent A. 3. 4. 6.*

[22] uxoris meæ] *Catharinæ Spater, Erfurtensis.* [24] Petreium] *Eberbach.* [28] Georg. vall.] *Georgenthal ducatus Gothani.*

volo apud te gloriari, sed tibi Apollini meo tantum ostendere quam sim huiuscemodi popularis auræ cupidus assectator, eaque de re si possim praeclara extorquere iudicia . . . . Vale, properat tabellarius. cursim. Erphurdiæ. *Tuus* Eobanus *Hessus.*

MOGVNTIÆ. ANNO 1518.

CIIII.

HVLDERICHVS DE HVTEN EQV. CHRISTOPHORO HACO S.

Huc huc, Musa, meis lassa doloribus,
Quæ mecum sterili tempore desides,
Et morbi vitio carmina negligis,
Hoc te temporis excita.

Cessit læticiæ quod doluit novæ,
Solvuntur refugis membra tremoribus,
Confestim videor restitui mihi
Morbis liber ab omnibus.

Ne te caussa tamen tam subiti boni
Et nostri lateant semina gaudii:
Adventu egregii prosilui viri,
Qui me adfatur amiciter.

Illum Pierides nescio quæ mihi,
Certe suaviloquæ, candidulæ, bonæ,
Dulces, blandisonæ, grata levamina
Duris casibus applicant.

I, dextram iuveni comiter iniice
Et, raptis iterum suaviter osculis,
Cum nostro illud Ave nomine dixeris,
Duc tecum mea visere.

Moguntiæ An. M.D.XVIII.

CIIII. 1 = Camerarii Libell. alt. ad proxime superiorem Hessi epistolam cit. fol. K 4.[b] 2 = Burckhard. III. p. 105. 3 = Hutt. Münch. III. p. 118.

[5] lætitiæ *2. 3.* [9] causa *3.* [16] adplicant *2. 3.*

[ERPHORDIÆ?] **CV.** [SVB FINEM A. 1518?]

REVERENDO PATRI DN. IOANNI LANGO
AVGVSTINIANO THEOLOGO VERE DOCTO
ORDINIS BONORVM DECORI IMMORTALI
PRÆCEPTORI SVO CHARISSIMO
HELIVS EOBANVS HESSVS SALVTEM.

Iam non dubitabis amplius Huttenum triumphare pro Capnione: a fronte istam phrasim non ita agnovi; statim ac introgressus penitus Huttenus noster factus est Eleutherius, quia vere liber. puto multas illi, quas facile possumus suspicari, fuisse causas, propter quas personam sumpserit ac luce palam nolit conspici. Ne dubita, vere Huttenus est; iuro tibi per omnia maxima, Hutteni est hoc. Sed male pereant mali typographi qui multa in præclaro libello prave scripserunt. ego duas tantum syllabas ab autore neglectas obelisco signavi; reliqua librariorum sunt peccata. Nunc illum aureum currum fide regia tibi remitto, ne deinde sæpius dicas reges fidem facile frangere. Pacæus iam dudum redisset ad te, sed est sine pedibus; puto Draconem pedes ademisse, ut est vorax talium. ego ventrem et calvariam tantum Britanni scribæ habeo. Utinam sicut anima vales, ita etiam corpore pulcherrime te habeas, omnia pessima isti morbo, tibi lætissima ominamur. convalebis; sed cura ut valeas; serva te nobis; cupimus te videre salvum: si tu non sis, qui amemus istam turbam tuorum fratrum, qui te salvo fœlices sumus? Bene vale.

CV. Hessi Epp. fam. (Indic. bibliogr. n⁰. 56,1.) p. 19. sq. Cf. ad epilogum proxime superiorem adnotata et ex Mutiani Epp. supra n. XVII. sqq. excerpta.

IN ARCE HVTTENICA. **CVI.** [POST INIT. A. 1519.]

VLRICHVS HVTTENVS
LIBERIS OMNIBVS AC VERE GERMANIS S.

§. 1. Cum orationem scripsissem nuper qua principes nostros ad bellum Turcis invehendum exhortarer, eamque non dicere tantum in illo quod

CVI. A = Indicis bibliogr. n⁰. XIX. 2. 2 = Wagenseil n⁰. XIX. p. 127...129. 3 = Hutt. Münch. II. p. 531...533.

[2] Io. Lange, Luthero Crotoque amicissimus, D. et prof. theol. Erfurtensis, Augustinianorum prior, postea primus ministerii evangel. senior. [14] aureum currum] Alludit ad picturam primæ editioni adiunctam. fide regia] Hessus Regis nomen inter amicos gessisse notissimum est omnibus qui Hessum noverunt. [15] Pacæus] Ricardus Pace, Henrici VIII. regi Angl. ab epistolis et orator cum Erasmo coniunctissimus. Erasmus Lovanii 15. Nov. 1518. ad Petr. Aegidium scripsit "Pacæum iam supra biennium apud Elvetios detinent [Cardinales]". [16] Draco] Io. Drach s. Draconites, et ipse tum Erasmo gratissimus, Eobano semper amicissimus. [17] ventrem ... habeo] ad mensas poculaque convenimus.

Augustæ fuit æstate superiori principum ac populi Germani comitio, sed et scriptis habitam edere proposuissem eo confidentius quod putabam me gratum hoc Germanis omnibus facere, ut qui in commune consulerem et rem interim nullo quidem sano consilio, verum aut imbecillitatis vitio aut adulandi studio hactenus evitatam primus et aggrederer et usurparem, idque et opportuno tempore et bona ut unquam occasione fieri tunc posset, accesserunt me ex amicis quidam, solliciti illi de salute profecto mea et, ut multi putabant esse tempora, utilia suadentes, qui vehementer ab hoc instituto deterrebant, fore putantes, ut quia insunt quædam orationi ipsi in statum Romanum liberiora quam malus aliquis pontifex ferre possit, ut mihi periculum inde aut certum etiam malum proveniat. Parui, ut tunc, § 2.
illorum admonitiori, precibus etiam contendentium, quique erat animi ardorem restinxi ac me ipse continui. Quod ut ægre feci, ita haud multum diu facere potui. ut cogitare enim cœpi quanto honestius sit quantumcunque præsens ultro adire discrimen, ut patriæ prosis, quam saluti propriæ consulere, dum hanc publico commodo et maximo in re necessaria adiumento fraudes, excitavi ipse me ac confirmavi, his præsertim consiliis: primum namque ad periculum quod pertinebat, confidebam id §. 3.
plane nullum esse, cum quod ea iusta est et necessaria ac minime petulans censenda qua ibi utor libertas, tum quod optima mihi et æquissima semper omnia de Leone X. persuasi. quem tantum abest ut in hac re §. 4.
metuam, ut etiam Laurentii Vallæ adversus ementitam Constantini donationem libellum in lucem iterum, præfatione ad ipsum facta edere nuper ausus sim, cum nihil tantum esse videam si hoc fecero, cur mihi succenseat bonus Pontifex, sub quo vel ob id maxime liberum esse licet, quod sibi ipse hoc per Italiam erigi passus est plenum veræ ac solidæ laudis trophæum LEONI DECIMO RESTAVRATORI PACIS. Quando tutior enim §. 5.
ac viva magis libertas quam cum una omnibus pax est? at ille ex bellicis Iulii Secundi tumultibus pacem invexit; certe igitur et emortuam nuper pessimorum scelere pontificum libertatem produxit: quomodo enim aut dirimi ista ac seiungi possent, aut ille hoc ingenio, hac eruditione præditus dirempta ea ac seiuncta vellet? Deinde siqua etiam ingrueret calamitas, §. 6.
tutum me fore putavi sperato et nihil temere concepto Germanorum meorum præsidio, utpote quorum nomine hanc mihi accersivi ultro difficultatem; adeo ut iam haud contemnendis argumentis prospiciam, siquis sit qui ita velit extinctam Germanorum libertatem, ut contra nullam penitus iniuriam, nullam contumeliam vel reclamare nobis liceat, ei videndum, nequando illa sic constricta ac pæne suffocata cum maximo repente huius servitutis authorum incommodo ac detrimento erumpat, ac se sibi adserat. Quam §. 7.
quidem, ut prudenter hæc æstimemus, et consilium ipsi quoque demus

13 restrinxi *2. 3.* ægræ *A.* 29 evexit *2. 3.* 32 nullā *A.* 38 pœnè *A.* 39 autorum *3.*

oppressoribus nostris, quanto consultius fuit aliquem semper spiritum agere
neque arctissime comprimi, quam ubi se manifeste strangulari iam sen-
serit, impetu facto ereptione sui multa conculcare ac evertere? Patitur enim
capi illa ac vinciri leviter patitur, præsertim arte siquis valeat et astutia
§. 8. possit; duci ac perimi non patitur, nec in totum everti sustinet. Proinde
aliquid nobis ultro detur, ne omnia ipsi usurpemus ac ab invitis eripiamus.
quanquam omnino modicum est quod mihi desumo, ut ex iusto dolore
aliquod doloris signum edam, ut communem patriæ acerbitatem una voce
§. 9. et modesta illa ac ingenua significem. Iam hoc quantum est quod cum
Maximo Leone mihi convenit, quod ut ille Turcas bello petendos ac rebus
Christianis suppetias ferendas suadeo? Bene habet, liberum mihi est loqui,
liberum edere vel tanto patrono caussam tuente. Quapropter confidendum.
§. 10. Vos quibus patriæ libertatis cura est, qui Germanum decus agnoscitis, qui
nondum omnia superstitioni tribuitis, legite, relegite ac similia audete, et
Valete. in arce Huttenica.

ROTENBVRGI AD DVBERAM. | **CVII.** | 28. FEBR. 1519.

CHRISTIANISSIMO FRANCORVM REGI FRANCISCO
VLRICHVS DE HVTTEN EQVES GERMANVS
SALVTEM ET OBSEQVIVM.

§. 1. Etsi (quia longe alia est apud omnes virtutis tuæ opinio, rex Chri-
stianissime, quam ut talis aliqua in te suspicio congruat) nondum crede-
bam famæ omnia temere divulganti, tamen quæ mea est erga te affectio,
ex tua orta magnitudine, committendum non putavi, ut siquid vel rumoris
hominum esset, quod existimationem tuam gravare posset, eius te non im-
§. 2. primis commonerem. Nam et ego, cum dicerent omnes arma te contra
maximorum scelerum ultores suscipere, animo pariter et lingua repugna-
bam. profecto eam esse animi tui fortitudinem mihi persuaseram, quæ
istam minime ferret coniunctionem: quod imparius enim fœdus nunquam
coiit quam inter regem virtute ac genere nobilem et tyrannum dedecorum

CVII. II = Hutteni manus, de qua cf. infer. adnot. 1 = Indic. bibl. XXIIII. 1. 2. 2 = Wagenseil. n⁰. XXIX. p. 190...196. 3 = Hutt. Münch. III. p. 128...131.

[6] aliquis *3.* [8] aliquid *2. 3.* [15] M.D.XVIII. *add. 2. 3. falso.*

[20] *Exordium sic secundum 3. (nam ab ipso Hutteno emendatum exemplum, de quo Münchius rettulit se eo usum esse, frustra in bibl. civit. Turicensis equidem quæsivi, neque a bibl. præfectis de fatis eius exempli quicquam comperi) ita transposuit H.:* Etsi nondum .... diuulganti (nam longe alia .... congruat) tamen quæ mea *etc.* [21] suspicio in te *2.*

studio celebrem? aut qui te nosset, hoc facile crederet tuum optime af-
fectum animum hanc laturum omni coinquinatam turpitudine amicitiam?
Quod faxit deus optimus maximus, ut falso in te divulgatum sit, tibique §. 3.
mentem indat ne unquam in re turpissima primum, deinde modis omni-
bus periculosa etiam, errare velis. Ipse interim, quod officium esse meum
puto, hortari non desinam, tibi ut constes, utque optimo omnia consilio
modereris, remque et ea quæ circumstant accurate perpendas: meretur
hoc tua virtus, tuaque dignitas et, quæ splendidissima omnia de te præ-
dicat, fama meretur; proinde quantum in me erit, non patior regium fa-
stigium impurissimi adfrictu latronis pollui. Quanquam hoc ego si non §. 4.
facerem, spes erat nunquam fore in mentem tibi ut veniat istam gloriam
hac infuscare nota, et ea si esset etiam fortuna tua ut quædam te vio-
lenta necessitas amicis qualibuscunque uti cogeret, experiri omnia malle
quam hoc cum nebulone commisceri. quod fingi enim scelus potest, quod §. 5.
ille aut non admisit iam aut, si quo tendit aliquando exierit, admissurus
certo sciatur? aut quis ita oblivisci ipsius sui sustinet, non rex dico aut
princeps aut nobilis, sed de plebe etiam, qui non in aliquam se horridam
et maxime desertam ab hominum consortio solitudinem abstrudere malit
quam cum hoc conflictari, non tyranno iam aut parricida, sed principe
istiusmodi generis et magistro? Quodsi alius quispiam est ita a mentis §. 6.
sanitate alienus ut possit, tu certe tantus rex, tantus vir non debes: tua
enim omnia consilia a virtutis æmulatione dependent, illius in scelerum
studio defixa voluntas est; tua in rebus longe pulcherrimis perspecta est
virtus, illius in pessimis facinoribus enituit malevolentia; tu hostes debel- §. 7.
lasti, ille amicos interfecit; tu malos odisti, ille bonis omnibus inimicus
est; tu alienigenis devictis maximum in clementia tua præsidium reliquisti,
ille suos nulla habita alicuius necessitudinis ratione omnifariam et crude-
lissime adflixit; tu qui tibi nocuerant captos dimisisti, ille bene de se me-
ritos in vincula coniecit; tu qui exitium moliti tibi erant servasti, ille a
quibus servatus est occidit; te nocentes invitum punire ferunt, illi inson- §. 8.
tes perdere delitium est; tu quos habes convictores liberalitate afficis, ille
in suos comites omni ferocitatis genere grassari studet; tu bene merenti-
bus præmia, ille liberatoribus suis exitium rependit. In te non noti etiam §. 9.
spem collocant, illum quanto magis cognitus quisque est, tanto meticulo-
sius fugit; abs te vitam impetrarunt qui necem meruerant, ille a quibus
vitam acceperat, iis mortem retulit; tu qui dignitatem tueri tuam sunt
crediti, iis gratiam partim habes, partim retulisti iam, ille a quibus eve-
ctus imprimis est, eos deprimit, eos collidit ac perditum it; tu virtutem §. 10.
ut summum quoddam bonum propositam habes, ille extremum scelus vitæ

---

9 *malis* patiar 16 certo sc.] dubitatur 19 non simplici iam Tyranno *H. 3.*

scopum statuit; tu ex morum bonitate laudem petis, ille solius crudelitatis
palmam affectat; tu ex clementiæ fama tibi placuisti, ille ab edita atroci-
tate exultavit; tu non quos plecteres sed quibus parcere posses quæsivisti,
§. 11. ille nullo discrimine omnes perdere satagit; tibi laudis studium quietem
interrumpit, illum properandorum scelerum ardor somnum capere non
permittit; tu Christianum esse putas multos servare, ille quam plurimos
perdere ex officio arbitratur esse suo; tu colendam necessario fidem iudi-
casti, ille probitatem vilem habuit et in perfidiæ opinione laudem posuit;
tu quos iure belli occidere poteras vivere iussisti, ille quos minime debuit
§. 12. in perniciem adegit; tu captis matronis honorem habuisti, ille nobilissi-
mam ac honestissimam fœminam suam coniugem turpitudinis macula in-
signire conatus est; tu ab exilio coniugia revocasti, ille suam uxorem
mortis metu domo exegit; tibi pœnarum extremum mors est, ille exqui-
§. 13. site accuratis suppliciis satiari nunquam potuit; tu ad loca sacra confu-
gientes salvos esse vis, ille ipsa simul templa spoliavit et sacerdotia vasta
reddidit; tu publica pœna coerces adulteria, ille pessimo prodito exemplo
stupra docuit; tu contagionis metu facinorosos e medio aufers, ille sum-
§. 14. mis obnoxios sceleribus ad honores evexit; tu homicidas capite punis, ille
eum qui suam nuper coniugem, eamque gravidam, cum pedissequa et ipsa
gravida ac ministro quodam suo una eademque hora occiderat, magisterio
equitum præfecit; tu domi tuæ libertatis asylum habes, ille crudelissimam
in sua aula carnificinam instituit; tu ab aliena iniuria tuos omnes tueris,
§. 15. ille cotidiana in domesticos sævitia perfurit; tuum regnum turbis in Gallia
finem fecit, illius principatus tyrannis in Germania prima fuit; tu pacis
istic pulcherrimæ autor fuisti, ille turbulentissimos hic motus concivit; tu
clarissimis triumphis Gallicum nomen honestasti, ille turpissimis dedecori-
bus Germanam nobilitatem infamavit; tu virtutis adminiculo regis, ille sæ-
vitiæ instrumento dominatur; tu pugna Mediolanensi occisos hostes tuos
sepeliri iussisti, ille optimi viri sibique fidelissimi ac charissimi, cum eum
§. 16. occidisset, corpus ad sepulturam propinquis denegavit; tu matri tuæ re-
gnorum habenas reverentiæ causa ut plurimum permittis, ille captum
utrumque parentem domestica invidia domi claudit; tu alumnos et magistros
tuos honoribus et divitiis auges, ille educatori nuper suo oculos eruit; tu
in votis habes, ne qua in te umquam sinistra fama congruat, ab illo tan-
tum abest infamiæ metus, ut eiecta uxore sua principe fœmina eam domi

1 solus] *corr. H. 3.* 12 uxorem] Sabinam Bavaricam. 23 quotidiana *2. 3.* 25 pul-
cherrime] *corr. H. 3.* 29 optimi viri] Ioannis Hutteni. ac *1. 2.* et *corr. H. 3.* 30 ma-
tri] Ludovicæ Sabaudicæ. 32. utrumque *2. 3.* 33 educatori] Petro Iacobi? 35 sua
princ. fem.] Sabina Bavarica. eam] Conradi de Thumm, marescalci, unicam filiam,
Ioannis Hutteni uxorem. *In vulgari huius temporis carmine de duce Virtemp. est:* „Du
bülst umb Hans võ Hüttes weyb | Namst jm darumb sein iungen leib | On alle urteyl, wider

suæ in delitiis habeat, cuius quarto abhinc anno maritum occiderat. In §. 17. summa tu pie et regie vitam instituisti, ille sacra semper prophanaque omnia polluit; de te nulla mali facinoris suspicio unquam fuit, ille peculator, adulter, latro, parricida et omnium pessimorum scelerum ac flagitiorum nomine, publico etiam iudicio convictus est. Et cum hoc monstro §. 18. aliquid tibi commune, nedum fœdus et amicitiam esse velles? Dii melius, quam sic extra te positus unquam sis. Quinetiam non ad hoc in fœdus te vocat, quod beneficiorum inter vos ulla esse vicissitudo possit, sed ut tuæ potentiæ obtento quæ nefanda multa perpetravit, eorum supplicium declinet: iamque palam Gallica nobis arma minitatur et te cervicibus nostris impositurum se magno cum terrore iactat. Quod si non fingit et abs §. 19. te promissam opem certam habet tuoque fretus auxilio nobis resistet, quanquam persuaderi hoc non possum, tamen si obtineat dico, vicem tuam, rex, doleo, primum quia regiam maiestatem video impudici scortatoris sordibus contaminari, deinde quia te sic oblitum tui videbo, ut iniquissimam desperatissimi latronis causam defendendam suscipiens te tuaque omnia in apertum discrimen adducas. Iam te hoc non cælabo enim, vires esse §. 20. nobis quas satis futuras putemus non tantum ad hunc destruendum, verum etiam adversus quancunque illius societatem nos defendendum. proinde sic cogita, rex, provisum nobis esse, siqua in adversum vis ingruat, quibus præsidiis quemadmodum non solum nos communiamus, sed quomodo inimicos etiam debellemus. Atque hoc cum tibi prædicam, et ipsa etiam §. 21. res palam magis sit quam ut te fugere possit, quid est cur tibi periculum accersere ultro velis? An ita caret Germania hominibus, aut adeo hic omnes amicitiam aspernantur tuam, ut ad fœdissimi hominis societatem confugere tibi necesse sit? Clarissime rex, optime princeps, noli famam §. 22. prius tuam pessundare, deinde te etiam regnumque tuum in præceps cum abduxeris, subito lapsui obnoxium facere: idque hominis causa qui neque manu strenuus, neque consilio bonus fuit unquam; cuius te nullæ opes iuvare aut virtutes honestare possunt, sed contra qui omni in hunc diem malitia præditus in nefandissimis se sceleribus exercuit, et cuius te contaminatissima apud omnes existimatio ad parem infamiam adducet. Hunc §. 23. tu, inquam, fuge, rex, si alienus es; si coniunctus, desere: rusticani homines et extreme rudes Helvetii cum valida manu in auxilium iampridem illius exiissent, conscientia tacti, quadam etiam fidei suæ cum iactura

---

recht | Mit henken hastu jn geschmecht. | Vnd das volbracht mit deiner handt | Thůt billich allem Adel andt. | Dañ ab du solichs wolst verglimf | So treibstu noch mit jr deinē schimpf. | Als ab sie were dein ehelich genoß | Ach gott wie ist die schandt so groß."

14 videbo *H. 3.* 15 videbo *delev. H. 3.* 25 ad *delev. et* admittere (*pro* confugere) *scrips. H. 3.* 29 strenuus *2. 3.* 34 et extr. ... Heluetii] imprimis rudes Svitzeri *corr. H. 3.* 35 quad. .... iactura] quodam etiam cum periculo fidei *corr. H. 3.*

§. 24. dereliquerunt; tu quid facies, et rex et Gallus? Age autem si popularis esset tibi etiam carnifex ille, cum eum expelleres aut supplicio adficeres forte, nonne regnum tuum expurgasse et piaculo Galliam magno lustrasse te dicere velles? At nunc non Gallus est, verum hinc, ubi magno nostro pudore et altus est et genitus, bonorum omnium consensu, publica coniuratione, sententia orbis terræ imperatoris expulsus, eiectus et condemnatus, in Galliam tuam, quasi ea latronum et parricidarum nostrorum sit re-

§. 25. ceptaculum, confugit. quam tu sic odisse potes, ut illi patere velis? Porro cives tui quid dicent, si Germaniæ obprobrium conciliatum tibi viderint, nonne rem suis indignam moribus admissam? et te accusabunt, qui quod Germania repudiaverit, id potissimum tibi delegeris, in eo spem colloca-

§. 26. veris? Quodsi neque velles neque te oporteret famæ rationem habere tuæ, tamen periculi magnitudo consilium mutare debuit: nam ut validissimis copiis ad omnem non necessitatem tantum, sed splendorem etiam instructus sis, a me tamen monitus esse debes et nostras nobis esse vires, ac interim cogitare conscientiam æquitatis animare eos qui iusta tuentur, teque iuvare eum qui totam turbare Germaniam ingressus est; dumque id facis, infesta huic patriæ moliri et commune hic odium incurrere; tibi autem si velis assequi id quod diu iam conaris, opus esse amicitia bonorum, opus bona apud vulgum opinione; causam hoc consilio tuam peiorem fieri, me-

§. 27. liorem haud posse. Deinde illius memento veteris adagii, cum Germanis pugnandum ei qui male pugnare velit: nam omnino pugnandum est tibi, si hanc causam probas. sed ego non idcirco proverbiorum te moneo, quod ita mihi placeat Germania, ut invictissimam eam appellare velim, sed quia neminem cognovi lætam a Germanis unquam victoriam reportasse.

§. 28. Tu igitur si hic magnus esse cupis, id amicitia optimorum efficies; sin eum qui publico iam consilio eiicitur, capitali sententia condemnatus est, suffragari tibi mavis, desertam opem, certa pericula, certum odium pro-

§. 29. posita habes. Hæc optimo animo, optimo consilio moneo: sæpe ingens malum admonitu præventum est, nemo post factum recte consuluit. Vale et Galliæ tuæ optimus rex, ut cœpisti, diutissime superstes vive. In procinctu. Ex Rotenburgo ad Duberam. II. Caleñ. Martii.

---

4 hinc] hunc *1.* 11 in eo ... coll.] *emendationem II. se legere non posse adnotavit 3.* 21 veteris memento *2. 3.* 21 appellare] nunciare *II. 3.* 26 optimatum *1. 2.* optimorum *II. 3.* 32 M. D. XIX. *add. 2. 3.*

STÖCKELBERGK. | CVIII. | 1. MÆRZ 1519.

CVIII.

[Hutten an Sickingen.]

Dem Ernuesten tewren vñ hochberumpten Francisco von Sickingen Hauptman &c. Entbeut Vlrich võ huttē tzů Stöckelberg der junger, seynen freűtlichē grűß vnd willigen dinst.

Wie wol diß kleyn bůchlein, die weil es etwas schympß oder gespeyeß inhelt, ewrm handel oder übung, die yr dan sunst vnd zů voran yetz in ernstlichen, kriegischen, ritterlichen vnd teweren gethaten hyn bringet, nit gemeß ist, darumb ich euch das sunderlich vnd in ewerem namen zuschreyben, oder eygen solte. Aber die weil, als ich jungst bey euch gewesen, vñ yr das selbig bůchlein ym latein lesen hörteth, merckt ich ewer neygung vnnd willen, daß yr solchs gern in deutsch transferiert haben woltet. Auff das ich nu (wie ich alweg geflissen) euch hyr yn wilfare, vnd ewerm beger volge thu, vnd furnemlich darumb das yr dem feber auff vñ yn ewerm hauß vñ schlossen, bey weylen auch hoffnung vñ herberg geben můssen hat, darmit yr dan ym, wo es bey euch ferner anklopffen oder unterschleiff vñ herberg begeren würde, desterbaß begegē möget, so hab ich solchs buchlein, vom latein in dz deutsch, wie wol das im latein vyl lieplicher vñ kunstlicher dañ im deutschen lauten mag, verwandelen lassen, euch gůter meynung dedicieren, zuschreibē vñ zueygen wollen, mich euch hie mit beuelhen, dan euch lieb vñ dinst zuthun bin ich altzeit geflissen. Datum tzům Stöckelbergk auff den ersten tag des mertzen ym yar M.CCCCC. vnd XIX.

CVIII. A...C = Indic. bibl. n⁰. XXI. a...c. 4 = Burckhard. III. p. 156. sq. 5 = Wagenseil. n⁰. XXVII. p. 186. sq. Münchius omisit.

[3] Hauptmann *4*. [4] entbeűt *4*. von Hutten zum *4*. seinen freűntlichen *C*. seinen freündlichen *4*. gruss *4*. [5] dis *4.5*. [6] büchlin *B. 4.5*. schimpffs *B. 4*. schimpfs *5*. gespenes *B. 4*. [6.7] inhelt *C*. [7] ewerm *B*. ewerem *4*. ewrem *5*. dañ *B*. dann *4.5*. yetzo *B. 4.5*. [8] vñ *B*. tewern *B. 4*. tewren *5*. gemess *4.5*. [9] ewerm *B. 4*. ewren *5*. [10] bei *B. 4*. [10.11] büchlin im *B. 4.5*. [11] hörtet *BC. 4.5*. vnd *4.5*. [12] transferieret *B*. transferiret *4*. transferirt *5*. [13] hyrinn *B. 4.5*. ewrm *4*. ewrem *5*. darůmb *BC*. [14] Feber *4.5*. vnd inn ewerm *B*. vnnd eűerm *C*. vnd ewerem haus *4*. auff ewrem haus *5*. bei weilen *B. 4.5*. offnung *C. 4.5. recte*. [15] damit *4.5*. dañ *B*. dann *4.5*. bei *B. 4.5*. [16] desterbass *4.5*. [17] büchlin *B. 4.5*. das teutsch *B. 4.5*. vnnd *B*. [18] dañ *B*. teűtschen *B*. teutschen *4.5*. [19] zůschreihen *B*. wöllen *B. 4.5*. dañ *B*. dann *4.5*. [20] alzeit *B. 4.5*. tzům *B*. zum *4.5*. Stöckelberg *B. 4.5*. [21] dem *4.5*. jm jar *B. 4.5*.

MOGVNTIÆ. **CVIIII.** 6. MART. A. 1519.

VLRICHVS HVTTENVS EQVES
ERASMO ROTERODAMO S. D.

§.1. Tu licet mutus sis, ego tamen non desinam frequentibus tibi epistolis obstrepere, et te amabo, si tu me contempseris etiam. Princeps impatientissimo tui desiderio tenetur: nuper ex Doringis huc rediens cum illi obviam processissem, vixdum contacta dextera mea, 'Ubi nobis Erasmus?' inquit. et de libello percontabatur iterum atque iterum, quo demiratur quod ego ignorem quid sit illud quo eum ornas: putat enim omnia tua mihi esse cognita; quam tu opinionem eius vide aliqua re firmes. amat te mirifice: debetur hoc tuis quidem virtutibus, præter vulgarem tamen Germanorum principum morem est. Atque hæc de principe et tuo per-
§.2. tinaci silentio: nunc de me. Pertæsum est aulæ: ita nihil mihi convenit cum purpuratis istis. Impetrasse videor a principe, ut ubiubi sim, stipendio me prosequatur: hoc nomine laudabis eum magno nostro commodo. Valde auxisti animum erga literas illi in Annotationibus tuis, ubi eum idcirco quod me foveat, extulisti; stimulus fuit hic illi; iamque statim in literis
§.3. tuis esse putat, si quem recte eruditum amplexetur. Quod mirari posses, in Aula iocatus sum toto anno: et alias quidem nugas meas accepisti nuper, Febrem autem recens editam nunc mitto, et Phalarismum: ubi reprehendes
§.4. audaciam meam, scio, potius quam fortitudinem efferes. At ego expeditioni quæ nobis paratur ingens, equestri pariter ac pedestri exercitu, interero ipse: tantum abest ut metuam latronem illum. brevi totam turbari Germaniam videbis. si me devorabit illa pugna (sunt enim et suæ illi vires, et auxilia sunt), tunc tu fac ne ignoret vel studium erga te meum posteritas, et me tuis immortalibus literis vixisse saltem testare. Vale. Moguntiæ. pridie nonas Martii. raptim irrevise.

§.5. Triumphus Capnionis in lucem prodiit, magno Theologistarum fremitu.

CIX. A = Erasmi Epp. (Indic. bibliogr. nº. 53,1. p. 294. B = ibid. nº. 2. p. 264. sq. C = ibid. nº. 3. p. 251. 2 = ibid. nº. 4. p. 358. VI. 13. 3 = ibid. nº. 5. coll. 419. sq. num. CCCXCII. 4 = Wagenseil. n. XXVIII. p. 188. sq. 5 = Hutt. Münch. III. p. 126. 6 = Kraft (Indic. bibl. nº. 84.) p. 7. sq.

---

[5] me *omis. A.* Princeps] Albertus archiep. Mogunt. [6] quum *B. etc.* [8] percunctabatur. *2. 5.* atque iterum *omis. 4. 5.* demiratur *A.* [16] Annotationibus] Cf. supra p. 103. [19] Aula] dialogo [20] Febrim *6.* æditam *A...C.* repreh.] Bene noverat Erasmum Huttenus. [23] latronem] Ulricum Wirtembergensem. [27] Moguntia 6. Martii, An. 1519. *3. 6.* Moguntiæ *2. 4. 5.* (1519.) *5. 6.* irreuisæ. *A.*

[MOGVNTIÆ.] CX. [MART. A. 1519?]

AD REVERENDISSIMVM IN CHRISTO PATREM
ILLVSTRISSIMVM PRINCIPEM ALBERTVM BRANDENBVRGENSEM
CARDINALEM ARCHIEPISCOPVM MOGVNTINVM ET MAGDEBVRGENSEM
PRINCIPEM ELECTOREM PRIMATEMQVE
VLRICHI HVTTENI EQVITIS
IN TITVM LIVIVM HISTORICVM LIBRIS AVCTVM DVOBVS
PRÆFATIO.

Auctus nuper recuperata quadam minime contemnenda sui parte T. §. 1. Livius cum secum ipse consultaret ubi et cuius sub inscriptione in lucem exiret, hanc nostram sibi delegit auream Moguntiam, pater ac princeps colendissime, inter alias Europæ urbes dignissimam ratus, arbitror, ubi renasci gauderet, tuaque perspecta ingenti erga studiosos ac literatos omnes benignitate, aptum se invenisse putavit principem, cuius auspiciis prodire in publicum ac mundo se ostendere vellet. Ille scilicet aut cogitavit hæc, §. 2. aut non inepte a nobis cogitasse putari debet. Nam si vel locum voluit Livius aliquem suo decorare egressu, quem debuit urbi artis omnium quæ usquam sunt aut unquam fuerunt, præstantissimæ inventrici ac alumnæ (impressoriam puto, quam hæc dedit) præferre? vel hominem deligere sibi, cuius impressum fronti suæ nomen veluti temporis monetam quoquo ire contingat, honoris caussa præferret, alium certe maluisse neminem crediderimus quam te, cuius in evehendis literarum studiis ac augendo optimarum disciplinarum cultu incredibilis ardor ac mira industria, in percolendis vero doctis hominibus immensa liberalitas ac regia plane munificentia. Hæc efficiunt, ut omnes quotquot sumus aut hominum opinione docti §. 3. aut re vera recte studiosi, ad unum hoc quoddam velut asylum confugiamus, quanquam tu non sustines confugientes nos, verum cunctantes ad te ultro rapis. Possem hic referre quos viros quam tu familiariter arces- §. 4. siveris, quæ dona aliis dederis, quanta multis pollicitus sis, quomodo pecunia pariter ac dignitate nonnullos auxeris, et tua aula ut aperta sit doctis hospitalissime viris, nisi scirem multum a tua alienum esse modestia in Livii præfatione tuarum tibi laudum encomium legi. Certe profecto et lo- §. 5. cus est opportunus hic, ubi non renasci tantum velit eximius scriptor, sed oriri etiam olim potuerit, et tu dignus qui patronum in vulgo Livii agas. Neque vicissim (ut tua fretus bonitate dicam aliquid libere) indignus ille

CX. Indic. bibliogr. nº. XXII.

[6] VLRICHI *etc. omis.* *4. 5.* [16] si vello cum *5.* [18] præstantissima *2.* [19] vel si h. deligeret sibi *malim.* [20] impressorium *5.* [21] causa *5.* [22] litterarum *2. 4.* [23] ac] et *5.* [25] Hoc *3.* [27] quamquam *4. 5.* [28. 29] acquisiveris *3.* [32] encomion *4. 5.* [33] oportunus *3.* [35] vicissim, aut *4. 5.*

qui tibi offeratur tibique dedicetur ac tuo qui prætento nomine in manibus
habeatur. Quinetiam, si liberius adhuc audire me sustines, dicam non in
infimis esse fortunæ tuæ dotibus, quod et hoc tempore et tuo cum honore
§. 6. auctus sit invictissimus historiæ conditor. quodsi reclament ex centurio-
nibus quidam ebrii aut alioqui male consulti homines, ingeniorum levantes
palmam ac in varicosis suis cruribus, callosis manibus omne decus, omnem
ponentes amplitudinem, obiiciemus balatronibus Tacitum, minime malum
olim Romanorum imperatorem, qui si tanti fecit Cornelium Tacitum, hi-
storiæ et ipsum scriptorem, ut eius se cupide etiam familiæ insereret, ac
tantum præferendus est Tacito Livius, quantum doctissimus quisque indi-
cat, quid huic nostro deberi existimabimus, quanta cum ambitione eius
§. 7. captandam propinquitatem? Primum enim Asinium Pollionem non audie-
mus Patavinitatem illi suam obiicientem; Quintiliani sententiam probabimus,
qui ediscendum pueris illum suasit, et Caium principem irridebimus, ut
verbosum illum insectantem; contra Augusti lenitatem laudibus extollemus,
quod æqualem hunc tulit omni vehementer conatu Pompeianis favere in
historia partibus, nihilque illos errasse dicemus nobiles Gaditanos, qui,
non ut maxime florentem tunc Romam viderent, sed ut T. Livium lacteo
eloquentiæ fonte manantem (ut Hieronymus inquit) cognoscerent, tanto per-
fecto itinere Romam venerunt, ac quosdam haud contemnemus recte doctos
viros, qui ausi sunt ita sentire, ipsum Ciceronem historiam scribere si
§. 8. voluisset, tanta elegantia non potuisse. Ergo ita honoratus est Livius, ut
te, cuius sub nomine divulgari sustinet (modo ullus est hoc in genere
honor, qui permaximus certe est) honestet. nam si te novi, non tanti
aut archiepiscopalem facis mitram aut cardinalitium æstimas galerum, ut
§. 9. ornari utranque dignitatem ingenio ac literis posse neges. Quid facies
enim in Livio ornatus si fueris, cum tanta profuderis iam a me semel aut
iterum laudatus? nisi haud Livio acceptum ferri debet, quicquid est, quod
ante illum præfatur aliquis, me interprete nunc etenim ab inferis hæc ad
te vox est. Verum agnoscis rem, atque igitur bene habet, foves tu literas
et ornaris ab his vicissim: actum est de barbarie, hactenus viluerunt stu-
§. 10. dia; reditur ad veram eruditionem, excoluntur ingenia. Iam diu est quod
cupide tempus expectat Livius, quo nunc oborto gestiens ac lætitia et
ipse fremens sese effert, petitque dedicari maximo, non in Italia Leoni, iam

---

[6] Tacit. imp.] cf. Flav. Vopisc. in Tacit. 10. [9] scriptorum *5.* [12] Asin. Poll.] cf. Quintilian. inst. or. I. 5, 56. VIII. 1, 3. [13] Quintilian.] Inst. or. II. 5, 19. [14] illum pueris *4. 5.* Caium] cf. Sueton. Calig. 34. [15] Augusti] cf. Tacit. Annal. IV. 34. [17] Gaditanos] cf. Plin. epist. II. 3, 8. et Hieron. l. c. Gad. qui non, ut *4. 5.* [18] „illa Livii lactea ubertas" Quintilian. inst. or. X. 1, 32. [19] Hieronym.] epist. 53. ad Paulin. (I. p. 271. ed. Martian.) [24] per maximus *4.* [26] utramque *2...5.* litteris *4.* [28] ferre *4. 5.* [30] litteras *2. 4.* [33] exspectat *2...5.* [34] se *4. 5.*

ille Tacitum habet enim, præfante Beroaldo Iuniori, docto imprimis homine, sed in Germania tibi. Ingerunt hoc illi bonæ eruditionis viri, Wolfgangus Angustus et Nicolaus Carbachius, qui imprimendis apud nos libris eandem navant operam, quam post Aldum Venetiis Egnatius, Romæ docti quidam, Basileæ Beatus et Amorbachii, Argentinæ Gerbellius, apud alios alii: nam hi abreptum me nudiustertius coegerunt, Livium ut adscriberem §. 11.
tibi, non quia hoc ipsi non possent, sed quia in tua hoc aula si fieret, honorificum tibi esse magis etiam arbitrati sunt. Quinetiam ne potuisse hanc provinciam detrectare me existimes, pertractus sum eo ab insignibus tuis canonicis, Laurentio Truchses decano, Theodorico Tzobel sclolastico, et affini meo Marquardo de Hatstein, probatis literatura et moribus viris, quibus vel iccirco libenter parui, quod cum semper amarint omnes hi ac tuentur politiora studia, tum Laurentius ipse anno abhinc sexto ab atroci crudelissimorum hominum theologistarum iniuria quodam suo divino consilio magnum virum Ioannem Capnionem nobis servavit ac tutum præstitit. Proinde vel tantisper sacerdotem haberi me sine, dum victimam tibi hanc §. 12.
faciam, hoc sacrum dedicem, nulla mea ibi arrogantia, sed temporis consuetudine. Receptum hoc enim est, ut qui authores vel auctius vel emendatius in exemplaria describuntur, hi claris nuncupentur hominibus. Quod §. 13.
dum sequor, nulla teneor inepta opinione, quemadmodum Appion olim grammaticus, qui immortales facere se quibus sua dedicasset iactitabat. Sed hæc ipsa inepta est mora, ita errorem dum fugio, vehementer erro interim. Iam legendus enim author ipse, cuius agitur caussa, erat. Ecce Livium tibi igitur, tibi inquam tutelari deo, aliis in suum cuique usum, quem utinam diu legas, ut te diu perfruamur ipsi. Hoc præcipuum bonis omnibus votum esto. FINIS.

---

1 Tacitum] Romæ a. 1515. in fol. a Phil. Beroaldo iun. editum. habet, enim *4.5.* inprimis *2...5.* 3 Angustus *5.* cf. supra p. 225. 5 alios] nos *4.5.* 10 Tzobel] *sic h. l. omnes, non* Zobel. *cf. infra add. epist.* Scholastico *3.* 11 adfini *2.4.5.* litteratura *2.4.* 12 ideirco *2.4.5.* 13 Laurentius ... Capnionem nobis servavit] eo quod sententiæ Hochstratanæ contra Reuchlinum conceptæ dilationem impetravit. cf. Reuchlini vit. a Maio script. p. 392. 403. et H. v. d. Hardt Moguntina Reuchlini hist. a. 1513. m. Sept. in Germania *etc.* celebris. Helmst. 1715. 8°. 18 est enim *4.5.* auctores *2.4.5.* 20 Appion] „Apion quidam grammaticus, hic quem Tiberius Cæsar cymbalum mundi vocabat, cum publicæ famæ tympanum potius videri posset, immortalitate a se donari scripsit, ad quos aliqua componebat". Plin. H. N. I. 1. 21 fecere *4.5.* 23 auctor *2.4.5.* causa *5.* 26 FINIS. *omis. 2...5.* Mogunt. Ann. M. D. XIX. *addid. 4.5.* Privilegium Maximiliani imp. datum est 'Vuels, die noua mensis Decembris. An. M.D.XVIII.' Erasmi Rot. misobarbaris scripta epistula, quæ Huttenicam præfationem sequitur, in fine habet 'VII. CAL. MART. AN. M.D.XIX.' Nicolai Carbachii ad lectorem epistula scripta est 'Moguntiæ Idibus Martiis. M.D.XIX.'; Angstii epistola diem annumque non indicat.

[*Addenda videtur ex Burscheri Spicileg. XV. Autographorum, ill. rationem, quæ intercessit Erasmo Rot. cum aulis et hominib. ævi sui etc. Lips. 1792. 4º. p. VIII.*

THEODORICI A ZOBEL CAPITVLARIS ET SCHOLASTICI MOGVNTINI
EPISTOLA AD ERASMVM A. 1528. DATA.]

S. D. Humanissime pariter ac doctissime vir, theologorum sincerissime. Nichil affecto magis quam tibi, tanto viro et de Christianis tuis maxime merito, me morigerum præstare. Ob id, cum parvam rem a nobis petas, nullo cum negotio conficiendam, ut exemplar quoddam Titi Livii, quod nobiscum latitare dicis, usibus superstitis Hieronymi Frobenii credatur, curabo eam rem diligentissime et ubi Hieronymi quidam ad Francofurtanas nundinas advenerit, hominem voti compotem reddemus, cum te autore et curatore non sit nisi egregios fœtus semper editurus. Interea tu bene vale, quem Christus Opt. Max. suæ religioni servet quam diutissime. Ex Moguntia, die nona Februarii MDXXVIII.

Theodoricus Zobel, Scholasticus Mog.

Doctissimo Viro, sacrarum literarum Antistiti maximo,
D. Erasmo Roterodamo, Patrono modis omnibus colendo,
Basileæ.

TVBINGÆ. — CXI. — M. MART. A. 1519.

I.

AD D. ERNESTVM BAMFVM
DE OMNE BRASSICANI POETÆ
CHASPARIS PANGEI ELEGEIDION.

[*Ad exemplum epigrammatis Conradi Mutiani Rufi Hutteniano Nemini præmissi.*]

Num Omnem an Neminem genius mage dignus oliva
Lusit, ad æthereos fama volante polos,
Hoc clypeum Argivum sortitus Brassica, at illo
Huttenus, decoret quem herba revulsa solo?
Pallados armigeræ trutinam si ferre sub auras
Fas, homo divinam virgulam uterque tenet.
Pande fores, capiunt vix spissa theatra catervam:
ΠAN venit: in scæna Roscius, OMNIS adest.

Tubingæ.

CXI. 1 = ❦ ΠAN ❦ OMNIS ❦ | AVTORE | IOANNE ALEXAN|DRO BRASSICA|NO, POETA ET | Oratore, à Cæſare | Laureato. | (12 *foll. in* 4º. *In fine est:* Sumptibus viri prouidi Ioannis Knoblochi | incolæ Argentineñ. Formulis uero | Anshelmianis. Anno XIX. | Menſe Aprili. 2 = Dornavii Amphitheatrum (Indic. bibl. nº. 63.) p. 719. sqq. 3 = (Io. Chstian. Fischer) Opuscula selecta et rariora. Ff. et Lps. a. 1742. 4º. p. 129. sqq.

---

[23] *In 1. 2. et 3. hi versus ut vix sensum elicias, ita expressi sunt:* Num [Nunc *2*] Omnem, aut veni, genius mage dignus obelo *tum* Hoc, clypeum arginum sortitus Brassica, at illo | Huttenus, decoret *et r. sine incisione usque ad v. 6. ita corruptum* Fas homini, Eruinii uirgulam *etc.* [25] clipeus Argivus, ἡ ἐν Ἄργει ἀσπίς, res pretiosissima eademque obtentu difficillima. Zenob. proverb. VI. 52. II. 2. c. interpp. [27] Pall. arm. trutina *Pangeo* libra critica *esse videtur, quæ* fertur sub auras, *ubi non ab ipsa dea eiusve sacerdote adhibetur.* trudinam *3.*

TVBINGÆ. — 2. — 14. MART. 1519.

INTEGRO ATQVE CHRISTIANO SACERDOTI
DN. ERNESTO BAMFO HESSO CANONICO TVBINGENSI
DOMINO ET PATRONO SVO INCOMPARABILI
M. IOANNES ALEXANDER BRASSICANVS
POETA ET ORATOR A CÆSARE LAVREATVS S.

Pestilentissimæ nequitiæ Lernam maiores nostri velis remisque regnare questi sunt, nos anxie admodum (nihilominus tamen totis viribus ipsis Cercopibus sceleratiores) querimur . . . . Neminem Troiano excidio atque ipsa Iovis diphthera antiquiorem Germanorum poetarum princeps Vlrichus Huttenus, nobilium doctissimus atque doctorum nobilissimus, carmine ut nullis numeris crasso, ita omnibus nominibus erudito potentem fecit. Institui et ego, quantum rude meum capitulum, tum adeo carica vena admitteret, Omnem omnium autorem, et qui solus imprudens cocleas non captas cogitur exedere, subito quodam spiritu scribere, seu ut verius dicam effundere . . . . . . Tubingæ. Ex Musæo nostro philosophico. Anno a conciliato Deo Opt. Max. M.D.XIX. Mensis Martii, Romuli primo', die XIIII.

OMNIS LOQVITVR

— — — — — — — — — — —

Mæonides, vatum Oceanus, quoque talia novit,
12 Dum mures ranis cantat obesse truces;
Virgilius culicem lusit; qui est noster Homerus,
Plurima tum facili carmina culta lyra,
Stulticiam divam celebrat divinus Erasmus,
16 Orbis honos, patriæ candida stella plagæ;
Neminis Hutteno autore est cantata Charybdis;
Omnis ego, et nostri sumite pensa coli . . . . .

BASILEÆ. — CXII. — D. 19. MART. A. 1519.

BEATVS RHENANVS ZINLIO SVO S. D.

Libellus quem petieram accepi, sed querelam sacerdotum Leodiensium oblitus fuisti simul mittere. porrexerunt illi per suum nuntium schedam principibus Germaniæ qui superiori æstate convenerant apud Augustam Vindelicorum, complectentem ea quæ Bartolinus in actis eius conventus strictim memorat. itaque curabis ut ad me descriptam mittas. A Gallis Germaniæ nostræ male metuo: nam si verum est quod vulgo fertur et etiam a prudentibus credi cœptum est, Montem videlicet Peligardi regi Francorum obnoxium esse factum, ut hunc in horas putetur velut pignori subiectum occupaturus, quid nobis præter extremam calamitatem imminere censes? misit enim ingentem auri vim ad ducem; et quanquam in hoc studet, ut intestinis ipsa Germania seditionibus ac bellis di-

CXII. Zvinglii Opp. (Indic. bibl. nº. 81.) p. 70. sq.

29 ZINLIO] Vlrico Zwinglio. 33 Bartolin.] Cf. p. 224. 36 Mont. Pelig.] *Montbeliard, Mümpelgart Germanice.* 38 ducem] Vlricum Virtembergensem.

vexetur, verisimile tamen non est gratis tam immensam, missitare pecuniam. . . . . Huttenus Phalarismum edidit contra ducem Wirtembergensem, dialogum elegantissimum; item alterum dialogum quem Febrim inscripsit, in quo cardinalem S. Sixti, qui fuit ad Cæsarem legatus, egregie depingit. qui in Germaniam venerat (sic enim Huttenus scribit), ut pecuniam colligeret in bellum contra Turcas, quam Romanenses isti consumerent etc. Edidit et alia quædam ad Leonem X. omnium mortalium audentissimus. Erasmus paraphrasin scripsit in duas ad Corinthios epistolas. scripsit ad me literas quæ libellum æquare possent, de Lutherio et aliis rebus. Epistolam Martini Lutherii quam Adelmanno misit Augustano, ut tibi gratificarer, descripsi: delectabit te virilis et constans hominis animus. Bene vale. Bas. 19. Mart. 1519.

LOVANII. | CXIII. | 28. MART. 1519.

CXIII.

DES. ERASMI ROT. APOLOGIA REIICIENS QVORVNDAM SVSPICIONES AC RVMORES NATOS EX DIALOGO FIGVRATO QVI IACOBO LATOMO S. THEOL. LIC. INSCRIBITVR.]

. . . . *Vides igitur, humanissime lector, tametsi quædam insunt in hoc dialogo, quæ probabilem habeant suspicionem, quasi non nihil ad me pertineant, tamen multo maximam partem in me non hærere. verum quoniam videbam periculum, ne quum lector animadvertisset unum aut alterum locum in me tortum, putaret cætera omnia in me torta esse, quæ fortassis in Lutherum, aut Petrum Mosellanum, aut Huttenum, aut alium quempiam destrinxit, occurrendum putari. proinde de utroque nostrum male meretur qui nos hac onerant suspicione Iacobum Latomum, quasi me voluerit hoc dialogo configere, et me, quasi sim is in quem hæc omnia competant. quin de tota hac schola pessime merentur qui spargunt rumorem, hunc libellum non unius esse Latomi, sed communi opera theologorum esse conflatum. Poteram ad quædam copiosissime respondere, verum nec mihi visum est in his multum operæ ponere, neque committere volui, lector, ut cum meliorum iactura diutius in hisce frivolis meis detinereris. Bene vale. Lovanii, quinto Calend. April. Anno M. D. XIX.*

CXIII. *[Cf. infra Hutteni ep. ad Erasmum d. 5. Iunii a. 1519. datæ § 6.]* Ex Erasmi Opp. Basil. 1540. fol. tom. IX. p. 90.

[Angstii epilogum ad librum de Guaiaco vide num. xcvi. p. 225.]

AVGVSTÆ VINDELICORVM. | CXIIII. | 10. APRIL. 1519.

CXIIII.

BERNARDVS ADELMANNVS BILIBALDO PIRCKHEIMERO S.

Iam infra mensem ternas ad te cum nonnullis rebus dedi literas, quibus præter tuum morem cum non responderis, non alia causa mihi in mentem

CXIIII. Ex Heumanni Docum. literar. p. 174. sq.

⁴ cardin.] Caietanum.

venit quam infirmitas tua. . . . . Augustæ. Iudica Anno Salutis MDXIX.

P. S. Huttenus edidit dialogum, in quo vehementer ducem Würtembergensem ac alios taxat; forsan non cogitavit principes longas habere manus.

MOGVNTIÆ. **CXV.** [MART. S. APRIL.? 1519.]

VLRICVS DE HVTTEN
ARNOLDO GLAVBERGER IVRECONSVLTO S.

E Saxonibus scripsit ad me Stromer, res meas, libros et vestes, ad §.1. proximas nundinas Francofordium venturas: hoc te curare iubeo apud portitores cottidie inquirentem, num venerint. est autem librorum sarcina, Italico more colligata, atque iterum quoddam vasculum, quod et ipsum libros continet et vestes; si compereris perlata hæc istuc, ocissime mitte qui nunciet aliquem. Mitto tibi Phalarismum dialogum. premitur nunc §.2. Guaiacum, quod et ipsum ubi fuerit perfectum, habebis; Febris dialogus traductus est in Germanicum; mittam impressum tuis, fratri, socero et aliis cognatis munus: tantum abest, ut metuam accedentem huc illum a latere. Mira mihi circa emendos equos incumbit necessitas: iube tuum §.3. socerum istic inquirat, num qui sint vendibiles, atque illud proxime scribe; neque enim mora est; ita celeriter paratur hæc nobis expeditio, cui si nescis, ipse interero. Optime vale cum socero, coniuge, fratre et liberis. Moguntiæ. raptim.

Lieber Herr Doctor, ich versehe mich in des Wagemeisters Hauß werdet §.4. ir mein dinglich finden, des Pferdes Halben, müst etwo ein Pferd seyn von XX oder XXIII Gulden, einem Knecht zu reiten.

Inscriptio: Arnoldo Glauberger Francofurdiensi
LL. Doctori longe doctissimo
Amico syncero et venerando Sal.

Ex autographo penes eandem Familiam (*i. e. Glaubergicam*) sed dilacerato ac læso.

CXV. A = MS. Hamburg. [cf. ad seq. epist.] num. XI. *unde, omissis inscriptionibus* et §. 4. *dedit* 2 = Wolf Conspect. [cf. ad seq. epist. num. 2.] p. 157. 3 = Wagenseil n. XLI. p. 226. 4 = Hutt. Münch. III. p. 123.

---

[4] *καὶ γὰρ δύναμις ὑπὲρ ἄνθρωπον ἡ βασιλῆός ἐστι καὶ χεὶρ ὑπερμήκης. Herodot.* VIII. 140. [9] Francofurdium *4.* [11] Guiacum *4. Mense Aprili prodiit liber de Guaiaco.* [16.17] illum a lat.] Cardinalem Caietanum. [20] intereo *4.* [21] (1519.) *add. 3. 4.* [22] Lieber *etc.*] *Hæc omiser. edd.* [25] *Inscriptionem omiser. edd.* Arnoldus de Glauburg, Francofurtensis, natus a. 1486., Papiæ a. 1515. iuris utriusque doctor, postea syndicus patriæ urbis factus, Catharinam Hamanni de Holtzhausen filiam uxorem habuit. [Hæc Straussius ex cod. MS. geneal. Francof. mecum communicavit.] Hamannus a. 1525. consul Francof. erat. (*cf. Archivii infra cit. part.* I. *p.* 17.) Ad fratrem Arnoldi, Ioannem senatorem Francofordianum, qui cum vidua rei fami-

STVTGARDIÆ. **CXVI.** 14. APRIL. 1519.

CXVI.

VLRICVS DE HVTTEN
ARNOLDO DE GLAVBERG
CARISS. SAL.

§. 1. Quia militiæ versor et quædam debet inesse militari ordini brevitas,
accipe de bello hoc breviter: adhuc hostem non vidi, at urbes se de-
derunt et pagi plurimi, putaturque sola restare Tubinga, in quam se No-
bilitas contulit: nam de arce Asperga perinde non cura est militibus no-
§. 2. stris. Abstinetur a populationibus, nisi ad victum quod attinet. Tyrannus,
qui peracerba non tantum pugna excepturus nos, sed profligaturus etiam
videbatur, paucis cum equitibus aufugit in Galliam, ut plures, ut quidam
— — — — — — ad Helvetios, qui mirabiliter deceperunt illum ablata magna
§. 3. pecunia et defraudata fide. Summa rei est, eiectus omnia perdidit: nam
— — — — — — etiamsi pertinacissime obsidionem ferre decernant, tanto
— — — — — restare non poterunt. copiarum apud nos mira est fortitudo:
equitum census est ad IIII milia, aut infra eum numerum, peditum XXX
milia; machinarum species longe pulcherrima amicis est, terrori inimicis
§. 4. summo. Dixi tibi non esse metum ab Helvetiis, quod etiam mentitus non
sum, ut etiam in votis sit militibus nostris pugnare adversus infidissimam
gentem, dicuntque omnes omnium ordinum passim, utinam — — — — — — —

CXVI. 1 = MS. Hamburg. bibl. vol. LXVI. n°. XII. (*diligenter collat. a cel. Petersen.) unde hanc epistolam, sed sine utraque inscriptione publicavit* 2 = Io. Chph. Wolf, Consp. supellectilis epistolicæ et literariæ manu exaratæ. *etc.* Hamburg. 1736. 8°. p. 158. sq. 3 = Wagenseil. n. XXXIII. p. 205. sq. 4 = Münch. Hutt. Opp. III. p. 149. sq. 5 = Kraft (Iudic. bibliogr. num. 84.) p. 8. sq.

---

liaris copia magis quam generis splendore commendata Catharina Geuch sive Geych matrimonium contraxit, alterius fratris, Hieronymi a Glauburg, quem Alciatus Ticini iuris utriusque doctorem renuntiaverat, Mediolani a. 1536. scripta epistola extat in „*Frankfurt. Archiv für ält. deutsche Litteratur v. I. C. v. Fichard, genannt Baur v. Eyseneck.* II. p. 131...133. *Ff. a. M.* 1812. 8°. Ad eundem Ioannem a Glauburg puto datam esse epistolam (ibidem p. 125...131. publicatam), cui recentior manus inscripsit „*Brief der Margaretha Horngînn an ihren Sohn Iohann von Glauburg, damals in Wittenberg studirend; sie will ihm Anna Knoblauch freien. Anno* 1526."

[2] Inscriptionem *ex MS. datam omis. 1.* [5] ordini militari *2...4.* [8] non perinde *5.* [9] *Lacunam inter* attinet *et* Tyr. *indicant edd. sed in MS. lacunæ indicium deletum est.* Tyrannus, *(Ulricus dux Wirtembergensis) add. 3. 4.* [11] quidam — — — — — —] *exciderit* opinantur, *s.* coniciunt. [12] oblata *5. falso.* magna *omis. edd.* [13] Nam — — — — — —] *an* Tubingenses? [14] si (*post* etiamsi) *add. MS.* decernunt *5.* tanto — — — — —] *an* exercitui? [16] mil. *MS.* millia *edd.* [19] infidiss. *MS.* [20] utinam — — — — — — —] *an* cum Helvetiis dimicare detur *vel simile quid?*

De Gallo nescitur quid ille sibi promittat; nos eum neque metuimus, et §. 5. valde speramus: nam copiis cum abundamus, hostem desyderamus potentem, divitem, spe prædæ ac gloriæ simul. De præda nihil dum accepi; ut primum accepero, mittam aliquid uxori tuæ, tibi soceroque seni. De rebus §. 6. meis non possum certi aliquid mandare nunc; exspecta ulteriorem aliquam meam epistolam. interim cura ut Orationes in tyrannum describantur. Quod pene excidit, paucis ante fugam diebus, cum Tubingæ ageret §. 7. tyrannus, fuit ibi cum illo simul uxor gentilis mei interempti. quod idcirco non patior ignorare te, quo ne cuiquam dubium esse sinas interemptionis causam spurcissimam mulierem, fœdissimum scortum, nostrum exitium, et huius belli Helenam; quam oportuit, si dii voluissent, in manus venire nostras, ut pœnas daret. Hæc breviter, ut in tanta copia. Vale §. 8. cum uxore tua et socero. iterumque vale. XVIII. Kal. Maii, Stutgard. apud Capnionem.

P. S. Hodie in manus nostras venit oppidum Reutlingen cum arce.

Inscriptio: Arnoldo de Glauberg Francofurdiensi Iureconsulto longe doctissimo, Amico vero inter paucos fide et probitate venerabili Salut.

Ex autographo apud eand. Familiam [*i. e. Glaubergicam*].

EX SECVNDIS A STVDGARDIA CASTRIS. | CXVII. | 21. APRIL. 1519.

CXVII.

VLRICHVS DE HVTTEN
LVCÆ DE ERENBERGK CANONICO
ET AMICIS MOGVNTIAE OMNIBVS SVIS
SALVTEM.

Quandam dedi aliam longam epistolam ad amplissimum virum Laurentium Truchses decanum, in qua de rebus quæ hic geruntur omnibus §. 1.

CXVII. H. A, 2. 3. cf. ad n. CVII. adnott. 2 = Wagenseil. n. XXXII. p. 202...204. 3 = Münch. III. p. 144...146. — Huius ep. partem dedit etiam Burckhardus I. p. 218. sq. (Germanice novem priores huius epistolæ §§. extant ap. Steinhofer. *Neue Wirtenberg. Chronik* Thl. 4. (Stuttg. 1755. 8°.) p. 592...594. Fatue Huttenum conviciatur scriptaque eius barbaris versionibus corrumpit Maulbronnensis chronista sive a Gabelkofero collectorum transcriptorem appelles, ut ducem Ulricum egregium principem fuisse demonstret.

---

[2] desideramus *edd.* [3] divitem *omiser. 2...4. De MS. dubito.* [5] mandere *MS.* Exsp. *omnes.* [8] interemti *(MS ?) edd. præter 5.* [9.10] int. c.; sp. *2.5.* interemt. causam; sp. *3.4.* [13] socero] Hamanno de Holtzhausen. cf. annot. p. 256. (1519.) *add. 3...5.* [16] Inscr. *omiser. edd. præter 5. qui inscr. prioris epistolæ huc trahens dedit:* Arnoldo Glauberger Francofurtensi L. L. Doctori longe doctissimo, Amico syncero et venerando Sal.

plenissime scriptum est. ipsam vobis ut ostenderet iussi. quod si factum
§. 2. est, bene habet, sin vero, breviter rerum hic capita accipite. Nondum hostem vidi: nihil tyranno hoc fugacius, nihil imbecillius inventum est; ita fugit ut non respiciat, tantum abest defensionem ut ineat; mirum dictu est quantis nos itineribus præcesserit; omnia eius occupamus, nullo adhuc negotio: dedunt se civitates passim: quid facerent aliud enim? salutant nos quinetiam occursantes plerique liberatores et servatores suos, ac salutem precantur, ut expulso tyranno lætitia gestientes ac frementes. haud
§. 3. alia ratione. quam in vicem præda et populationibus abstinemus, necdum occidimus nisi paucos nescio quo errore defensionem molitos. in manibus omnia nostris aut sunt aut futura iamiam putantur: ex iis quæ munitissima sunt et quibus plurimum ille fidit, ob idque præsidiis et rebus ad victum necessariis firmavit, obtinuimus iam quædam, alia spe præcipimus.
§. 4. Tubingæ urbs si accipi sine arce seorsum possit, et ipsa se dedit. maxima inibi præsidia sunt, pulveris magna vis, ex nobilitate imprimis complures, et inter eos tuus, o Luca, frater Petrus, qui Franciscum ducto-
§. 5. rem adfatus est heri, cum permitteretur colloquium. Habentur ibi omnes thesauri et quæ cara habuit tyrannus; præterea ipsius liberi masculus et puella: aufugit enim omnibus post se relictis, viginti cum equitibus solis. Qui in præsidio sunt, conditiones nobiscum paciscentes sic dedunt arcem, ut fidem exigant vicissim in principis pueri potestatem fore hanc, ubi adoleverit, una cum iis quæ relicta ibi sunt omnibus. non videntur acce-
§. 6. pturi duces, quapropter magnis se operibus tueri conantur. Aspurgam habet parricida omnium nequissimus ac crudelissimus Io. Leonhardus de Reyschach, is qui suam nuper uxorem, eamque gravidam, et ancillam,

---

[3] fugatius *edd.* [7] suos *corr. H.* 3. sui *A. 2.* [8] ac frem. *delev. H. 3.* [12] fidet *3.* [15] pulv. m. vis *addid. H. 3. ceteri non habent.* [16] Francisc.] Sickingensem. [18] liberi] Christophorus et Anna. [21] ac] et *corr. H. 3.* [25] Reyschach] cf. *Heyd Ulr. v. Württemb.* 1841. 8⁰. I. p. 562. *Reischachii relationem de obsidione Aspergæ vid. ap. Sattlerum Topogr. v. Württemb.* I. 154. Aequale, post Maximiliani imp. obitum compositum poema, quod primum prodiit in 1 fol. extatque in bibl. reg. Monach., Aretinus (*Beytr. z. Gesch. u. Lit.* 1805. 8⁰. IV. p. 524. ss.) et ex hoc *L. v. Soltau* 100 *deutsche hist. Volkslieder* (*Lpz.* 1845. 8⁰. p. 242. sqq.) ediderunt "**Ein newes lied von dem hertzog von Wirthenberg. In dem thon. Ich stund an einen Morgen.**" Ex eo strophæ 8. sqq. huc pertinent:

Den von Hutten hast du erstochen
schentlich ums leben bracht,
Hertzog Vlrich von Wirttenberg,
ist dir ein grosse schmach,
was du den armen Contzen hast gethon,
werden sie dir daran gedencken,
kainer würt bey dir ston.

Hans Linhart von Ryscha du groser mörder,
hast gethon nit recht,

etiam ipsam gravidam, ac ministrum ob nescio quam frivole sumptam su-
spicionem uno impetu eademque hora occidit. Sed de eo præsidio con- §. 7.
suletur postea: nunc in Tubingam intenti omnium animi sunt; oppugna-
bimus, nisi ultro in potestatem veniat, modis omnibus. Fertur ille ex
Galliis accersere et aliunde auxilia, sed nullo nostro metu: iam hostem
enim deesse nobis querimur, exercitu freti, qualem diu non vidit Ger-
mania. feruntur et Helvetii huic se denuo immiscere negotio, magna mul-
torum spe fore ut eliciantur istis e montibus. In omnem eventum con- §. 8.
silia sunt et copiæ sunt in mirum modum numerosæ: proxime cum lustra-
retur exercitus, censa sunt eorum qui stipendia faciunt, peditum quidem
milia XXVI, equitum IIII milia: nam ingens multitudo non conscriptorum
sequitur, quam VI milium esse ferunt. Omnium nihil hebes aut infirmum, §. 9.
mira alacritas, incredibile robur: date mihi Turcas, et Asiam iubete his
copiis impetere: præterea machinæ sunt et opera bellica instructissime.
Vos interea providebitis imperio istic et regem facietis; quod Christus velit, §. 10.
ut ex commodo simul et honestate publica per vos agatur. Ecce autem
legatum pontificis, illum a latere, ut fertis? quando erit ut se cognoscat
Germania, ut intelligat unde sibi fucus fiat? Incipit illi autem vinum pla-
cere? et perdices illis tandem Romanis gustu respondent? repertum ad-
huc est ad nauseatoris stomachum quod faciat? O Romam! o legatos a

---

dein weib hast du ermordet,
schentlich die magt vnd auch den knecht,
Got würtss nit vngerochen lon,
wierst du yetz nit erschossen,
must hangen an einem paum.

Hans Linhart von Rysch du großer mörder
was zeychst du das kind in muter leib,
du hast sie vnerlich gezygen,
gesetzt ein bloßes schwert an iren leib,
das frawenbild wann das ist plöd,
sie hat dir müssen sagen
was du hast geren gehört.

. . . .
. . . — . — . — . — .

Hans Linhart von Rysch du bist ein großer mörder
hast deinem fürsten falsche red angeben,
darum thut er dich auf enthalten
vnd frist dir yetz dein leben,
gleich vnd gleich gesellen sich gern,
alt affen vnd jung pfaffen,
darzu die wilden bern.

---

[4] ille] dux Würtemb. [7] Helv.] Suitzeri *corr. H. 3.* [11] millia *et sic in sqq.* 2. 3. [17] legat. pont.] *In sqq. ad Febrim I. alludit.*

§. 11. latere! Non possum plura: iam tuba concinit enim: post copiose aliquid, spero victa Tubinga. Valete mei memores; nam vos ego impense diligo. Ex secundis a Studgardia castris. Raptim inter tubas, hinnitus, tympana et strepitum castrensem. XI. Cal. Maii.

LOVANII. CXVIII. 23. APRIL. 1519.

CXVIII.

ERASMVS HVTTENO S. D.

§. 1. *Tot studiorum laboribus obrutus, ut mirum sit me cuiquam omnino respondere, sæpius tibi respondi quam tu ad me scripseris, si modo perferuntur quæ mittimus; et tamen pertinax silentium meum accusas mecum-*
§. 2. *que delitigas quasi parum sit hominum qui mecum rixentur. Ingentem voluptatem mihi nuncias, quod tali animo sit in me R. D. archiepiscopus Moguntinensis, et tibi talem Mæcenatem gratulari non desino. cæterum libellum illi dicatum iampridem meo sumptu misi per iuvenem quendam, una cum literis ad te, simulque præfationem ad Guolphangum Angustum; eum ex literis Rhenani intelligo Basileam usque pervenisse; quid egerit Maguntiæ nescio. demiror si non peregit mandata, cum addiderim libellum memo-*
§. 3. *rialem. Præfiximus libello epistolam eruditam et elegantem archiepiscopi, non perinde ut extaret illius erga me favoris monumentum, atque ut alios tanti principis exemplo ad bonarum literarum studium accenderem. et videor mihi profecisse: nam clarissimo iuveni Gulielmo de Croy, duci et episcopo Cameracensi, archiepiscopo Toletano, denique cardinali, quanquam alias satis videretur ad honesta studia propensus, tamen ex Ma-*
§. 4. *guntinensis epistola lecta non mediocre calcar additum videtur. Aulam tuam,*

CXVIII. A = Erasmi Epp. (Indic. bibliogr. nº. 53,1.) p. 294. sq. B = ibid. 53,2. p. 265. sq. 1 = ibid. 53,3. p. 251. sq. 2 = ibid. 53,4. p. 359. sq. VI. 14. 3 = ibid. 53,5. coll. 433. sq. n. CCCCXIII. 4 = Erasmi epp. selectiores. Basil. 1719. 8º. p. 188...190. 5 = Wagenseil. n. XXXI. p. 199. sqq. 6 = Hutt. Münch. III. p. 140...142. 7 = Kraft (Indic. bibl. nº. 84.) p. 12. sq.

[3] Studgardia *corr. H. 3. pro* Tubinga *A. 2.* [4] M. D. XIX. *add. 2. 3.*
[10] Ad §. 2. cf. infra Hutteni resp. d. 5. Iun. a. 1519. datum. [11] nuntias *1. 4...7.* R. D. *omis. 2. sqq.* [12] Mæcenatem *1.* Mecœnatem *A B. 4.* Macenatem *7.* [14] Wolphgangum *4.* Augustum *2. 3. 5...7. Debebant nosse* Augstium. [15] Moguntiæ *6. 7.* [16.17] memorabilem *5. 6.* [18] non perinde: atque] *vult* non tam ut ... quam ut ... exstaret *3.* [20] Guilelmo *6.* Gulielmo *4.* Guil. Iacobus de Croy princeps, ex episcopo Cameracensi Caroli V. imp. precibus pæne puer galerum adeptus (d. I. Apr. a. 1517.) inter diaconos cardinales sedit, post Toletanæ eccl. præfectus est. obiit equo delapsus Wormatiæ ("d. 31. Dec. a. 1523. seu verius post pridie Nonas Ianuarii a. 1521. ætatis XXIII."). Ludovicum Vivem inter aulicos suos habuit. Cf. Ciacconii vitas pontiff. RR. Rom. 1677. fol. III. p. 346. [22. 23] Moguntinensis *4...7.*

cum sæpius esset in manibus, tamen semper excussit hactenus aliquid negocii lecturientem interpellans. quod legi, perplacuit: quid enim Hutteni non placeat? Febrim ac Phalarismum nescio qui curarunt rursus excudendum: at Febris Lovanii vetita est distrahi, quod quosdam ἡμιθέους nominatim attingere videretur; alioqui perplacet omnibus. Phalarismus quoniam adhærebat Febri, una cum Febre exulat, sed Lovanio duntaxat, neque enim longius se profert huius scholæ tyrannis. Susceperant et Orationem excudendam, nec satis scio quo consilio prorogent. Sed quid ego §. 6.
audio? Huttenus totus ferreus in acie dimicabit? Plane video te bello natum, qui non calamo tantum et lingua, sed et Mavortiis armis pugnes. quanquam quid magni, si nunc ausis inter tam multos adversus unum pugnare, cum olim Bononiæ unus tam multos profligaris? Laudo fortem §. 7.
animum, sed tamen si me audies servabis Huttenum Musis: nam unde nobis tale ingenium, si quid accidat, quod avertant superi? nosti Martem ἀλλοπρόσαλλον, nec satis propicium bonis ingeniis, utpote deorum omnium stolidissimum. Bene sit, sed tamen si quid acciderit, ipse tibi tuis scriptis extruxisti monumentum ære perennius. Neque nos tamen defuturi sumus §. 8.
officio nostro: nam si quid Erasmi scripta valebunt,

nulla dies unquam memori nos eximet ævo.

Triumphum nondum vidimus. gratum erat quod nostro consilio tam diu presserint; nec dubito quin totum argumentum sint moderati. Rixarum nullus est finis: ut cæteris omnibus simus superiores, sycophantiis, mendaciis, conviciis longe vincimur: non possum non ingenue fateri quod vero verius est: sed præstat hac parte ultro herbam dare quam turpiter depugnare. Neque enim solum perpendendum est nobis, quid dignum sit iis §. 9.
in quos scribimus, verum etiam quid nobis dignum sit qui scribimus: pulchrius est aliquando modestia quam causa superiorem esse, et sunt quæ nobis potius agenda sint. Malim ego totum mensem in Paulum aut in

---

1.2 negotii *4...7.* 3 Febrim et Phalarismum Lovanii ineunte a. 1519. typis expressos fuisse ex h. l. adparet. exemplaria, nisi ex iis sunt quæ sine loci indicatione prodierunt, ad unum omnia deperiisse videntur: præter Parisienses Romanamque quas potui, omnes fere bibliothecas perquisivi, quid Huttenicorum scriptorum continerent; sed ex iis quæ ad h. l. pertinent, unum dialogorum (Fortunæ, utriusque Febris,. Triadis Rom. et Inspicientium) exemplum „Impreſſum Louanij per Petrū Acheſtan impēſis | Erachel Volphgrant Anno Domini, | M. D. XXI. Menſis Octobris. | " in 4⁰. habeo quod memorem. 4 ἡμιθέους] semideos, *i. e. prælatos ecclesiasticos.* Febris] ea *A.* 5 uidetur *5...7.* 6 exsulat *3.7.* 7.8 orationem] *Augustæ a. 1518. in 4⁰. Moguntiæ a. 1519. in 8⁰. publicatam.* 11 Quamquam *7.* 12 cum olim *etc.*] cf. supra Hutteni ad Erasm. die 21. Iulii a. 1517. datam epist. 15 ἀλλοπρ.] *inconstantem, nunc huic nunc illi faventem.* propitium *2. 3. 4.* 17 exstruxisti *3. 5...7.* monum.] cf. Hor. od. III. 30,1. perhenn. *A.* 18.19 siquid etc.] cf. Vergil. Aen. IX. 444. sq. 20 Triumph.] Capnionis. 23 convitiis *2...4.* 26 qui *omis. 7.*

evangelium explanandum insumere, quam diem huiusmodi rixis conterere. Bene vale, mortalium charissime. Lovanii. IX. Calend. Maias. Anno M.D.XIX.

APVD STVDGARDIAM. | **CXVIIII.** | 30. APRIL. 1519.

CXVIIII.

VLRICHVS DE HVTTEN
ARNOLDO DE GLAVBERG
IVRECONSVLTO FRANCOFVRDIANO
SALVTEM.

§. 1. Nudiustertius Tubingam in deditionem accepimus, arcem modis omnibus et contra quamcunque vim munitam. sed ille nobiscum pugnat qui hominum conscientias agit et cogitationes impellit; ipse vincit, ipse debellat. Huc eos mihi, siqui usquam sunt, qui negant deum curam mortalium habere ullam! ita præsentem, Arnolde, divinam opem sensimus, ita manifeste conspeximus, palam experti sumus. Optime a Francisco ductore et reverentissime tractor; maiorem in Germania humanitatem non inveni hoc in genere: habet me secum assidue, et ad latus habet; dormit una, et fabulis dat operam, miscetque colloquia mirifice suavia. literas
§. 2. vero admiratur ut nemo: magnus per omnia vir et dignus quem maximi omnes faciant; animus in utramque fortunam munitus, altus, invictus; sermo gravis de rebus summis, qui arguit cogitationes nihil humile, amplissima omnia ac splendidissima agitantes; conversatio est iucunda, suavis

CXVIIII. H. A. ut ad n. CXVII. adnotavimus. 2 = Wagenseil. n. xxx. p. 197. sq. 3 = Hutt. Münch. III. p. 136. sq. 4 = Kraft (Ind. bibl. n. 84.) p. 9. sq.

[2] clarissime *6.* carissime *7.* Lovanio 23. Aprilis, Anno 1519. *3.*

[7] Francofurdano *2...4.* [14] Sine teste, quem non habuisse opinor, rettulit Chr. W. Spieker (*Gesch. Martin Luthers.* vol. I. *Berlin* 1818. 8º. p. 125.) „Im Kriege „des schwäbischen Bundes gegen Ulrich von Würtemberg suchte Sickingen den frei„heitsliebenden Hutten auf und sprach zu ihm: 'Ich bin der Ritter von Eberndorf [? vo„luit scriptor *Ebernburg*], dir längst zugethan in freundlicher Gesinnung. Dein fröhli„cher Muth, dein ritterlicher Sinn, dein Haß gegen Gewalt und Unrecht haben mich ent„zückt. Es ist jetzt eine böse Zeit; der Gewaltige unterdrückt den Schwachen und Falsch„heit siegt über Redlichkeit. Die Kirche schmachtet im Elend und die Pfaffen brüten „Bosheit und Arglist. Da thut es noth, daß echte deutsche Männer mit Muth und „Kraft zusammenhalten, und nicht durch ihr Stillsitzen auch zu Verräthern an der gu„ten Sache werden. Gieb mir deine Hand, edler Ulrich, daß wir zusammen für Frei„heit und Christenthum leben und sterben wollen'." Sic fabularum narratores loquuntur historiarumque corruptores (ut Münch, Sickingen I. p. 115. sq. qui supra transcripta quasi vera Sickingiana verba esse possent, repetiit); eiusmodi quasi plumbeas nebulas non finxerunt neque Franciscus, neque, quamvis **φανταστικὸν** fuisse vulgo ferunt, Huttenus. [17] Litteras *2.* [19] utranq; *A.*

convictus; superbe nihil, liberaliter omnia dicit ac facit; ipse apertus, odit
fucum, detestatur pompam. Age vero apud milites quantus favor, quod §. 4.
desyderium: pene dolent alteri exercitus summam permissam. Carum esse
iubeo civitati tuæ heroem omnis generis virtutibus auctum et ornatum.
Hinc ad Aspurgæ oppugnationem movemus, vi arbitror capiendam, nam §. 5.
ab hominibus insessa est desperatis; ea devicta siquando auxiliator Chri-
stus dabit, una restat Niffa, omnium opinione de facile expugnabilis.
Quanta victoria quam nullo pene negotio paritur! Ipse tyrannus non au- §. 6.
dimus ubi sit; fugit paucis comitatus, relictis post se rebus omnibus, pe-
cunia etiam ac liberis. Ioannem Huttenum refodimus quodam in vico haud §. 7.
longe a silva, ubi occisus est, sepultum. rem admirandam et cuius prope
nullius hominis fides capax sit, vidisses, quartum iam annum defossum
corpus non consumptum, non putrefactum, totam adhuc faciem cogno-
scibilem; quinetiam sanguine commaduit attactum: en igitur innocentiæ
testimonium: deposuimus Eslingæ, inde ad patriam sepulturam devectum.
Quæ scripsi de uxore ducenda, ut sunt scripta accipies. nihil simulo, §. 8.
proposui id mihi, si per illos liceat. Tuam uxorem, liberosque tuos, ac
illum imprimis venerabilem senem Hammonem socerum tuum valere iubeo.
Salutabis præterea ex me tuum fratrem nostrosque istic omnes. Vale.
apud Studgardiam. pridie Caleñ. Maii. Anno M.D.XIX.

EX THERMIS BADENSIBVS. **CXX.** 30. APRIL. 1519.

VLRICHVS HVTTENVS BEATO RHENANO ET AMORBACCHIS SALVT.

Hodie in has me hic Thermas conieci mediũ, ut remollescam, hoc §. 1.
post bellũ, in quo hostem non vidi, haud meo quidem metu, sed Tyranni
fugacitate. En illum igitur egregie ferocem Sueuorũ principem, qui nos
contuitu oculorũ suorũ adusturus videbatur. Quo de timor erat, ne primũ
aduenientes nos subito occursu vna omnes opprimeret. Quem sic paratũ

CXX. Hanc epistolam ex Hutteni autographo Selestadii, ubi in bibl. civitatis servatur, exactissime descriptam quantum per operas fieri potuit adcuratissime cum omnibus suis siglis interpunctionibusque q. v. repeti curavi. Non satis adcurate primi editoris munere functus est *R* [id est Röhrich (Indic. bibliogr. n°. 85.) p. 619. sq.]

[3] desiderium *2...4* Pæne *4. ut in sq.* alteri] *Georgio Frundsberg* sub duce Guilielmo Bavaro. [7] Niffa] *Neuffen.* oppinione *2.* [9] rebus *addid. H. 3.4.* [10] Io. Hutt.] Cf. Orat. V. in duc. Virtenp. versus finem et epist. seq. §. 6. [12] hominis *addid. H. 3.4.* [15] Esslingæ *2...4.* [16] scripsi de ux.] *Hæc quidem ep. non extare videtur; sed cf. infra ep. d. 25. Iul. a. 1519. datam.* de ux. duc.] *cf. infra* n. CXXXI. [18] inprimis *2...4.* Hammonem] socerum Arnoldi de Glauburg, Hamannum s. Amandum de Holtzhausen. cf. supra p. 256. annot. [19] fratr. tuum *2...4.*
[22] Amorbachiis *R.*

homines dicebât, ut nulla ſatis aduerſum vis eſſet. Cuius tanta ferebatur
eſſe animi magnitudo, ut terrore efficeret, quod armis alij non poſſent.
§. 2. Illa inquā tanta, tam ferox, tam bellicoſa, tam imanis, tam inuicta belua,
cōmorſa eſt, nec remordit. fugata eſt, nec reſtitit. eiecta eſt, nec ſub-
ſtitit. Et nunc ad Gallos aufugiſſe fertur, auxilia inde allaturus quibus
in nos referatur. Hui Gallos. Hui auxilia. Iam hoc proſpectum nobis eſt
Veniant et Galli, et ſiquos præterea hanc patriam turbare iuuat. Nunq̃ʒ
§. 3. paratiores inueniri poteramus. Vtinā videretis exercitum noſtrum, qui viri,
quę arma. Præſertim quod equitū robur Franciſcus ducat. Ad ſeptingen-
tos prius adductos, alij rurſus centū venerunt pari armatura. Proxima
luſtratione cenſa ſunt peditū qui ſtipendia faciūt, XXV Mil. Equitū iiij Mil.
§. 4. Cottidie aliquj aut ſedicioſi, aut inualidi, aut minus apti, reijciuntur, in
eorūqʒ loca meliores deliguntur Quod ſiqua vis ingruat, parata nobis fe-
runtur, quę breui veniant alia milia multa. Franciſcus certe ſi vocet hodie,
ſexcentos et amplius optime inſtructos equites, eoſqʒ XX^{m} intra diem addet.
§. 5. Atqʒ hæc volui ſcire vos, quo nequid temere nobis metueretis. Paucos ante
dies Tubinga ſe dedidit, cum aliquot dierū obſidionē paſſa eſſet, confiſa
§. 6. pręſidiis in arce virorū nobiliū, quos ille neſcio ut obnoxios habuerat. Ad
vmbilicū ieiuniorū interempti Hutteni corpus refodimus, ad patriam ſepul-
turū remiſſuri. Quo de miraculū vobis ſcribo. Adhuc albet facies nondū
conſumpta carne, potuitqʒ ab his qui bene notū habuerât cognoſci. Quin-
etiā aperta tumba ſanguis velut aqua mixtus effluxit, quartū poſt q̃ʒ occiſus
eſt annū. Hoc ſcribite amicis veſtris vbiubi ſunt, meæ fidei periculo. Ve-
rum eſt enim, nec mendaciū vobis imputari debet, meo indicio rem diuul-
§. 7. gantibus. Hæc in aquis ſcribo. breui ut arbitror Moguntiā rediturus, quo ſcri-
betis mihi, in ædes Zobellij. Valete ex Thermis Badenſib. raptim ij Calū Maij

Inscriptio: Beato Rhenano et tribus Amorbachiis viris ut literatis ita ſibi egregie caris amicis apud Baſileam Salutem.

---

[1] adversariorum *R.* *ante* ferebatur *delevit* vid (*scripturus fuerat* videbatur). [2] esse *omis. R.* alii armis *R.* [3] fera (*pro* ferox) *R.* bellua *R.* [7] si quos *R.* Nusquam *R.* [12] seditiosi *R.* [13] loca] *non satis distincte scripta est* a, *fort. est* o. si qua *R.* [14] milia *R.* [15] XX intra dies *R.* [16] ne quid *R.* timueritis (*pro* metueretis) *R.* [19] umbil. ieiun.] *media ieiunia, nobis* Mittfaſten. *Dominica Lætare a.* 1519. *incidit in d.* 31. *Mart. Cf. ad h.* § *proxime superioris ep.* § 7. refodimus] *in vico* Holzgerlingen. Cf. *Heyd. Ulr. Hzog zu Württemb. Tübing.* 1841. 8º. I. p. 393. [19 20] patrium sepulchrum remissuri. Quod mir. *corrupte R.* [21 22] Quin etiam *R.* [23 24] Verum ... diuulgantibus. *omisit R.* *ante* debet *repetitum* vobis *delevit auctor.* [26] Zobelii *R.* Theodoricus Zobel, capitularis et scholasticus Moguntin. qui de Livio Moguntiæ latitante d. 9. Febr. a. 1528. ad Erasmum scripsit epistolam supra exhibitam p. 252. 11 Calend. *falso R.* Ceterum hæc epistola utrum revera cum proxime antecedenti eodem die scripta sit, in medio relinquo. [27] Hæc inscriptio utrum Hutteni recentiorive manu scripta sit, nunc non video.

LOVANII. | CXXI. | 1. MAI. 1519.

REVERENDISSIMO DOMINO
D. LAVRENTIO CAMPEGIO CARDINALI
ERASMVS ROTERODAMVS S. D.

Reverendissime domine, virtutum tuarum insignium et eruditionis rarissimæ fama inflammatus iam pridem gestio te et nosse propius et coram adorare. . . . . verum ne nullo interim argumento declararem meam erga R. D. T. animi propensionem, mitto Novum Testamentum magnis sudoribus denuo a me recognitum, quod S. D. N. Leoni dicatum ipsius hortatu in lucem emisi, quemadmodum illius Breve testatur additum in operis frontispicio. Huic initio reclamabant quidam, sed qui aut non legebant aut non intelligebant; nunc amplectuntur omnes exceptis paucissimis quos pudet resipiscere. Hi nullum non movent lapidem, ut bonas literas passim reflorescentes opprimant; ad id splendidos praetexunt titulos, hæreseon profligationem, ecclesiæ defensionem, cum mihi crede longe aliud agatur. Mihi certe rebus omnibus omissis illud unice studio fuit, ut meum ingeniolum hoc et qualescunque literulæ Christi gloriæ servirent ac ecclesiæ commodis: homo tamen sum, labi possum: quodsi iudicium alicubi defuit, animus certe rectus non defuit. omnibus nemo hactenus placuit; mihi satis est quod optimis quibusque placeo. Sed vide quæso perversissimam, imo ingratissimam quorundam maliciam: diffisi libris et argumentis quidam sycophantiis aggrediuntur: quicquid prodit libellorum, quibus hoc tempore quidam nimium licenter ludunt, mihi impingunt. Prodierat NEMO, nam is est libelli cuiusdam ludicri titulus; meum esse calumniabantur, et persuaserant, ni autor iratus sibi suum opus vindicasset. exierant EPISTOLÆ quædam ridiculæ; non deerant qui me adiutore scriptas dictitarent. postremo prodiit nescio quibus avibus opus Martini Lutheri: autor mihi tam ignotus est quam qui omnium ignotissimus, librum nondum perlegi, et tamen initio meum esse dictitabant, cum illic nec unus apiculus sit meus. Horum cum nihil adhuc procedat, ipsa re revincente mendacium, DIALOGI cuiusdam suspicionem mihi moliuntur impingere: is, ut ex argumento satis constat, scriptus est in odium divi Iulii pontificis maximi schismatis tempore; sed a quo, incertum; ante quinque annos degustavi verius quam legi; post repperi in Germania apud quosdam descriptum, sed variis titulis. quidam testabantur Hispani cuiuspiam

---

CXXI. 1...5 = Indic. bibliogr. n. 53,1...5. 1) p. 467. sq. 2) p. 414. sq. XII. 1. 3) p. 394. sq. 4) p. 575. sq. XII. 1. 5) coll. 436. sq. n. CCCCXVI.

---

[2] REV...D. *omiser. 2...5.* [5] Rever.] Eximie *2...5.* [8] R.ᵐ D. T.] te *2...5.* — (rev. dominationem tuam) [9] S. D. N.] pontifici *2...5.* — (sanctissimo domino nostro) [15] quum *2...5. et sic in sqq.* [20] immo *4. 5.* malitiam *4. 5.* [21] auctor *3. et sic in sqq.* vendicasset *3...5.* EPISTOLÆ] obscurorum viror. [26] M. Lutheri *1.* [29] *Dialogi 'Iulius', qui iam a.* 1513. *prodierat F*(austo) *A*(ndrelino) *F*(oroliviensi) *auctore. Sunt qui hodieque Hutteno adscribant, non meliore iure quam Erasmo. In Erasmicarum epp. a.* 1521. *publicatarum exemplo meo manus XVI. saeculi adscripsit* 'Dyalogus Hutheni.' — (Memorabilem ex Thomæ Mori epistola ad monachum quendam scripta desumptum locum post hanc Erasmi epistolam repeti curavimus.) Ipsum dialogum post Huttenicos repetemus nos. [32] reperi *4. 5.*

esse, sed suppresso nomine; rursus alii Fausto poetæ tribuebant; alii Hieronymo Balbo. ego quid de his coniectem, non habeo, subodoratus sum quoad licuit, verum nondum pervestigavi quod animo meo faceret satis. desipuit quisquis scripsit, at maiore supplicio dignus quisquis evulgavit. ac miror esse qui solo stili argumento mihi obtrudere parent, cum nec mea sit phrasis, nisi prorsus ipse mihi sum ignotus, nec mirum sit futurum, etiam siqui in oratione nonnihil referrent Erasmicum, cum verser in manibus omnium, et referimus fere in quorum assidua lectione versamur. Neque desunt hic qui iactitent tuam quoque reverendam dominationem propemodum in eam suspicionem adductam esse. quod mihi certe nunquam persuadebitur, donec persuasum erit non esse vana quæ de doctrina prudentiaque eius admirabili passim a summis viris prædicantur; neque quicquam addubito, quin etiam si quid suspicionis occupasset animum tuum, facile sim excussurus, si coram detur colloqui, id quod aliquando licebit favente Christo. Interim obsecro pietatem tuam, ut hoc sibi persuadeat, Erasmum huiusmodi libellos ab aliis conscriptos et edendos suppressisse: tantum abest ut huiusmodi quiddam ipse vel ediderit vel editurus sit unquam. nec mirum si isthic sunt qui de me talia mentiantur, cum hic de proximo non pudeat quosdam imprubissime de me mentiri: omnibus omnium sycophantiis respondere non possum; hoc quod in me situm est, præstabo . . . . Bene valeat E. R. T. D. cui me totum dedico consecroque. Lovanii Anno millesimo quingentesimo decimonono Calend. Maii.

[Ex epistola Thomæ Mori quæ legitur in libro indicato Indice bibl. n. 52,1. foll. G 3. sqq., 53,2. p. 92. sqq., de dialogi '*Iulius*' auctore hunc locum addere iuvat:]

„De Iulii dialogo neque cuius sit neque cuiusmodi sit, mihi unquam valde libuit quærere, cum de utraque re varias audierim sententias. Hoc certe scio protinus defuncto Iulio rem Parisiis ludis actam publicis. Multi sciunt reverendum patrem Poncherium Parisiensis urbis antistitem, qui huc legatus venerat, librum vendicasse Fausto, quod ut verum fuerit, nihil impedit Erasmum, cui Faustus non ignotus erat, librum apud se quoque prinsquam excuderetur habuisse. Nam quod ex stilo rem convincis, quem Erasmi suum atque ipsissimum esse confirmas, non possum mihi temperare quin rideam, reputans mecum quod cum non permittas Erasmo, ut ex stilo quicquam indicet in Hieronymianis operibus, is cui quod omnibus in confesso est, omnes orationis virtutes sint exploratissimæ, tu qui quid sit stilus aut phrasis explicare non possis, arroges tamen tibi ut ex stilo discernas Erasmica in tanta litteratorum turba, quorum quisque quoad potest Erasmicam dictionem conatur imitari. Iam pone librum illius esse, pone hominem infensum bellis, iratum turbulentis temporibus aliquo animi impetu provectum latius quam pacatis post illa rebus et tranquillatis affectibus optavisset: primum magis hoc erat imputandum iis qui librum suo tempore scriptum tempore non suo vulgaverunt. deinde quæso te hoccine monachi fuerat errorem fratris eruere, cuius officium postulet potius ut solitarius sedeat ac sua peccata defleat quam ut aliena coarguat. Quodsi quem liber offenderit, apud hos opinor malam inibis gratiam libellum asserens illi, quando plus eorum e re fuerit, opus ut sit ἀδέσποτον quam ab autoris æstimatione commendetur . . . ."

---

[2] Balbo] *ut eius operum editor de Retzer.* [3] desip.] ineptiit 2. *sqq.* [4] at] & *1.* [5] styli *4. 5.* [9] rev. dom.] celsitudinem 2. *sqq.* [10] non e. vana *omis. 1.* [15] ædendos *1...3. et sic in sqq.* [20] E....D.] amplitudo tua 2. *sqq.* [20.21] Lovanio 1. Maji, An. 1519. *4.* [44] ἀδέσποτος *1.* adespoton. 2.

ESLINGÆ. 15. (?) MAI. 1519.

CXXII.

VLRICHVS DE HVTTEN
CHILIANO SALENSI IVRECONSVLTO FRANCO
SALVTEM.

Hui qualem ducem, quanto animo præditum Suevorum principem! §. 1.
Ita fugit, ut in fuga non respexerit; tantum abest ut restiterit. Atque
hoc de viro quantos illi homines terrores, quos metus nuntiabant. nihil
vidisti imbecillius. 'At deseruerunt eum Helvetii.' At ipse priusquam illum
emisset peregrinum exercitum, omnes contemnebat, invictus ferebatur. Ubi
nunc illæ igitur minæ, illa magnifica insultatio, ille indomitus tumor, illi
horribiles metus, illa contumax fiducia? Bono animo esse iube omnes qui
mihi timebant: iam securi sumus enim illo eiecto et exacto. Capnionem §. 2.
salutavi paucos ante dies, pene confectum sollicitudine: ita timebat ea
quæ belli possunt etiam immerentibus evenire. Sed nobis consilium non
defuerat, quo illi prospiceremus. quo in negotio Franciscum habui ex
voto: honorem habuit et ipse docto viro, accessitque obviam humaniter
complectens ac bene sperare iubens. Dii boni quos carceres invenimus, §. 3.
quam captivorum faciem! Hic decet exultare tanto eiecto malo, tanta in-
ducta securitate. Orationes meas revideo; ubi quintam, quæ ex victoria §. 4.
congratulabitur nobis, addidero, edam in lucem: iam sunt enim qui ha-
beri in manibus postulent eas. Quid istic novi est? ut otiaris tu? ut alii, §. 5.
ille imprimis Piscator Fridericbus, cui perferenda est abs te his addita
epistola? Crotum in Italia consolare ac metu libera. Ego ad studia hinc §. 6.
respicio magno cum desyderio, sic nonnunquam insomnis quoque excla-
mans 'o Musa! o literæ!' Aspurga in deditionem accepta (sustinuerat dies §. 7.
non amplius quinque oppugnationem); Niffa se repente et ipsa dedit. to-
tum absolutum igitur negotium est. Concilium habetur Eslingæ confœ-
deratorum, magna hominum frequentia. Saluta Moguntinos omnes, ac
ipse vale. Eslingæ ad umbilicum Maii. Anno M.D.XIX.

CXXII. H. A. = ut ad n. CXVII. adnotavimus. 2 = Wagenseil. n. XXXIV. p. 207. sq.
3 = Hutt. Münch. III. p. 153. sq.

[3] Frustra de hoc Kiliano quis fuerit, ex Francofurtensibus quæsivi. [8] Helv.] Suitzeri *H. 3.* [9] emiss.] conduxisset *H. 3.* [11] fidutia *A.* [16] ipso *2. 3.* [17] carceros *2.* [22] inprimis *2. 3.* piscator *Friderichus 2. 3.* De Frid. Fischero Hutteni amico quæri cum Wagenseilio Münchius non animadvertit. [23] epistola] *infra p. 272. sq. exhibita.* [24] desiderio *2. 3.* [25] litteræ *2.* [26] dedit] dedidit *H. 3.* [27] Essliugæ *2. 3. et sic paulo post.*

NVRIMBERGÆ. **CXXIII.** 15. MAI. 1519.

ILLVSTRI AC GENEROSO DOMINO
HERMANNO COMITI DE NEVENAR
BILIBALDVS PIRCAIMERVS S. D.

Quemadmodum, illustris ac generose comes, sanctissimi et vere theologici viri tibi stomachum, ita mihi lienem quoque commoverunt: etenim si me legentem ac interim spurcissima convicia, immo laudes nostras certissimas tam effuse ridentem conspexisses, vix tu quoque, etsi iustissima indignatione accensus, a risu temperasses. Quid enim iucundius quam talibus displicere hominibus, qui neminem nisi laudando vituperare, nec nisi vituperando laudare possunt? quid gratius quam infestissimos hostes merita supplicia ultro etiam expendere, ac ita delirare, ut id sibi laudi ducant quod flagitiosissimo cuique merito vitio verti potest? quid sceleratis et maledicis hominibus dignius quam propria improbitate et loquacitate deum ac homines in se concitare? Ita igitur affectus confestim tibi rescribere cœpi epistolam, etiam illa quam iuxta theologicam traditionem nimis prolixam esse conqueruntur, longiorem; eam haud absque risu, etsi plane ἀγέλαστος esses, legere posses, non solum quia par pari retulerim ac sanctimonia claros homines nativo suo depinxerim colore, sed quod et ineptos, frigidos et morosos iocos haud illepide in suos retorserim artifices. Cæterum cum ardor ille aliquantisper deferbuisset, ne non omnia risus plena forent, me ipsum quoque deridere coactus fui . . . . Proprio igitur risu, immo rationibus verissimis inductus, maxime vero Christianis institutis prohibitus passiones frenavi, epistolam retinui et ne malum pro malo redderem resque unde inceperat, in risum desineret, tam virulenta, rabiosa et tetra, maledicta ac penitus a Christiana pietate aliena convicia ridens derisi ac magnanimiter contempsi . . . . Hæc ideo, comes generose, scribo, ut tu pariter tantorum patrum laudes, quas contumelias esse arbitraris, benigne amplectaris, ac minime moleste feras, potiusque rationi obtemperes quam opinioni indulgeas . . . . Non enim sancti viri ob pravorum reprehensionem, sed potius optimorum virorum laude dementare cœperunt: te enim, vir illustris, citra doctrinam et, ut ipsi volunt, ex nihilo theologum creaveram; optimum, doctissimum et innocentissimum Capnionem laudibus extuleram, a calumniatorum obtrectationibus vindicaveram et plane ab omni scelere innocentem esse ostenderam; Germanæ nobilitatis decus et literarum columen, Huttenum nostrum, plus æquo præconiis decoraveram. hinc illæ lachrymæ et dignæ profecto causæ, ob quas non solum degener, impudens, contumeliosus, indoctus, sed etiam blasphemus, impius et hæreticus

---

CXXII. A = LVCIANI | FVGITIVI A | BILIBALDO | PIRCKAIME|RO IN LATI|NVM VER| SVS. | 13 *folia in* 4. *In fine:* Hagenoæ, ex Academia Thomæ Anshelmi | Anno M.D.XX. Menſe Martio. 2 = Pirckh. Opp. (Indic. bibl. nº. 59.) p. 241. sq.

---

[7] imo *2. et sic infra.* [8] vt si (*pro* etsi) *2.* [12] flagiciosissimo *A.* [13] possit *2.* [15.16] Theologiam *A.* [16] , longiorem eam *2.* [17] ἄγελαστοσ *A* [risus expers] [20] Ceterū *2.* nec non *2.* [25] ratione *2.* [30] deprehensionem *2.* [33] ac (*pro* a) *2.* [35] litterarum *2.* preconiis *A.*

appellarer . . . . Tuæ vero dominationi doctum et egregium virum Ioannem Cæsarium commendare non desinam, donec illum opera et favore tuo evectum et ut meretur digne ornatum conspiciam. Iterum vale. Nurimbergæ. Idib. Mai.

ANTVERPIÆ. **CXXIIII.** 18. MAI. 1519. (non 1518.)

REVERENDISSIMO DOMINO
D. THOMÆ ARCHIEPISCOPO EBORACENSI
CARDINALI TT. S. CECILIÆ ANGLIÆ PRIMATI LEGATO NATO
ET TOTIVS REGNI CANCELLARIO DIGNISSIMO
ERASMVS ROTERODAMVS.

Post plurimam salutem, R. D. non infimum decus augustissimi ordinis cardinalicii, quod hactenus non reviserim Mæcenates meos quos eximios neque hos sane paucos habet mihi Britannia, studiorum onera fuerunt in causa, quæ me propemodum opprimunt . . . . Quicquid prodit invidiosum, Erasmo impingunt. dicas hic et calumniæ ingenium esse: miscent bonarum literarum causam cum Reuchlini Lutherique negocio, cum hæc nihil inter se cohæreant. Mihi sane neque Cabala, neque Talmud unquam arrisit; cum Reuchlino semel duntaxat congressus sum Francfordiæ, nec aliud inter nos intercedit, nisi civilis amicitia, qualis fere inter studiosos omnes solet; neque vero me pudeat cum eo viro necessitudine iunctum esse: habet meas literas, quibus nondum de facie notum admoneo, temperet a manifestis conviciis, quibus illius apologia satis Germanice debacchatur in adversarios. tantum abest, ut famosis scriptis unquam faverim. Lutherus tam ignotus est mihi quam cui ignotissimus, nec adhuc vacavit hominis libros evolvere præter unam et alteram pagellam: non quod fastidierim, sed quod per studiorum occupationes non datum sit ocium. et tamen hunc quidam, ut audio, confingunt mea adiutum opera . . . . . . Tandem prodiit examen libellorum: nemo me vidit legentem, nemo probantem audivit aut improbantem; nec enim tam temerarius sum, ut probem quod non legerim, neque tam sycophanticus, ut damnem quod nesciam, etiamsi hoc hodie solenne est iis quos minime decet. Habet Germania iuvenes aliquot magnam et eruditionis et eloquentiæ spem de se præbentes, quorum opera futurum auguror, ut aliquando gloriari possit Germania quod nunc optimo iure gloriatur Britannia. Horum nemo mihi de facie notus est præter Eobanum, Huttenum ac Beatum: hi nullo non machinarum genere cum linguarum ac bonarum literarum, quibus omnes boni favent, hostibus depugnant. Horum libertatem faterer et ipse intolerabilem, nisi scirem quam atrocibus modis tum publice tum privatim irritentur. ipsi sibi permittunt, ut in sacris concionibus, in scholis,

---

CXXIIII. 1...5. = Indic. bibliograph. n. 53,1...5. 1) p. 438...441 (non 443). 2) p. 389. sqq. XI. 1. 3) p. 371...373. 4) p. 541...545. XI. I. 5) coll. 321. sqq. n. CCCXVII.

---

[2] Iohannem *2.* [4] Idibus Maij, &c. *2.*

[6...10] THOMÆ CARDINALI ERASMVS ROTEROD. *2. sqq.* [14] Similiter Erasmus in ep. ad Albertum Moguntinum die 1. Nov. a. 1519. data. [21] apologia] *i. e.* Acta iudiciorum *etc.* Hagenoæ 1518. 4°. [33] Eobanum] Hessum. [34] Beatum] Rhenanum. [33] ipsi] hostes illi.

in conviviis odiosissime, imo seditiose quidvis vociferentur apud imperitam multitudinem, et facinus non ferendum arbitrantur, siquis horum ausit mutire, cum et apiculis sit aculeus quo læsæ feriant, et musculis denticuli quibus offensi sese tueantur. Unde novum hoc deorum genus? Illi quos lubitum est, hæreticos faciunt, et cœlum terræ miscent, siquis eos appellet sycophantas . . . . Quod siquis expendat, quibus vitiis maduerint qui pridem apud Italos et Gallos renascentibus priscis studiis opitulati sunt, non poterit non favere his nostris, quorum mores eiusmodi sunt, ut theologis istis censoribus imitandi sint magis quam reprehendendi. Ab his quicquid prodit, meum esse súspicantur, etiam apud vos, si modo vera prædicant negociatores huc isthinc proficiscentes. equidem ingenue fatebor, ingenium non possum non amare, calami licentiam in nemine non improbo. Pridem lusit Huttenus librum, cui titulus Nemo: nemo nescit argumentum esse ridiculum: meum esse dictitabant theologi Lovanienses, qui sibi videntur plus quam Lyncei. mox prodiit Febris: mea erat, cùm tamen totus genius, totaque phrasis a mea dissentiat. prodiit oratio Petri Mosellani, qua patrocinatur tribus linguis adversus γλωττομάστιγας: in me putarunt cudendam fabam, cum ego nondum scirem orationem esse natam: quasi vero siquid huic aut illi in mentem venit scribere, mihi protinus sit omnium nomine reddenda ratio, aut quasi parum sit meo periculo tueri quod ipse scribo. Germani sunt, iuvenes sunt; calamum habent, nec carent ingenio, nec desunt qui irritent suis odiis, nec desunt qui incitent ac frigidam suffundant. Omnes hos meis literis admonui, ut libertatem immodicam temperent, certe a summatibus ecclesiæ viris abstineant, ne illorum animos provocent in literas, quorum patrocinio stant adversus hostes suos, neve hac invidia onerent politioris literaturæ vindices. Quid faciam? monere possum, cogere non possum; meo stilo temperare mihi in manu est, alienum calamum præstare non est meum . . . . quicquid prodit novum, velim nolim, meum est. prodiit ante menses aliquot et prodiit, malis avibus libellus quidam ridiculus, quem in schismate proximo scriptum esse satis arguit ipsum argumentum; sed a quo, incertum est, nisi quod liber indicat eum, quisquis fuit, favisse Gallis: suspicio per multos obambulat, præsertim apud Germanos, nam apud hos variis titulis habetur descriptus. hunc igitur cum ante complures annos hic comperissem haberi furtim, ac libellum degustassem (nam percurri verius quam perlegi), multi testes sunt, quantopere sim execratus, quantoque studio egerim, ut æternis tenebris abderetur: id quod in aliis quoque libellis a me factum multi fatebuntur; testatur et epistola quædam mea ad Ioannem Cæsarium, quam quidam Coloniæ furtim descriptam evulgarunt, et audio quos-

---

13 Nemo] Huttenicus Nemo secundæ editionis ante d. 24. Aug. 1518. non prodiit: eius enim diei est epistola ad Iulium Pflug data, quæ exemplis novi Neminis addita et supra p. 184. *sqq.* repetita est. 14 Febris] Dialogus Huttenicus primum, quod sciamus, mense Februario anni 1519. 16 Petri Mos.] ORATIO | DE VARIARVM LINGVA|RVM COGNITIONE PA|randa, Petro Mofella-|no Protegenfe au-|tore, Lipfiæ in ma|gna eruditorum | corona pro-|nunciata. | *prodiit, ut in fine legitur,* BASILEÆ APVD IOANNEM | FROBENIVM MENSE | MAIO ANNO, M.D.XIX. | *in* 4⁰. Epistola dedicatoria ad Georgium Saxonum ducem scripta est „Lipfiæ tuæ, calēdis Augufti. An. M.D.XVIII. *Certe itaque ante hunc mensem exemplum huius orationis, de qua Erasmum loqui opinor, nemo Erasmo tribuerit.* γλωττ.] linguarum flagellatores. 26 stylo *A, et sic ubique per y.* 28.29 libellus q. ridic.] Iulius. cf. supra n. LXXVII. 32 hunc] Hic *omisso sq.* hic *1.* 37 Cæsareum *1.2.4.*

dam isthic esse qui huius quoque libelli suspicionem mihi conantur impingere. adeo nihil intentatum relinquunt isti qui dolent reflorescere linguas ac meliora studia. impingunt autem non alio freti argumento quam stili, qui tamen mei non admodum similis est, nisi meus mihi parum est cognitus: quanquam quid mirum adeo foret, siquid illic aut alibi cum mea phrasi congrueret, cum nemo ferme scribat hisce temporibus, qui non aliquid mei stili referat, propterea quod meae lucubrationes multorum manibus terantur, adeo ut in horum etiam libris qui scribunt adversum me, non raro stilum meum agnoscam meque meis pennis transfigi sentiam. Nullum adhuc opus conscripsi neque conscripturus sum, cui non præfigam meum nomen. lusimus olim in Moria, sed incruente, licet fortasse plus satis libere; cæterum illud semper cavi, nequid a me proficisceretur quod vel obscœnitate vitiaret iuventutem, vel aliquo pacto officeret pietati, vel seditionem aut factionem gigneret, vel ullius famæ notam atram allineret . . . . Bene valeat E. R. T. D., cui me totum dedo consecroque. Antverpiæ XV. Calendas Iunias.

---

20. MAI. 1519.

Sunt qui huic diei epistulam Hutteni ad Leum quam anno post scripsit, falso adiudicaverint. Cf. infra n. CLXVI.

ANTVERPIÆ.

CXXV.

20. MAI. 1519.

REVERENDISSIMO CARDINALI ET ARCHIEPISCOPO MOGVNTINENSI

ALBERTO ETC. ERASMVS S.

Reverendissime domine princepsque clarissime, non dubito quin libellus quem celsitudini tuæ dicavimus, redditus sit eidem . . . . Hutteni ingenium indies magis ac magis exosculantur omnes, cui tua celsitudo tam candide favens multum laudis, imo gratiæ sibi parit apud eruditos omnes. quam incolumem diu servet immortalis Christus Iesus. Antverpiæ. XIII. Calend. Iunias. An. M.D.XIX.

CXXV. 1 = Erasmi Epp. (Indic. bibl. n⁰. 53,1.) p. 299. 2 = ibid. n⁰. 53,2. p. 269. (non 169.) 3 = PARS SECVNDA. | BREVIO|RVM ALIQVOT D. ERASMI | Roterodami Epiftolarum *etc.* COLONIÆ Ioannes Gymnicus ex-|cudebat. AN. M.D.XXXVI. | 8⁰. p. B 1ᵇ...B 2ᵇ. 4 = Ind. bibl. n. 53,3. p. 255. 5 = ibid. 4. p. 364. VI. 19. 6 = ibid. 5. col. 441. n. CCCCXIX.

---

14 alliniret *2. sqq.* E. R. T. D.] tua pietas *2. sqq.* 15 *Anni indicationem non habet 1, ceteri* Anno M.D.XVIII. sive 1518. *habent, sed per errorem, ut ex superiore adnotatione adparet.*

21 ERASMVS] ROTERODAMVS S. D. *3.* ALBERTO CARDINALI ET ARCHIEPISCOPO | MAGVNTINENSI ERASMVS S. D. *4...6.* 26 Antuerpia 20. Maji, Anno 1519. *4.*

APVD ESLINGAM. | CXXVI. | 21. MAI. 1519.

CXXVI.

VLRICHVS DE HVTTEN
FRIDERICHO PISCATORI
SALVTEM.

§. 1. Hic omnia bene habent, nisi quod non pugnatur: in hoc enim non
satisfit eorum voto qui sanguine et cæde ulcisci calamitatem gestiunt: fugit
tyrannus maximo ut suspicari licet metu; reliquit enim quæ cara habuit
§. 2. omnia, etiam pecuniam, ut sine viatico abierit. Refelle magnificos quo-
rundam terrores, qui omnes consumpturam hanc furiam prædicebant, qui
§. 3. nos male pugnaturos quasi in speculo intueri se loquebantur. Sed arbi-
tror scire velle te Musis meis ut conveniat cum armis et tumultu bellico.
Peroptime, vel quia Franciscum habeo ductorem, hominem mirabiliter bo-
num, vel quia hoc bellum non est, nimirum hostis ubi non est et ubi
nemo resistit, nemo defendit, ubi gladium exeri nondum vidimus, nisi
§. 4. quantum ebrii illi inter pocula rixantur. Fuit tamen nuper tumultus po-
tius quam pugna, minore Francisci filio cum equitibus viginti quinque in
ducentos pedites nescio quo consilio arma capere ausis impetum faciente;
ubi interierunt viginti sex, capti triginta, reliqui in fugam abiecti, magna
§. 5. cum gloria iuvenis ac optima de se spe et opinione. Et Gopingum aliquot
horas oppugnari sustinuit, ut quædam alia circum oppida; Tubinga dies
puto tres, Aspurga non multo amplius. Conscientia est, quæ et ipsum
tyrannum et quos ille fidos habuerat solvit ac dissipavit, magno argu-
§. 6. mento esse harum rerum quandam superis adhuc curam. Capnionem li-
beravimus summo e metu, optimum senem, innocentem et dignum qui
§. 7. securius agat. Habet hac regione haud facile aliam Germania pulchrio-
rem: ager optimus, cælum mire bonum et salubre, montes, prata, valles,
flumina, fontes, sylvæ, amœnissima omnia, fruges ut vix alibi proventu
faciles; vina ut in his locis. ipsam Studgardiam terræ paradisum appel-
§. 8. lant Suevi: ita situ est amœno. Quam fuit indignum pessimo sub latrone
§. 9. tot esse bona, mereturque principem terra hæc bonum. Tyranni liberos
Tubingæ repertos multi in Bavaros asportandos suadent, alii alio. Magna
reperta annonæ vis. tormentorum et quæ ad bellum sunt machinarum
nulli fuit in Germania principi aut maior copia aut instructior apparatus:
ea omnia extrahuntur, ne siquando redeat ille, furori instrumenta suo in-
veniat. 'Quid' ais 'si redeat? et ut redeat fieri potest?' Non arbitror: ta-

---

CXXVI. H.A. = ut ad num. CXVII. adnotavimus. 2 = Wagenseil. n. xxxv. p. 209...211. 3 = Hutt. Münch. III. p. 156...158. Epistolæ partem recepit Burckhard. I. p. 219. sq. Cf. num. CXXII. § 5.

---

11 musis *H. 2.* 19 Göppingen. 27 silvæ *2. 3.* 30 terræ *2.* 33 Germanica *2.*
35 Quid ais? Si redeat. *edd.* Redisse satis notum est.

men si redeat. Te istic habent studia nihil aliud agentem. Germaniæ §. 10. nostræ congratulor ac ipse gaudeo incipere animis valere nostros homines. Croto scribes in Italiam quæ aguntur hic omnia, nam huic literas qui perferant, haud sunt. Accepi per hos dies aliquot doctorum virorum §. 11. literas, apud Canstadium Erasmi et in Thermis ferinis Hermanni Buschii ac Beati Rhenani. 'In thermis accepisti?' inquis. In ipsis illis, Frideriche, thermis: tanta est hoc in bello securitas enim, ut lavent etiam homines: quo minus, quomodo ferre possim militiæ incommoda, mirari debes. Andream et Iacobum Vulpinos Babenbergam scribens salutabis ex me familiariter. Bilibaldo scripsi ex Rotenburgo et Phalarismum transmisi. Tenet §. 12. me quoddam tranquillitatis desyderium, quam olim ineam; ad hoc opus uxore est, quæ me curet: nosti mores: non facile solus esse possum, ne noctu quidem; facessant mihi enim prædicare quidam cælibatus bona et solitudinis commoda: non videor esse capax: me quidem habere oportet ubi curas et ipsa ubi acriora etiam studia remittam, quicum ludam, quo iocos conferam, amœniores et leviusculas fabulas misceam; ubi sollicitudinum aciem obtundam, curarum æstus mitigem. Da mihi uxorem, Fri- §. 13. deriche, et ut scias qualem, da venustam, adolescentulam, probe educatam, hilarem, verecundam, patientem; satis habeat, non multum; divitias non quæro enim; et ad genus quod pertinet, satis nobilem futuram puto quæcunque Hutteno nupserit. Hæc apud Eslingam, ubi toto peracto ne- §. 14. gotio bellico conventus est hoc tempore confœderatorum, scripsi. Hinc Moguntiam redibo, ad libros, ad studia, quanquam ad aulam interim etiam. O aulas atque o ollas! Eo ad me de tuis quoque rebus scribe ac vale. XII. Calñ. Iunii. Anno M.D.XIX.

MOGVNTIÆ. — 5. IVN. 1519.

CXXVII.

V. HVTTENVS ERASMO SVO S.

[cf. supra p. 260. sqq. epistolam Erasmi d. 23. Apr. a. 1519. datam.]

Tuas infinitas ad me epistolas non vidi, nam unam accepi in exer- §. 1. citu, cum Tubingam obsideremus, eamque perbrevem: quod videre te

CXXVII. A = Ratio seu methodus. Coloniæ 1523. 8°. ad super. num. LXXXVI. adnot. [In exemplo Rationis etc. a. 1520. edito hæc epistola non legitur.] 2 = Burckhard. III. p. 165...174. 3 = Wagenseil. n. XXXVII. p. 216...218. 4 = Hutt. Münch. III. p. 202...204.

[1] redeat, te *2. 3.* [3] huic] hic *H. 3.* litteras 2. [5] Therm. fer.] *Wildbad.* [9] Vulp.] *Fuchs.* [11] desiderium *2. 3.* [19] satis] Satius *H. 3.* [21] Efslingam *2. 3.* [27] V. *omis. 2...4.*

oportet, cui infinitas illas committas. verum de eo quem huc cum libro
principi offerendo misisti, nihil est quod sollicitus sis: omnia pertulit. neque
ego segnius rem curavi tuam, et principem habui ad id negocium ala-
§. 2. crem. Non egebat præconio meo tuum munus, ornabat ipsum semet ab-
unde: ut legendo percurrerat, 'En dignam' inquit 'Erasmo rem! sic ille
ut diu faciat, diu nobis supersit!' precatusque est felicitatem tibi omnem,
plenus optimæ de te spei; quippe intelligit quam tu lucem studiis, quod
§. 3. studiosis commodum invehas. Venit post Stromer, nam in Saxonia uxo-
rem duxerat neque statim sequutus erat aulam, qui cum tua alioquin
omnia magis quam credat aliquis admiretur, tum vel imprimis hoc opus
§. 4. adorat. Gregorium Coppum, alterum principis medicum, fecisti totum
Erasmicum: habet tuos labores in manibus semper, legitque ut vix alius
avide. Hoc nomine irascuntur tibi multi, quod ex Medicis aiunt Theolo-
gos facere te. iam et Iureconsultis molestus es quosdam a Bartholo trans-
versos agens, qui in tuis nunc otiantur relicto penitus foro. eandem cla-
dem Theologistarum studio cum intuleris, adhuc miraris quod te oderint?
§. 5. faciunt ipsum hoc suo quodam iure: nam bene raro faciunt aliquid. Fuit
totum hic mensem rumor, et credo ad vos usque pervenit, in bello oc-
cubuisse me. hoc illi exultabant, hoc triumphabant. quodsi quid mihi
accidisset, certum habeo 'a Christo hoc impetrasse se' dicturos fuisse: iam
§. 6. scio enim male precari nobis. Legi dialogum Latomi et risi. Tu vero

[1] commitas *A.* huc] hoc *4.* [3] negotium *2...4.* [6] præcatusque *3. 4.* tibi fel. *3. 4.* [9] secutus *2...4.* quum *2...4. et sic in sqq.* [10] credas *2...4.* inprimis *2...4.* [14] Bartolo *2...4.* [15] Eamdem *2...4.* [19] exsultabant *2...4.* [21] DE TRIVM LINGVARVM, & ſtudij THEO-|LOGICI ratione DIALOGVS, Per IACO|BVM Latomum, Theologiæ | LICENTIATVM. | [39 pagg. in 4°. s. l. & a.] Liber non sine ingenio compositus dicatus est cardinali Guillermo de Croi [cf. supra p. 260.]. In qua præfatione auctor gaudio quidem se affici dicit, „quod liberales disciplinas renasci, stu-„dia vigere, doctos honorari, ... horum industria bonos autores in lucem emer-„gere" videat, dolere contra „quod viri quidam eruditi lapsa studia iuvare conati „non sic stilum temperarent, ut dum mala auferunt, bona non lædant, nec sa-„tis caverent, ne ut ait Lucanus, excedat medicina modum .... Hoc siquidem agunt „mea sententia qui iuris studiosos a Baldo et Bartholo avertunt, atque legum „studium sic eis commendant, ut eius studii optimos duces, quod sui temporis „lingua loquuti parum Latini videantur, reiiciant, qui et theologiæ candidatis „canonem sacrum et theologos veteres ita prædicant, ut eos a Thoma, Bona-„ventura, Alexandro et similibus prorsus avocent, censentes manifeste eam vi-„tæ partem perditam quæ istis impenditur." — De his fere in dialogis tres iuvenes disserentes inducit Latomus. Is Lovanii, ubi canonicatum habuit, a. 1544. mortuus est. Scripta eius Iac. Latomus iunior edid. Coloniæ a. 1550. in fol. — De his Latomianis dialogis II Erasmus ad Petrum Mosellanum (Epp. Erasmi L. B. 1706. fol. p. 405.) „Exiit nuper vulgus et apud nos dialogus Iacobi Latomi „theologi, viri pridem nec admodum iniqui melioribus literis et amici satis can-„didi; nec satis coniectare queo, quæ res hominis ingenium subito verterit.

non debes putare te hoc perdidisse tempus quod scribendæ Apologiæ de-
disti: nam id nobis magni lucri vice fuit. Quod scribis de Ferdinando, §. 7.
mire placet, studia nostra amare adolescentem. erexisti animum mihi spe-
ranti fore ut orbis capita adversus barbariem nobiscum conspirent. Alber- §. 8.
tus cardinalis strenue nos tuetur, meque adhuc habet liberaliter, et tui
desiderio tenetur maximo. Inique facis qui te non offers illi, non cre-
dens mihi toties clamanti propensam illius erga te benignitatem. Mihi §. 9.
commisit munus, quo te visissim honorat: patera est ex argento deaurato,
præter id quod pondere permagna est, arte adhuc commendabilis. non
iudicabis indignum principe munus; quanquam ipse dicat hoc se dare
fugienti tibi, daturum siquando accedas, ampliora multa, vocatque Amoris
hoc Poculum. Ipse quo tibi mittam dubius sum: nam in Angliam aiunt
abire te. scribe quid fieri velis de patera primum, deinde, quid tibi pro-
ponas? Belli prospere omnia evenerunt: magno Germaniam periculo, pu- §. 10.
blico metu liberavimus; quid magnopere curemus enim, quod vivat ille
cui quia ademimus omnia, vivendum misere est? Totam aliquando rem
leges. Stutgardiæ Capnionem conveni, positum magno in timore: mili- §. 11.
tares furores metuebat bonus pater; sed ego Francisco ductore apud du-
ces intercedente caveram, si vi capienda Stutgardia esset, in exercitu ut
proclamaretur Capnionis penatibus ne quis noceret. hoc nescis quantum
ille et quale beneficium interpretetur, cum ego conscius mihi sim officii
mei fuisse, ut viderem ne quid pateretur se indignum vir doctissimus at-

---

„Sunt qui suspicentur bonam prioris libri partem oppositam orationi tuæ qua linguas „prædicas; sed multo maximam partem oblique tortam in me. eam suspicionem „a me depuli libello bidui labore effuso verius quam scripto: pigebat enim in „huiusmodi næniis multum operæ collocare. nec tibi sum futurus auctor, ut ho„mini respondeas; aut siquid respondeas, argumentis rem agas potius quam con„viciis, præsertim cum ille temperarit a nominibus, nec admodum virulente scri„bat. quod si maxime faceret, tamen suaserim calamo moderari, ut posteritas „intelligat nos non tantum causa, verum etiam modestia fuisse superiores." *etc.* *O Erasmicam modestiam!* Cf. supra p. 254. n. CXIII., ubi finem Erasmicæ apologiæ repetimus. [1] Apologiæ] Eam ex multis Erasmicis apologiis h. l. vult Huttenus, quæ inscribitur „Apologia reiiciens quorundam suspiciones ac rumores, natos ex dia„logo figurato, qui Iacobo Latomo sacræ theologiæ licentiato inscribitur"; qui bidui, si non mentiretur Erasmus, labor in exemplo operum Erasmicorum Basil. (1540. fol. tom. IX.) paginas 68. med. usque ad p. 90. explet. subscriptionem habet „Lovanii, quinto Calend. April. Anno M.D.XIX. [2] Ferd.] archiduce Austriaco, Caroli V. imp. fratre. cf. Erasmi ep. ad Lud. Vivem CCCXCIV. ex ed. L. B. 1706. fol. p. 421. [8] munus] quod d. 16. Aug. eiusd. anni nondum acceperat Erasmus (cf. Erasmi Epp. L. B. 1706. fol. p. 495. i. f.), sed Epistola ad Albertum d. 1. Nov. Lovanii data, cuius infra partem repetemus, gratias de accepto agit. Servat hoc poculum hodieque civitas Basiliensis. ex eo me bibere memini. [12. 13] abire ajunt 3...4. [14] prospera 3...4. [15] ille] Würtembergensis dux. [17] Studgardiæ 2.

§. 12. que optimus. Præcipue eo in negocio magnitudinem suam ostendit Franciscus, vir qualem diu non habuit Germania, et qui meretur ut eum tuis quoque literis posteritati commendes. mihi quidem spes est magnam hoc
§. 13. ex viro laudem accessuram huic nationi: nihil in antiquis admiramur quod non studiose imitetur ille; viget in homine consilium, viget eloquentia; alacriter omnia adgreditur, industria est, qualem in summo duce quæras; nihil humiliter dicit, nihil facit, et iam forte rem molitur longe pul-
§. 14. cherrimam: deus optimus maximus fortissimi viri conatus adiuvet. Mecum ipse Capnionem affatus est perquam familiariter, qui nos salutando 'Flagellum dei' appellabat; promisitque Franciscus opem nobis omnem suam. Quid multa? intelligis quale nobis ex illo præsidium esse possit; imprimis
§. 15. Capnionem non patietur opprimi. hæc magna nobis fiducia esto. Vale mihique ocyssime scribe de rebus communibus copiose: quid enim breves tuas epistolas mihi obiicis? Iterum vale. Moguntiæ Nonis Iunii.

FRANCFVRDIÆ. — 13. IVN. 1519.

CXXVIII.

ALBERTVS
MISERATIONE DIVINA SACROSANCTÆ ROMANÆ ECCLESIÆ
TT. S. CHRYSOGONI PRESBYTER CARDINALIS
MOGVNTINENSIS AC MAGDENBVRGENSIS ARCHIEPISCOPVS
PRINCEPS ELECTOR
PRIMAS ET ADMINISTRATOR HALBERSTATENSIS
MARCHIO BRANDENBVRGENSIS ETC.
ERASMO ROTERODAMO S. D.

Quanquam gravissima sunt ac omnium nomine maxime necessaria quæ nos cura et solicitudine multum exercent hoc tempore, Erasme doctissime, ut qui non privati alicuius negocii cura distineamur, sed deligendi totius orbis imperatoris munere fungi cogamur, tui tamen interim sumus impigre ac libenter memores . . . . Huttenum nostrum vel idcirco, quia amari abs te intelligimus, libenter diligimus. De libello nobis per te dicato nihil est quod turberis; haud ægre tulimus ab alio aliis adscriptum illum, quandoquidem nobis tu ante destinaveras. Remittemus et nostrum statim munusculum. Tu interim vale. Ex civitate imperiali Francfurdia. die decimatertia mensis Iunii Anno M. D. XIX.

[resp. Erasmus d. 16. Aug. a. 1519. cf. infra nº. cxxxvii.]

CXXVIII. 1...5 = Erasmi Epp. (Indic. bibl. n. 53,1...5.) 1) p. 454. 2) p. 403. 3) p. 384. 4) p. 560. XI. 10. 5) col. 451. n. ccccxxxiv.

[1] negotio 2...4. [2] non diu 3. 4. [3] litteris 2. 3. commendens *A*. [7. 8] et iam ... pulcherr.] *omis*. 3. 4. [9] adfatus 2...4. [10] adpellabat 2..4. [11] inprimis 2..4. [12] fidutia *A*. [13] ocissime 4. [14] M. D. XIX. *add*. 3. 4.

[16..23] ALBERTVS CARDINALIS MOGVNTINEN. ERASMO S. D. 2...5. [32. 33] 13. mensis Iunii, Anno 1519. 5.

ROMÆ. 1. IVL. 1519.

CXXVIIII.

EVBVLVS CORDATVS MONTESINO SVO
[= IOANNES CROTVS RVBIANVS VLRICHO HVTTENO?]
S. D.

Mittis e Germania, ubi nunc agis, subinde novos libellos, quibus Romanam curiam quidam sic depingunt, ut hic vel nati vel habitasse videantur, sed non esse novam hanc querelam libellus Nicolai de Clemangis, iam olim sub Clemente septimo conscriptus testatur. quem e Vaticana mutuatum bibliotheca ad te mitto una cum versiculis rithmo constantibus, quos ex altero quodam codice mirandæ vetustatis desumpsimus. Verum quid putas hunc autorem dicturum fuisse, si vel Alexandri sexti Epicureismum, vel Iulii Martialem animum vidisset? sub quibus etiam in negociatione prebendaria multæ novæ technæ repertæ sunt ad pecunias undique corradendas, et ab illis receptæ sunt approbatæque magis fisci quam Christi rem agentibus. Nempe quod hic ob bellorum sumptus innumeris egeret, ille vero filiorum petulantiam, luxuriam et tyrannidem legitimis proventibus fovere non posset. Cæterum spes est rem Christianam melius habituram sub Leone hoc X., quandoquidem hic non desunt qui huic serio consulant, primum ut Alvaros, Sylvestros et quicquid est summularum et summulariorum prorsus aboleat, quod per istos mundus seducatur, non ubique evangelium aut Paulum secutos; deinde ut edicat, ne posthac vel Scoto vel Thomæ vel cuiquam sententiariorum fidatur, nisi sacræ scripturæ testimoniis agenti, non autem rationibus physicis aut metaphysicis: alioqui nihil profuturum concilium, si istis sua maneat autoritas. postremo consulunt, ut iussu pontificis decretales ad evangelium et Pauli doctrinam conferantur per aliquot bonos viros, qui non syllogismos sed Christum habeant in pectore: nam aiunt multas quæstum et avariciam olere, nonnullas tyrannidem, quasdam arrogantiam et fucum. sed multis secus videtur.

CXXVIIII. 1 = NICOLAVS | CLEMANGIS ARCHIDIA:|conus Baioceñ. Doctor S. theologiæ | Parifienfis, De corrupto eccle|fiæ ftatu. | A. MOVENTIVS LECTORI, | Docebit hic te liber quibus rationibus res eccle|| |cæca. *(34 foll. 4°. s. l. et a. postrema pag. vacua est.)* 2 = *Ut 1, nisi quod v. 3.* theologiq | *v. 4.* eccle:|, *v. 6. habet:* A. MONENTIVS LECTORI. | *et post* cæca. *est:* Addita funt quædam Carmina, quæ in prio:|re æditione defyderabantur. | *(38 foll. 4°. s. l. et a. postremum folium vacuum est.)* Clemangis libellum, sed non Montesini epistolam et carmina, repetiit Brown in Fasciculo rer. expetendar. Londini a. 1690. fol. edito, tom. II. p. 555. sqq.

[3] Cf. Burckhardi vit. Hutt. III. p. 311. Panzer Ulr. v. H. p. 207. Füssli in Schweizer. Mus. 6. Jahrg. 1789. p. 335. sq. Strauss Hutten II. cap. 12. [7.8] Clemangis. Iam. *1.* Clemente VII. qui cum Urbano VI. a. 1378. papa factus est. [12] negotiatione *2.* [18] hoc Decimo *2.* [21] auengelium *1.* [25] auaritiam *2.*

Dii rem bene vortant! Recte fecerint nostri si in tempore resipiscant, priusquam, Vale. Datum Romæ. Calendis Iuliis. Anno M.D.XIX.

ANTVERPIÆ. — 23. IVL. 1519.

CXXX.

ERASMVS ROTERODAMVS
VLRICO HVTTENO
S. D.

§.1. *Quod Thomæ Mori ingenium sic deamas ac pene dixerim deperis, nimirum scriptis illius inflammatus, quibus, ut vere scribis, nihil esse potest neque doctius neque festivius, istuc, mihi crede, clarissime Huttene, tibi cum multis commune est, cum Moro mutuum etiam: nam is vicissim adeo scriptorum tuorum genio delectatur, ut ipse tibi propemodum invi-*
§.2. *deam. Hæc videlicet est illa Platonis omnium maxime amabilis sapientia, quæ longe flagrantiores amores excitat inter mortales quam ullæ quamlibet admirabiles corporum formæ. non cernitur illa quidem oculis corporeis, sed et animo sui sunt oculi, ut hic quoque verum comperiatur illud Græcorum* ἐκ τοῦ ὁρᾶν γίνεται ἀνθρώποις ἐρᾶν, *per hos fit aliquoties ut ardentissima charitate conglutinentur inter quos nec colloquium nec mutuus conspectus intercessit. et quemadmodum vulgo fit, ut incertis de causis alia forma alios rapiat, ita videtur et ingeniorum esse tacita quædam cognatio, quæ facit ut certis ingeniis impense delectemur, cæteris*
§.3. *non item. Cæterum quod a me flagitas, ut tibi totum Morum velut in tabula depingam, utinam tam absolute præstare queam quam tu vehementer cupis: nam mihi quoque non iniucundum fuerit interim in amici multo omnium suavissimi contemplatione versari; sed primum* οὐ παντὸς ἀνδρός ἐστιν *omnes Mori dotes perspexisse; deinde haud scio an ille laturus sit*

CXXX. 1 = Erasmi Epp. (Indic. bibl. n. 53,1.) p. 432...437. 2 = ibid. 53,2. p. 384...389. 3 = ibid. 53,3. p. 366...370. 4 = ibid. 53,4. p. 533...540. X. 30. 5 = Thomæ Mori Opp. Ff. 1689. fol. p. 342...345. 6 = Erasmi Epp. (Ind. bibl. n. 53,5.) coll. 472...477. n. CCCCXLVII. 7 = Wagenseil. n. XVII. p. 111...122. 8 = Hutt. Münch. III. p. 207...218. Germanice hæc ep. ad §. 44. usque extat in ephemeridibus *Schweitzerisches Museum.* 1790. 8°. p. 622...632.

---

[2] *Sic est in 1.2., fort. excidit* instabunt tempora periculosa. *Cf. Paul. II. Timoth. cap. 2. i. f. 3. init.*

[9] istud *7.8.* [16] ἐκ τοῦ κτλ.] ex aspectu nascitur hominibus amór. cf. Diogenian. IV. 49. c. interpp. et Vergil. Geo. III. 215. sq. ,, ... uritque videndo Femina". *ἐςορᾶν Diogen. ἰἐρᾶν 1.* [17] caritate *5.7.8.* [18] fit] sit *7.8.* [24.25] οὐ π. κτλ.] non cuiusvis hominis est. *Ad Græcum proverbium* Οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐς Κόρινθον ἔσθ᾽ ὁ πλοῦς. Zenob. V. 37. Diogenian. VII. 16.

*a quolibet artifice depingi sese: nec enim arbitror levioris esse operæ
Morum effingere quam Alexandrum magnum aut Achillem, nec illi quam
hic noster immortalitate digniores erant. Tale argumentum prorsus Apellis* §. 4.
*cuiuspiam manum desiderat; at vereor ne ipse Fulvii Rutubæque similior
sim quam Apellis: experiar tamen tibi totius hominis simulachrum deli-
neare verius quam exprimere, quantum ex diutina domesticaque consue-
tudine vel animadvertere licuit vel meminisse. Quod siquando fiet, ut vos
aliqua legatio committat, tum demum intelliges quam non probum artificem
ad hoc negocii delegeris, vereorque plane ne me aut invidentiæ incuses
aut cæcutientiæ, qui ex tam multis bonis tam pauca vel viderim lippus vel
commemorare voluerim invidus. Atque ut ab ea parte exordiar, qua tibi* §. 5.
*Morus est ignotissimus, statura modoque corporis est infra proceritatem,
supra tamen notabilem humilitatem. verum omnium membrorum tanta est
symmetria, ut nihil hic omnino desideres; cute corporis candida, facies
magis ad candorem vergit quam ad pallorem, quanquam a rubore procul
abest, nisi quod tenuis admodum rubor ubique sublucet; capilli subnigro
flavore, sive mavis sufflavo nigrore; barba rarior; oculi subcæsii, ma-
culis quibusdam interspersi, quæ species ingenium arguere solet felicissi-
mum, apud Britannos etiam amabilis habetur, cum nostri nigrore magis
capiantur: negant ullum oculorum genus minus infestari vitiis. Vultus* §. 6.
*ingenio respondet, gratam et amicam festivitatem semper præ se ferens
ac nonnihil ad ridentis habitum compositus, atque ut ingenue dicam, ap-
positior ad iucunditatem quam ad gravitatem aut dignitatem, etiamsi lon-
gissime abest ab ineptia scurrilitateque; dexter humerus paulo videtur
eminentior lævo, præsertim cum incedit, id quod illi non accidit natura,
sed assuetudine, qualia permulta nobis solent adhærere; in reliquo corpore
nihil est quod offendat; manus tantum subrusticæ sunt, ita duntaxat, si
ad reliquam corporis speciem conferantur. Ipse omnium quæ ad corporis* §. 7.
*cultum attinent, semper a puero negligentissimus fuit, adeo ut nec illa
magnopere curare sit solitus quæ sola viris esse curanda docet Ovidius.
Formæ venustas quæ fuerit adolescenti, nunc etiam licet* ἐκ τῆς καλάμης
*coniicere: quanquam ipse novi hominem non maiorem annis viginti tribus,
nam nunc non multum excessit quadragesimum. Valetudo prospera magis* §. 8.
*quam robusta, sed tamen quæ quantislibet laboribus sufficiat honesto cive
dignis, nullis aut certe paucissimis morbis obnoxia: spes est vivacem fore,
quando patrem habet admodum natu grandem, sed mire virenti vegetaque*

---

[4] Fulv. Rut.] Non nimis scite Erasmus ad Horat. sat. II. 7, 96. respicit, ubi de Fulvi Rutubæque (famosorum gladiatorum) prœliis rubrica pictis aut carbone poeta dicit. [5] simulacrum *4. 7. 8.* [5. 6] deliniare *1. 2.* [6] ver. q.] quantum (*et iterum* quantum *post* expr.) *sine sensu 7. 8.* [15] vergi *7. 8. Talia in sqq. prætermittam.* [27] tamen *7. 8.* [30] Ovid.] Art. am. I. 509. sqq. [31] ἐκ τ. κ.] ex confecto corpore.

§.9. *senectute. Neminem adhuc vidi minus morosum in delectu ciborum. ad iuvenilem usque ætatem aquæ potu delectatus est; id illi patrium fuit. verum hac in re ne cui molestus esset, fallebat convivas e stanneo poculo cervisiam bibens, eamque aquæ proximam, frequenter aquam meram. Vinum, quoniam illic mos est ad idem poculum vicissim invitare sese, summo ore nonnunquam libabat, ne prorsus abhorrere videretur, simul ut ipse*
§.10. *communibus rebus assuesceret. carnibus bubulis, salsamentis, pane secundario ac vehementer fermentato libentius vescebatur quam his cibis quos vulgus habet in deliciis, alioqui neutiquam abhorrens ab omnibus quæ voluptatem innoxiam adferunt etiam corpori: lactariorum et eorum fœtuum qui nascuntur in arboribus, semper fuit appetentior: esum ovorum in de-*
§.11. *liciis habet. Vox neque grandis est nec admodum exilis, sed quæ facile penetret aures, nihil habens canorum ac molle, sed plane loquentis est: nam ad musicam vocalem a natura non videtur esse compositus, etiamsi delectatur omni musices genere. Lingua mire explanata articulataque, nihil*
§.12. *habens nec præceps nec hæsitans. Cultu simplici delectatur, nec sericis purpurave aut catenis aureis utitur, nisi cum integrum non est ponere. Dictu mirum quam negligens sit ceremoniarum, quibus hominum vulgus æstimat morum civilitatem: has ut a nemine exigit, ita aliis non anxie præstat, nec in congressibus nec in conviviis, licet harum non sit ignarus, si lubeat uti: sed muliebre putat viroque indignum eiusmodi ineptiis bo-*
§.13. *nam temporis partem absumere. Ab aula principumque familiaritate olim fuit alienior, quod illi semper peculiariter invisa fuerit tyrannis, quemadmodum æqualitas gratissima: vix autem reperias ullam aulam tam modestam, quæ non multum habeat strepitus atque ambitionis, multum fuci, multum luxus, quæque prorsus absit ab omni specie tyrannidis: quin nec in Henrici octavi aulam pertrahi potuit, nisi multo negocio, cum hoc prin-*
§.14. *cipe nec optari quicquam possit civilius ac modestius. Natura libertatis atque ocii est avidior; sed quemadmodum ocio cum datur lubens utitur,*
§.15. *ita, quoties poscit res, nemo vigilantior aut patientior. ad amicitiam natus factusque videtur, cuius et syncerissimus est cultor et longe tenacissimus est; nec ille metuit* πολυφιλίαν *ab Hesiodo parum laudatam: nulli non patet ad necessitudinis fœdus; nequaquam morosus in diligendo, commodissimus in alendo, constantissimus in retinendo; si fors incidit in quempiam cuius vitiis mederi non possit, hunc per occasionem dimittit, dissuens amicitiam, non abrumpens. quos synceros reperit et ad ingenium suum appositos, horum consuetudine fabulisque sic delectatur, ut in his rebus*

---

[4] cerevisiam *5. 7. S.* [6] libenter *7. S.* [32] πολυφ. ab Hesiodo] Op. et d. 711. sqq. „... δειλός τοι ἀνὴρ φίλον ἄλλοτε ἄλλον Ποιεῖται .... Μηδὲ πολύξεινον, μηδ' ἄξεινον καλέεσθαι. miser enim vir amicum alias alium facit .... Ne vero multorum hospes neve nullius hospes dicaris". [34] foris *2...4. 6...S.*

præcipuam vitæ voluptatem ponere videatur. Nam a pila, alea, chartis §.16.
cæterisque lusibus, quibus vulgus procerum temporis tædium solet fallere,
prorsus abhorret. Porro ut propriarum rerum est negligentior, ita nemo
diligentior in curandis amicorum negociis. Quid multis? siquis absolutum
veræ amicitiæ requirat exemplar, a nemine rectius petierit quam a Moro.
In convictu tam rara comitas ac morum suavitas, ut nemo tam tristi sit §.17.
ingenio, quem non exhilaret, nulla res tam atrox, cuius tædium non dis-
cutiat. iam inde a puero sic iocis est delectatus, ut ad hos natus videri
possit, sed in his nec ad scurrilitatem usque progressus est, nec morda-
citatem unquam amavit. adolescens comœdiolas et scripsit et egit; siquod
dictum esset salsius, etiam in ipsum tortum, tamen amabat, usque adeo
gaudet salibus argutis et ingenium redolentibus, unde et epigrammatis lusit
iuvenis et Luciano cumprimis est delectatus; quin et mihi, ut Morias en-
comium scriberem, hoc est ut camelus saltarem, fuit auctor. Nihil autem §.18.
in rebus humanis obvium est, unde ille non venetur voluptatem, etiam in
rebus maxime seriis: si cum eruditis et cordatis res est, delectatur inge-
nio; si cum indoctis ac stultis, fruitur illorum stulticia; nec offenditur
morionibus, mira dexteritate ad omnium affectus sese accommodans. Cum §.19.
mulieribus fere, atque etiam cum uxore non nisi lusus iocosque tractat.
Diceres alterum quendam esse Democritum aut potius Pythagoricum illum
philosophum qui vacuus animo per mercatum obambulans contemplatur tu-
multus vendentium atque ementium. nemo minus ducitur vulgi iudicio,
sed rursus nemo minus abest a sensu communi. Præcipua illi voluptas §.20.
est spectare formas, ingenia et affectus diversorum animantium: proinde
nullum fere genus est avium, quod domi non alat; siquod aliud animal
vulgo rarum, veluti simia, vulpes, viverra, mustela et his consimilia, ad
hæc siquid exoticum aut alioqui spectandum occurrat, avidissime mercari
solet; atque his rebus undique domum habet instructam, ut nusquam non
sit obvium quod oculos ingredientium demoretur; ac toties sibi renovat
voluptatem, quoties alios conspicit oblectari. Cum ætas ferret, non ab- §.21.
horruit a puellarum amoribus, sed citra infamiam et sic ut oblatis magis
frueretur quam captatis, et animo mutuo caperetur potius quam coitu.
Bonas literas a primis statim annis hauserat: iuvenis ad Græcas literas §.22.
ac philosophiæ studium sese applicuit, adeo non opitulante patre, viro
alioqui prudenti proboque, ut ea conantem omni subsidio destitueret, ac
pene pro abdicato haberet, quod a patriis studiis desciscere videretur:
nam is Britannicarum legum peritiam profitetur, quæ professio ut est a §.23.
veris literis alienissima, ita apud Britannos cumprimis habentur magni
clarique qui in hoc genere sibi pararunt auctoritatem; nec temere apud

---

[1] chartis] *Germ.* Karten. [6] tu nemo *7.* [11] salsius *om. 1.* [14] Proverb. ap. Hieron. de perp. virg. 18. II. p. 226. [21] abambulans *5. 6.* [26] viverva *4.* [38] habetur *7. 8.*

*illos alia via ad rem ac gloriam parandam magis idonea, siquidem ple-
ramque nobilitatem illius insulæ peperit hoc studiorum genus; in eo ne-
§.24. gant quenquam absolvi posse nisi plurimos annos insudarit. Ab hoc igitur
cum non iniuria abhorreret adolescentis ingenium melioribus rebus natum,
tamen post degustatas scholasticas disciplinas sic in hoc versatus est, ut
neque consulerent quenquam libentius litigatores, neque quæstum uberiorem
faceret quisquam eorum qui nihil aliud agebant: tanta erat vis ac cele-
§.25. ritas ingenii. Quin et evolvendis orthodoxorum voluminibus non segnem
operam impendit, Augustini libros 'de civitate dei' publice professus est
adhuc pene adolescens auditorio frequenti, nec puduit nec pœnituit sacer-
§.26. dotes ac senes a iuvene profano sacra discere. Interim et ad pietatis
studium totum animum appulit, vigiliis, ieiuniis, precationibus aliisque con-
similibus progymnasmatibus sacerdotium meditans: qua quidem in re non
paulo plus ille sapiebat quam plerique isti qui temere ad tam arduam
professionem ingerunt sese, nullo prius sui periculo facto; neque quic-
quam obstabat quo minus sese huic vitæ generi addiceret, nisi quod uxo-
ris desiderium non posset excutere; maluit igitur maritus esse castus
§.27. quam sacerdos impurus. Tamen virginem duxit admodum puellam, claro
genere natam, rudem adhuc, utpote ruri inter parentes ac sorores semper
habitam, quo magis illi liceret illam ad suos mores fingere. hanc et literis
instruendam curavit et omni musices genere doctam reddidit, planeque
talem pene finxerat, quicum libuisset universam ætatem exigere, ni mors
præmatura puellam sustulisset e medio, sed enixam liberos aliquot, quo-
rum adhuc supersunt puellæ tres, [Margaretha, Aloysia, Cecilia,] puer
§.28. unus [Ioannes]. Neque diu cælebs vivere sustinuit, licet alio vocantibus
amicorum consiliis: paucis mensibus a funere uxoris viduam duxit magis
curandæ familiæ quam voluptati, quippe nec bellam admodum, nec puel-
lam, ut ipse iocari solet, sed acrem ac vigilantem matremfamilias, quicum
tamen perinde comiter suaviterque vivit ac si puella foret forma quantum-
§.29. libet amabili: vix ullus maritus a sua tantum obsequii impetrat imperio
atque severitudine, quantum hic blanditiis iocisque. quid enim non impe-
tret, posteaquam effecit, ut mulier iam ad senium vergens, ad hoc animi
minime mollis, postremo ad rem attentissima, cithara, testudine, mo-
nochordo tibiisque canere disceret, et in hisce rebus quotidie præscriptum
§.30. operæ pensum exigenti marito redderet? Consimili comitate totam fami-
liam moderatur, in qua nulla tragœdia, nulla rixa; siquid exstiterit,*

[1.2] pleranque *1...4. 6.* plerisque *5.* [18] Tamen] *exspectares* Itaque. duxit adm. puellam] cf. Hesiod. Opp. et d. 697. *Παρθενικὴν δὲ γαμεῖν, ὥς κ' ἤθεα κεδνὰ διδάξῃς*, Virginem vero ducito, ut mores castos doceas. [23] aliquod *7.* [21] instituendam *1.* [24] Prænomina quæ uncis inclusimus, *ed. 1.* non habet, sed habent *2. sqq.* Cæcilia *5.* [25] celebs *1...4. 6.* cælebs *5.* [27] nec puell.] *adludit ad illud* Lydia bella puella.

protinus aut medetur aut componit. neque quenquam unquam dimisit ut inimicum aut ut inimicus. quin huius domus fatalis quædam videtur felicitas, in qua nemo vixit qui non provectus sit ad meliorem fortunam, nullus unquam ullam famæ labem contraxit. quin vix ullos reperias, quibus sic convenerit cum matre, ut huic cum noverca, nam pater iam alteram induxerat, utramque non minus adamavit ac matrem; nuper induxit tertiam, hac Morus sancte deierat se nihil unquam vidisse melius. Porro erga parentes ac liberos sororesque sic affectus est, ut nec amet §.31. *moleste nec usquam desit officio pietatis. Animus est a sordido lucro alienissimus. Liberis suis semovit e facultatibus quod illis satis esse putat;* §.32. *quod superest, largiter effundit. Cum advocationibus adhuc aleretur, nulli non dedit amicum verumque consilium, magis illorum commodis prospiciens quam suis. plerisque solitus persuadere, uti litem componerent, minus enim hic fore dispendii; id si minus impetrabat, tum rationem indicabat qua possent quam minimo dispendio litigare, quando quibusdam hic animus est, ut litibus etiam delectentur. In urbe Londoniensi, in qua natus est,* §.33. *annos aliquot iudicem egit in causis civilibus; id munus ut minimum habet oneris, (nam non sedetur nisi die Iovis usque ad prandium) ita cumprimis honorificum habetur. nemo plures causas absolvit, nemo se gessit integrius, remissa plerisque pecunia quam ex præscripto debent qui litigant: siquidem ante litis contestationem actor deponit sex drachmas, totidem reus, nec amplius quicquam fas est exigere. His moribus effecit, ut ci-* §.34. *vitati suæ longe charissimus esset. Decreverat autem hac fortuna esse contentus, quæ et satis haberet autoritatis nec tamen esset gravibus obnoxia periculis. Semel atque iterum extrusus est in legationem, in qua cum se cordatissime gessisset, non conquievit serenissimus rex Henricus, eius nominis octavus, donec hominem in aulam suam pertraheret: cur enim non dicam 'pertraheret'? nullus unquam vehementius ambiit in au-* §.35. *lam admitti, quam hic studuit effugere: verum cum esset optimo regi in animo familiam suam eruditis, gravibus, cordatis et integris viris differtam reddere, cum alios permultos tum Morum in primis accivit, quem sic in intimis habet ut a se nunquam patiatur discedere; sive seriis utendum est, nihil illo consultius, sive visum est regi fabulis amœnioribus laxare animum, nullo comes festivior. sæpe res arduæ iudicem gravem et cor-* §.36. *datum postulant: has sic Morus discutit, ut utraque pars habeat gratiam; nec tamen ab eo quisquam impetravit, ut munus a quoquam acciperet: felices res publicas, si Mori similes magistratus ubique præficeret princeps. nec interim ullum accessit supercilium: inter tantas negociorum* §.37. *moles et veterum amiculorum meminit, et ad literas adamatas subinde*

---

[2] inim. aut ut *omis. 7. 8.* [3] quo *7. 8.* profectus *1. 7. 8.* [4] fame *ridiculo errore 7. 8.* [9] unquam *4. sqq.* [10] e] et *7. 8.* [16] Londiniensi *6...8.* [21] sex *1.* treis *s.* tres *cett.*

redit. Quicquid dignitate valet, quicquid apud amplissimum regem gratia
§. 38. *pollet, id omne iuvandæ reipublicæ, iuvandis amicis impendit. Semper*
quidem adfuit animus de cunctis bene merendi cupidissimus mireque pro-
nus ad misericordiam; eum nunc magis exerit, quando potest plus pro-
desse: alios pecunia sublevat, alios autoritate tuetur, alios commendatione
provehit; quos alioqui iuvare non potest, his consilio succurrit; nullum
unquam a se tristem dimisit: diceres Morum esse publicum omnium in-
opum patronum; ingens lucrum sibi putat accessisse, siquem opressum
sublevavit, si perplexum et impeditum explicuit, si alienatum redegit in
§. 39. *gratiam. nemo lubentius collocat beneficium, nemo minus exprobrat. Iam*
cum tot nominibus sit felicissimus et felicitatis comes fere soleat esse
iactantia, nullum adhuc mortalium mihi videre contigit qui longius ab-
§. 40. *esset ab hoc vitio. Sed ad studiorum commemorationem redeo, quæ me*
Moro mihique Morum potissimum conciliarunt. Primam ætatem carmine
potissimum exercuit, mox diu luctatus est, ut prosam orationem redderet
molliorem, per omne scripti genus stilum exercens; qui cuiusmodi sit,
quid attinet commemorare, tibi præsertim qui libros eius semper habeas
§. 41. *in manibus? Declamationibus præcipue delectatus est, et in his materiis*
adoxis, quod in his acrior sit ingeniorum exercitatio. unde adolescens
etiamnum dialogum moliebatur, in quo Platonis communitatem ad uxores
usque defendit. Luciani Tyrannicidæ respondit, quo in argumento me
voluit antagonistam habere, quo certius periculum faceret ecquid profe-
cisset in hoc genere. Utopiam hoc consilio edidit, ut indicaret quibus re-
bus fiat ut minus commode habeant respublicæ; sed Britannicam potissi-
mum effinxit, quam habet penitus perspectam cognitamque: secundum
librum prius scripserat per ocium, mox per occasionem primum adiecit ex
§. 42. *tempore; atque hinc nonnulla dictionis inæqualitas. Vix alium reperias*
qui felicius dicat ex tempore, adeo felici ingenio felix lingua subservit;
ingenium præsens et ubique prævolans memoria parata, quæ cum omnia
habeat velut in numerato, prompte et incunctanter suggerit quicquid tem-
pus aut res postulat; in disputationibus nihil fingi potest acutius, adeo ut
summis etiam theologis sæpe negocium facessat in ipsorum arena versans:
Ioannes Coletus, vir acris exactique iudicii, in familiaribus colloquiis sub-
inde dicere solet Britanniæ non nisi unicum esse ingenium, cum hæc in-
§. 43. *sula tot egregiis ingeniis floreat. Veræ pietatis non indiligens cultor est,*
etiamsi ab omni superstitione alienissimus: habet suas horas, quibus deo
litet precibus, non ex more sed e pectore depromptis. cum amicis sic fa-

---

6 his *om. 1.* 7 demisit *7.* 11 fel. com.] Menand. ap. Stob. floril. 93,22. Ὑπερήφανόν που γίγνεθ' ἡ λίαν τρυφή. κτλ. 19 adox.] infames materias sive quis dicere mavult inopinabiles. cf. Gell. XVII. 12. („sicuti cum Thersitæ laudes quæsivit et cum febrim quartis diebus recurrentem laudavit, lepida sane multa et non facilia inventu in utramque causam dixit.") 30 incontanter *1.*

bulatur de vita futuri seculi, ut agnoscas illud ex animo loqui, neque sine optima spe. Ac talis Morus est etiam in aula: et postea sunt qui §. 44. *putent Christianos non inveniri nisi in monasteriis: tales viros cordatissimus rex in familiam suam atque adeo in cubiculum non solum admittit, verum etiam invitat, nec invitat modo, verum etiam pertrahit; hos habet arbitros ac testes perpetuos vitæ suæ, hos habet in consiliis, hos habet itinerum comites; ab his stipari gaudet potius quam luxu perditis iuvenibus aut mulierculis aut etiam torquatis Midis aut insynceris officiis, quorum alius ad voluptates ineptas avocet, alius ad tyrannidem inflammet, alius ad expilandum populum novas technas suggerat. In hac aula si vixisses,* §. 45. *Huttene, sat scio rursum aliam aulam describeres et misaulos esse desineres, quanquam tu quoque cum eo principe vivis, ut integriorem nec optare possis; neque desunt qui rebus optimis faveant, veluti Stromerus ac Coppus. Sed quid ista paucitas ad tantum examen insignium virorum,* §. 46. *Montioii, Linacri, Pacæi, Coleti, Stocsleii, Latimeri, Mori, Tunstalli, Clerici atque aliorum his adsimilium, quorum quencunque nominaris, mundum omnium virtutum ac disciplinarum semel dixeris. Mihi vero spes* §. 47. *est haudquaquam vulgaris, fore ut Albertus, unicum his temporibus nostræ Germaniæ ornamentum, et plures sui similes in suam allegat familiam et cæteris principibus gravi sit exemplo, ut idem et ipsi suæ quisque domi facere studeant. Habes imaginem ad optimum exemplar a pessimo artifice* §. 48. *non optime delineatam. ea tibi minus placebit, si continget Morum nosse propius; sed illud tamen interim cavi, ne mihi possis impingere quod tibi minus paruerim, neve semper opprobres nimium breves epistolas; etiamsi hæc nec mihi scribenti visa est longior, nec tibi legenti, sat scio, prolixa videbitur: id faciet Mori nostri suavitas. Verum, ne nihil ad postremam* §. 49. *tuam epistolam respondeam, quam prius excusam legi quam scriptam, clarissimi principis Alberti humanitatem ex ipsius etiam ad me literis intellexi. sed qui quæso factum, ut patera prius ad omnes pervenerit tuis literis quam ad me? certe per neminem certius mittere poteras quam per Richardum Pacæum, serenissimi Angliæ regis oratorem, sive me haberet Brabantia sive Britannia. Tu, quantum video, et calamo et ense gnaviter* §. 50. *belligeraris, nec minus tamen feliciter quam fortiter: nam apud reverendissimum cardinalem Caietanum audio te magnam etiam iniisse gratiam.*

---

[1] illum *2. sqq.* [11] misaulus *7. 8.* μίσαυλος *scripserit Erasmus.* [15] Stocschleii *1...4. 6.* Stocſchelii *5.* Stocſchletii *7.8.* „Ioannes Stocsleius *[Stokesley]* præter scholasticam hanc theologiam, in qua nemini cedit, trium etiam linguarum haud vulgariter peritus, a sacris *[est Angliæ regi].*" Erasm. Bombasio d. 26. Iul. a. 1518. (Opp. Basil. 1540. tom. III. p. 93. Epp. ed. L. B. 1706. num. CCCLXXVII.), quæ epistola ceterorum quoque h. l. nominatorum Anglorum laudes fusius prosequitur. Tonstalli *4. sqq.* [16] assimilium *2. 3.* [18] est] et *2. 3.* [22] deliniatam *1...3.* [27] exc. q. scr. *omis. 7. 8.* [32] Britania *7.* graviter *1. 8.* [33] nec] non *7. 8.* R. *1. omis. 2. sqq.*

§.51. *Capnioni bene esse gaudeo. Francisci Sickingii nomen non sinent emori* §.52. *literæ, nisi velint ingratitudinis postulari. De rebus nostris alias: nunc illud tantum: res hic sordidissimis sycophantiis agitur, quibus artibus ut imparem me fatear necesse est. siquis est isthic qui cupiat artem sycophanticam discere, indicabo illi quendam huius disciplinæ mirum artificem, quem huic rei plane natum dicas: minus bonus orator Cicero, quam hic sycophanta; et reperit dociles multos apud nos. Nondum tempus est, verum brevi vobis hominem commendabo, ut quo dignus est quodque misere ambit, omnium eruditorum literis celebretur, portentum verius quam homo. Bene vale. Antverpiæ decimo Calend. Augusti. Anno M.D.XIX.*

MOGVNTIÆ. | CXXXI. | 26. IVL. (1519.)

HVTTENVS ARNOLDO [*DE GLAVBERG*] SVO SALVTEM.

(cf. eiusd. ad eund. ep. d. 30. April. 1519. dat. n. CXIX. § 8.)

§.1. Quod ne speravi quidem fore ut una essetis tu fraterque et socer tuus, id nunc ita habere cognovi, et ex animo gaudeo. quæ possent se enim meliores dare occasiones exigendi totum negotium meum? Proinde, mi amantissime Arnolde, si unquam prius, nunc Hutteni memor sis: iam licet animos tibi singulorum perdiscere, iam ex quadam quasi specula intueberis §.2. in consilia omnium. Et fortasse quo mater intendat, facilius erit cognoscere, quod mulierum in aperto fere sunt quæ proposuerunt sibi. itaque senem ipsum suborna, qui hanc provinciam obeat: ipse tempora, ipse mores, ipse modum noverit; ipse, quod iuvenibus nobis difficile est, ut simulemus et dissimulemus, arte aggredietur; a longe et ex insidiis oppu§.3. gnabit unius cuiusque taciturnitatem. Quod ut fiat, non facile credis quantum intersit. iam nihil enim scire malo, quam matris illius quæ sit mens, quid proponat, quo coniugio suam domum honestare meditetur. quas

CXXXI. *Ita hæc adhuc inedita* „Vlrici ab Hutten, Equitis ad Arnoldum de Glauburg Epistola, cuius autographum servatur a Generos. Familia Dominorum a Glauburg Ffurti ad Mœnum" descripta est ex Burckhardiano MS. Guelferbytano fol⁰. fol. 44. 45. in cuius tergo est: COLLECTANEA DE VITA AC SCRIPTIS VLRICI HVTTENI.

---

[1] Cinglii *1.* Sychnij *2.* Sichnii *3...6.* Sikingi *7. 8.* Sickingum voluisse apparet, scripserit autem Erasmus *Sichigij*, non *Sichnii*, unde illa corrupta nomina nata sunt. [4] istic *8.* [5] Utrum in Leum an in Egmondanum, Latomum Sutoremve an in alium quendam inimicum suum pro suo more modeste h. l. invehat Erasmus, nunc non inquiro. [10] Antverpia, 23. Iulii, Anno 1519. *5.* (*omiss.* Anno) *7. 8.*

imagines cupide accersat. Et ad eius quidem iracundiam, quæ fertur de facili provocabilis, quod pertinet, magis ac magis spero, ubi meos mores cognoverit, et puellam amari a me mirifice viderit, se observari reverenter, vos omnes mecum agere coniunctissime, in me nihil turbidum, nihil seditiosum, ipsa studia iucunditatis, iocorum et facetiarum affatim plena, fore ut et me ferat et se ferendam præbeat. Quæso, non mentem tantum §. 4.
epistolæ huius, sed omnia etiam verba socero, ut consultet desuper, ut inquirat, ut scrutetur, imprime. ipse fac omnia moderetur, suis omnia consiliis suaque prudentia ducat et gubernet. nec dubito quin mihi vel tuo nomine, quod amare nos videt invicem, optime velit et consulturus sit. Disce ex fratre, in bonis puellæ quid sit, et quid primum statim con- §. 5.
cessura mater sit, quid post se relictura. Si videbitur socero, etiam cum fratre aliquid consiliorum communica. Illam imprimis opinionem, illum §. 6.
ab omnibus avelle metum, quo teneri eos putat Philippus, ut me credant abducturum ab se puellam in aliquod lustrum, aliquam sylvam, cum nec ego eiusmodi habitationem feram, et quod sæpe tibi dixi, nuper etiam scripsi, iccirco in urbibus coniugium quæram, ut urbes incolere liceat: Pallas urbes condidit, ego Palladis studia sequor; Centhauris placeant ante omnia sylvæ,

Non omnes arbusta iuvant humilesque miricæ.

Sed te iam satis intellexisse puto quid velim. tantum studio conare ac §. 7.
illud interim nobis prospice, ne emergant hæc, ne cui aliquid committat qui rimis sit plenus et effluat. Utinam dignus vobis et idoneus videatur Huttenus, quem civitate donetis, quem in adfinitatem accipiatis. qui, cum §. 8.
non multas urbes expugnaverit, ut ex Thrasonibus istis aliquis, multa tamen regna nominis sui fama pervagatur, et cum non multos, ut illi, interfecerit, plurimos tamen amat et a multis amatur cupide; qui, cum non sesquipedales ingerat tibias et gigantes corpore obvios terreat, animi tamen robore non facile ulli cedit; qui, cum non forma superbiat aut specie exultet, ingenii tamen cultu amabilem se et desyderabilem esse non obscure cognoscit; qui, cum magnifice loqui nesciat, neque iactanter se vendere solitus sit, simpliciter tamen, aperte et synceriter quia et agit et loquitur, sperat, ut se cognoverit quis, non abiiciat. Sed hæc pene iactanter et ipsa. Iubeo te cum fratre, socero, coniuge totaque familia vestra in §. 9.
longum valere, tuamque expecto lætam aliquam epistolam, aut qualemcumque, dum ad singula mea verba respondeat. Iterum vale mihique cito rescribe et copiose. Moguntiæ VII. Calend. Augusti.

Cuduntur mihi libelli, quibus vos prope diem iucunde adficiam. nunc §. 10.

---

[14] Phil.] Fürstenbergius *proculdubio.* [15] lustrum] *cf.* p. 201. §§. 37. *sqq.* [17] scripsi] *ep. deperdita.* [20] Non ... myricæ] Vergil. Ecl. IV. 2. [23] rimis] Terent. Eun. I. 2, 25. [25] aliquis] *quem 'centaurum' pungat nescio.* [33] se] *non* si, *pro* eum.

Febrem mitto fratri. Habent me studia cum iucunditate mira. Utinam una essemus, ut videres quibus me iocis oblectem. Reposcor in aulam; sed non facile cedam. Discerpe epistolam statim, si mea tibi fama curæ est: per tuam te fidem obsecro.

Inscriptio: Viro eximie probo et eleganter docto D.
Arnoldo de Glauberg, Iureconsulto et
Patricio Francofurdiensi, Amico de-
syderabili Salutem.

[MOGVNTIÆ? | CXXXII. | [ÆSTATE? A. 1519.]

CXXXII.

VLRICHI HVTTENI EQVITIS GERMANI AD PETRVM DE AVFSAS CANONICVM PRO PHALARISMO AB ILLO DISCERPTO APOLOGIA.

§. 1. Qui retulerunt mihi Dialogum quendam meum, cui titulus est Phala-
rismus, esse abs te in foro Wirciburgensi præsentibus multis et claris
hominibus non citra maledictum in me libellosque meos discerptum, male
valeam si non mera primum monstra nuntiare visi sunt; neque fere ut
crederem adduci potuissem, nisi tu Francofurdii nuper, cum te ea super
§. 2. re convenissem, factum abs te ipse confessus esses. Quid dicam prius
aut quid posterius? immo vero quid omnino dicam? Hac me abs te tam
atroci onerari iniuria, homine Franco et equite Germano, deinde eo quo
de mihi magnifica et amicissima semper omnia promisi; quem nulla un-
quam offensa commovi; quicum nulla simultas intercessit; quem amici ac
propinqui mei summa semper benevolentia et liberalitate etiam demeru-
§. 3. erunt? Quid, quod in eo negotio, in quo minime debebas, hanc familiæ
nostræ, hanc generi ac nomini Huttenico securim inflixisti? et cum per-
maxima sint Ludovichi senis ac necessaria in te beneficia, ullius favore
adflecti, ullius vi ac potentia cogi aut alitercunque adduci potes, ut eius
§. 4. causam non deseras modo, sed impugnes etiam? Aut cum talis hæc sit,
ut non Huttenorum magis quam totius equestris ordinis censeri debeat,

---

CXXXII. H = Hutteni manus, de qua ad super. num. CVII. et in Ind. bibliogr. n. XXIIII. 5. diximus. 1 = Ind. bibl. nº. XXIIII. 1. 𝔄. 2 = Hutt. Münch. III. p. 176...192.

---

12 Petrus de Aufsäss Canonicus non multo post occisum Ioannem Huttenum in aula episcopi Wirceburgensis cum Vilelmo de Bibra interfectoris parti favere cœpit et quantum potuit semper favit. Cf. L. F. Heyd, Ulrich Herzog zu Württemberg. Tubing. 1841. 8º. I. p. 401. sqq. 16 Vireeburgensi *2.* 17 librosque *2.* 20 confectus *2.* 21 Imo *2.* 24 ac] et *H. 2.* 25 etiam *delev. H. 2.* 28 Ludovici *2. et sic in sqq.*

in eaque prosequenda haud aliter ac publicæ alicuius et plane communis
iniuriæ vindictam universa prope nobilitas susceperit, tu inventus unus es
qui non modo sub hæc signa non concedas, sed hostilibus etiam copiis
omni te conatu inseras? Non dicam hoc enim quod gravius est, (quanquam §. 5.
quid refert dici, cum tu illum veteris amicitiæ funem sic violenter inci-
deris?) prius nostrarum te fuisse partium, deinde nescio quo motu ad ho-
stilia transfugisse castra. Atque hic iamdudum qui hanc iniuriam meam
iniquius atque ipse ego ferunt, ut te aliqua ignominiæ Wirtenpergensis
gutta adspergam, expectant; neque ego te id meruisse nescius sum, sed,
quæ mea est natura, mitius agam tecum lacessitus quam mecum tu in
amicitiæ adhuc opinione constitutus. Etsi crebro mihi inculcant illi nun- §. 6.
quam te nisi maiorem nescio cuius pecuniam odoratus esses, commissu-
rum fuisse ut contra tuum ordinem, contra pristinas amicitias, contra
publicum Germaniæ ac imperii totius bonum hominis fœdi ac detestabilis
et publico etiam iudicio condemnati causam tuereris. Quod ut verum non §. 7.
sit, neque item illa in te fama congruat, qua fertur, cum principio ne-
gotii huius omnes suas curas, omnem sollicitudinem, abdita et arcana,
velut hominis sui amantissimi sibique per omnia fidi, ita in sinum profu-
disset tuum Ludovichus, tibique ad Cæsarem iam tum proficiscenti rem
totam commisisset, neque tu non prompte peragendam accepisses magnam-
que seni industriæ tuæ spem fecisses, corruptum te paulo post tyranni §. 8.
muneribus omnia invertisse ac nostram apud Cæsarem contumeliam verbis
elevasse, illius contra scelus excusare conatum, ut neque illa, inquam,
in te fama congruat, quanquam Ludovichus ipse monitus, ne tibi fideret,
nunquam post eum diem visus est familiariter conferre, nedum aliquid
suorum, ut prius, sollicitudinum communicare, tamen ut mentiantur in te
homines, et ille falsus fuerit de te ut sic crederet, illamque tibi magnifi- §. 9.
cam pateram alio nomine, non ut contra nos sibi consuleres, tyrannus
dederit, et te Cæsar ipse falso multa te indigna admisisse et crediderit et
aliis persuaserit, tamen cum te sic ut fratrem dilexerit semper Ludo-
vichus tibique fidem in omnibus habuerit, te pecunia, te ope ac opibus
amicissime semper iuverit, quid facere non debuisti hoc ne faceres quod
in illius liberorumque eius contumeliam vergere scires? A me vero quam §. 10.
non conveniebat hanc te auspicari, quicum tibi præter alias necessitudines
studiorum etiam communio fuit? Atque igitur quanto intemperantius tu te
geris, qui sic ardenter odisti, quam ego, qui abs te læsus cum possem
alio quodam modo iniuriam hanc expostulare tecum, sic ago ut non vi-
dear contumeliam facto ulcisci, sed iurgium quasi verbo diluere, idque
præter amicorum consilia? iam hoc omnes mihi clamant enim 'Quid tu? §. 11.
acceptam in te talem contumeliam non insigni aliquo facinore ulcisceris?'

1 perseq. 2. 6 Würtenbergensis 2. 9 aspergam 2. 17 abdita (*pro* edita) *corr. H.* 2.

neque mihi, quod tu haud ignoras, defuturæ vires erant, si te aliter at-
que institui tractare voluissem. continebo me tamen et lenius offensas
§. 12. meas prosequar quam tu amicitiam habendam duxisti. Unum tamen mihi
respondebis non gravate, quid te ut tam acerbe in hunc quantivis mo-
menti dialogum consuleres meum, impulerit. 'Hoc metuebam' inquis, 'ne
si Wirciburgi venderetur liber, aliquid esset inde episcopo nostro incom-
modi, præsertim modis omnibus cum scirem eum, in quem scribis, ulte-
rum sese. itaque nos invidia liberare, non te onerare volui, idque feci
§. 13. minime putans offensum iri te.' Hæc tu verbo respondes quidem, re au-
tem scis a tuo facto multum aliena fuisse. nec quid mihi persuadeas hic
ignoras. tu quia mihi putabas stomacho non futurum, hoc facere voluisti,
quod si non faceres, malo vobis esse cognoscebas? quid monstri quæso
affers? quisquam ita existimationem negligit suam, ut non ab eo offenda-
tur, a quo monimenta offendi sua compererit? cum dilanies meos libellos,
quos ego extare volo, offendi non putas? quo somnio vidisti rem incre-
dibilem, rem nequaquam verisimilem? cum in fœtus ingenii mei sævitur,
§. 14. ego iniuriam non agnoscam? quo exemplo tam patientem esse vis? Qui-
dam ob amissos casu libros, quia reparari non possent, in tantum con-
solationem non admiserunt, ut non nisi morte finiente dolorem posuerint:
ego ita claritudinem despero meam, ut magnopere haud putem referre
diu in manibus habeantur quæ scribo an cito intereant, atque igitur contra
me factum dubito, siquis ea discerpat, exurat, discindat, extirpet, e medio
§. 15. tollat? Sic me non nosti, hoc ut suspicareris? immo aliquem nosti qui
talis sit? Age autem abolendis his scriptis, quibus ego tanquam armis
contra inimicum utor, citra mei offensionem dari abs te opera potest? et
me tibi non putas iratum, si gladium eripias e manibus meis, quo illum
ulcisci parem qui mihi amicitia et propinquitate ex æquo iunctus fuit, de
§. 16. eo pœnas sumere qui nos luctu, clade et calamitate oneravit? Quis te tam
simplicem esse, veterem aulicum et annos iam triginta prope apud sum-
mos principes maximis in negotiis versatum et exercitum, cogitaverat? Tu,
siquod tuum verbum impugnet quis, dignitatis tuæ rationem habendam
existimas: ego sic levis sim, ut quæ scriptis edidi et ad posteritatem
transmittere etiam decrevi, aut si ambitiose me sperare sinis, quæ immor-
talia fore ob rei miraculum existimare licet, siquis ea pessundet ac ab
hominum memoria eximat, amicum mihi esse et credam et patiar, nec
§. 17. facto movear? Apagesis hanc, Petre, opinionem; non sum ex hac secta;
nondum hunc sapientiæ gradum attigi: tu autem quos caros habes sic
erudi: me vel idcirco amicum posthac non habueris, quia hæc suadere

---

6 Vireeburgi *2.* 12 cognosceres. *1. sed corr. H. 2.* 13 Quisquis *2.* (Quisq̄ *1.*)
14 comperit *2.* 22 et e *corr. H. 2.* 23 Imo *2.* 35 amicum ... patiar *corr. ab H. sed se legere non potuisse annot. 2.*

in animum induxisti tuum. Quodsi dissimulabas scire quomodo factum
tuum laturus essem, nihil ipse tale faciam, sed aperte dico 'Irascor tibi';
verum ita irascor, ut satis habeam ostendisse affectum, non ulcisci adhuc.
si vero opinione falsus es, ut qui putaveris non inique ferendum a me, §. 18.
eximam errorem: iniquissime ferendum est enim, primum in quemcunque
id cadat; deinde me imprimis iudico indignum cui tu facias, teque im-
modestum, (quid enim gravius dicam?) a quo tale quippiam patiar, et
quem tu lædas, si usquam, abs te certe innocentem. Sed neque ut la- §. 19.
turus essem ignorabas, neque ut ferendum sit nescis. Aliquid monstri
alis tu: unde non effodiam quod cogitatione assequor; tantum abest su-
spicionibus ut armari adversum te velim. Proinde sic aio, quod domi §. 20.
tuæ in tuoque cubiculo si fecisses, graviter laturum me sciebas, id pu-
blice et (o inconveniens!) apud forum cum feceris, quo loco positurus sim
ignorare te simulas. quid tergiversaris? quid illudis? hic mos Germanis
est? hoc boni viri officium? 'Contra te non putabam factum, si author §. 21.
essem quo minus haberetur in manibus criminosa effictio'. Contra me?
imo contra ius fasque abs te factum intelligebas, si memoriam rei tam
celebri iudicio ad posteritatis exemplum cognitæ induceres, si autor esses,
quo minus haberentur in manibus quæ a principis decreto penderent. An §. 22.
ita potes hanc fictionem incusare, ut illam Cæsaris sententiam non impro-
bes? at non incusare tibi placuit, non improbare libellum meum, perdere
visum est; non ad iudicium vocare criminosam effictionem voluisti, sed
quasi tu ille sis in Germania iudex qui ita habeas damnandi potestatem,
ut accusatorem expectare opus non sit, perditioni, exitio et abolitioni illum
miserum dialogum adiudicasti, statim, nulla intercedente mora, nullo prius
habito consilio, nullo convocato senatu, nullis consultis legibus. sed hæc
si movisses prius et de iure disputasses, non meo tum dialogo, sed illi
iam Cæsaris iudicio periculum fuisset: prius hoc enim reum fieri opor-
tuisset. Atque igitur in me iniquior fuisti quam ulla patiatur ratio, ne- §. 23.
dum nostra familiaritas, nostra amicitia; et cum fueris, sic tamen ais
'Non putabam contra te factum'. an pro me factum putabas? arbitror,
ut qui caveres nequid mihi inde periculi esset: video enim prope esse,
ex malevolentia benignitatem ut facias, et beneficium ut interpreteris iniu-
riam. At qui hoc studebas cur non anno abhinc quarto, cum me oratio- §. 24.
nes scribere in tyrannum audires et, si verum dicunt homines, ipsi pro-
deres etiam, amicum ne in re periculosa nimium auderem monuisti? cur
tantum progredi passus es, quem ante periculi metum retinere potuisti?
Quo mihi inculcas benevolentiæ opinionem? siccine cerebrum non habeo §. 25.
qui ea didici quibus prudentiores fieri se homines putant, ut hanc calli-

---

5 quencūq; *1.* 7 a] et a *2.* 15 autor *2.* 20 placuit, neque *corr. H. 2.*
32 inde mihi *2.* 26 Sed] Quanquam *corr. H. 2.* 34 At] Sed *corr. H. 2.*

ditatem tuam non agnoscam? si me per capillos traheres aut pugnos si
mihi infligeres, illos selibres tuos ac prægraves et crassos, dolorem mihi
dubitares inenti? quid enim interest me verberes an libros meos corrum-
§. 26. pas? Quin ex evangelio erudis me, et una diverberata mala poscis alteram?
sed tam durum magistrum auditurus non videor, et dolorem ut temperare
possum, ita iniuriam negligere haud possum: dolet mihi enim quod facis;
dolet, inquam, atque eo etiam magis, quod videri dolorem fecisse non
vis et illum prætendis magno prudentiæ tuæ argumento periculi a tyranno
§. 27. metum. Nolebas enim in discrimen adduci affinem meum episcopum, et
nequid ex meo libro esset illi incommodi, id præcavebas. Non improbo,
si hoc agis; at vide quo adducas, quid caveas: scilicet meus liber si ha-
beatur istic, periculum vobis est, et quod ego delinquo, ab aliis animad-
§. 28. vertendum venit. esto! at vide quid adsequaris: periculum est ubi scelera
Wirtenpergensis leguntur, undecunque missa aut a quocunque in literas
relata ea fuerint: si publica confœderatorum causa impugnetur, metus non
est, ne ex tot principibus, tot rerum publicarum rectoribus, tot fortibus
§. 29. viris expostulandum hoc aliquis vobiscum suscipiat? nisi non intelligunt
homines, utri faveat parti qui, ob quæ isti pœna infligitur, ea in fama
esse vetat; et cum illum irasci vobis opinio sit, crimina si pervulgentur
istic sua, periculi suspicio non fit si, quæ sentiunt qui ipsum puniunt,
§. 30. explodantur? Metus ab eo est de cuius sceleribus ita cognitum, ita indi-
catum est, ut veteris iam famæ pudeat magis quam pigeat; ab iis non
est qui armis, vi ac virtute superiores cum sint, pœnam sumere de male-
factoribus aggrediuntur. times semifracti iram, valentissimorum hominum
dignitatem non vereris: caves ne invidia sit ei cuius odio universa æstuat
Germania; hoc non caves, nequid invidiosum admittatur in eos qui et
volunt et possunt et debent ulcisci iniuriam, punire improbitatem, amoliri
§. 31. scelerum authores. Tu es ille autem cui criminosa scripta non placent?
at eum librum quem in clarissimum principem, fortissimum ducem Wil-
helmum Bavarum deus iste tuus nuper emiserat, cur passus es haberi in
§. 32. manibus istic? quid adeo cupide legisti ipse, et legendum aliis dedisti? Ut
ad tuum igitur metum redeam, periculose offenditur qui ob admissum de-
decus ab amicis etiam et propinquis suis desertus est; eum offendere nihil
refert qui tantas amicitias, tantam propinquitatem, tot affines, tot clientes
§. 33. atque adeo illud immensum fœdus qui post se trahit? Sic tu invidiam po-
tentum fugis? sic iis quibus fidus es, consulis? hæc prudentia tua est qua
caves pericula, consilium quo avertis mala? Quin illud vides quam non
sit hoc invidiam fugere, sed odium conciliare, et dum vanam sine viribus

---

4 evang.] Matth. V. 39. Luc. VI. 29. 14 Würtenb. 2. 15 confœd.] *fœderis Suevici.* 20 qui ips. pun.] *confœderati.* 28 autores 2. 30 est 2. 32 periculo se *1. 2.* qui ... des. est] *dux Virtenp.* 33 eum ... trahit] *Huttenus, discerpti dialogi auctor.*

iram metuis, quam interim potentiam, quas vires, quæ Germaniæ robora commota reddas, quo non invidiæ iam, sed quo discriminis etiam adducas eum cui sic importune consulis? atqui consulere non est reddere invidio- §.34.
sum, facere obnoxium odio, onerare inimicitiis; consulere non est si cuius nomine valentium hominum potentiam irrites, infensionem quæras, bellum excites. neque tibi est hoc, inquam, consulere, neque illi; sed tibi imprimis perniciosum: verum est enim vetus adagium, 'Malum consilium consultori pessimum'. Quod ad illum pertinet, valde conveniebat te videre §.35.
quid suaderes ei cui sic obnoxius es, ut optima debeas, quidve pro eo facias qui pro periculum decet adire te, non quasi ex re hoc ipsius fuerit periculum ei accersere. Quinetiam ut videas qualis ego consultor sim et §.36.
quam non permittam te in errorem adducere eum cui etiam me consilium dare perdecet, primum quia Francorum principem agnosco, deinde quia non extrema affinitatis linea illum, quantusquantus est, attingo, adeo ut tecum expostulandum a me veniat, de tuo facto vel alterius nomine: dic §.37.
mihi, quo rapis pientissimum episcopum, innocentem Francorum dominum? quo rapis affinem meum principem? cur in discrimen abducis? cur ei qui otiosus esse potest, negotium facessis? cur ei qui tranquillum habet, tempestatem inducis? cur rebus mire placidis et compositis tu seditionem moves, tu turbas excitas? Disce tandem istos tuos moderari im- §.38.
petus, istam præcipitem frenare iram. aut si constituisti nihil rationi dare, ómnia cupiditati concedere, ferre non poterimus ut hoc facias eorum malo vel periculo saltem, quos caros habemus, quos colimus, quibus bene consultum volumus. Intelligis igitur quanto prudentius quantoque ex fide ma- §.39.
gis consulam ego illi, qui hoc struo ut invidia temere per te concitata apud confœderatos et Wilhelmum principem liberetur, quam tu qui præpostera tua cautione in periculum vocas. Quare etiam illius innocentiam §.40.
tueor, non minus quam tuos importunos impetus accuso: neque enim sciebat ipse quid tu faceres, neque, ut opinor, si præscivisset, non intercessum tuæ esset audaciæ; nec factum tuum probavit, sed ut debuit ægre tulit. Proinde metu vacare iubeo et a periculo, quo tu vocaras, esse liberum, invitoque tibi eripio eum, quem si quo vis protrahere tibi liceret, iam perderes statim. At tu interim quo loco es? quomodo tibi con- §.41.
suluisti? nonne huius ergo quod prudentissime facere videri volebas, omnium passim sermonibus vapulas? 'Liber' ais 'ego sum'. Opinor. sed ego sic esse nolim, et tibi metuo, cum tu me vicissim oderis, ac tui misereor qui tam nulla adigente necessitate, nulla suadente causa, sed tuapte voluntate sic impeditum te reddas, prudens, sciens vidensque in tam pe-

---

7 Gell. N.A.IV.5,5. 10 qui pro periculo 2. (*scilicet non didicerat*, qui pro *esse* = pro quo) 12 eum cui] *episcopum Wirceburgensem.* 13 agnosco = cum agnosco. 14 quantuscunque 2. 19 placitis 2. 21 frænare 2.

riculosum te accipias locum, tot, tam valentes, tam gratiosos homines,
§.12. interque eos principes etiam viros, inimicos capias. Quare, ut facile
quiesci per te poterat, ita valde metuo ut difficillime sic implicitus expe-
diri possis. quid te facies enim, si, quod minime opto, animadvertere
abs te factum hoc qui tam contumaciter causam modis omnibus damna-
tam probes, confœderati volent? Illius opem implorabis cuius defendendi
causa adiisti discrimen? At iam cecidit ipse, quo minus sustentare te
possit; iam ipse periit, quo minus servare te queat: per quem stare vo-
§.13. lebas, prostratus est; ad cuius munitiones respiciebas, domo sua ac pos-
sessionibus uno impetu omnibus expulsus est; in quo tu sperabas, de
ipso actum est. Quo iam fidis igitur? quid speras? aut dubium est a fun-
damento erutum hoc, unde totus pendebas tu? Verum non putabas futu-
§.14. rum. At factum nihilominus. Te igitur frustra prudentem aliquando ha-
bitum, qui hoc non præsensisti, cuius consilia eo reciderunt, ut cum in-
sipientibus consultoribus 'Non putaram' dicas; qui exitum hunc omnibus
perspicuum solus adsequi coniectura non potuisti! nam nisi modestissime
tractare te instituissem, iam insultarem tibi, tuam invidiam exagitarem,
illius cui sic studes lapsum digito indicans, nos in cælo esse clamitans.
§.15. neque tu non merebaris, ut qui videris totus esse contra nos aptus ac
formatus: nam qui hoc fecisti illo iam tum in periculo constituto, quid
§.16. facturus eras occasionem nactus tunc cum secundi illius essent venti? Sed
relinquam patientiæ apud te meæ vestigium, et pauca ex dolore queri satis
habebo, cum tu multa et permagna facienda ex invidia duxeris: permagna
sunt enim, utcunque æstimet quis, ea quæ audes: primum quod causam
non aliquot ante præiudiciis notatam, sed publico etiam iudicio condemna-
§.17. tam ac interfectam revocas et probas; deinde quod tam atroci inita contra
nos iniuria tantorum virorum infensionem ac inimicitiam tibi accersis; po-
stremo quod potenti episcopo author esse vis, factionem ut resuscitet iam
§.18. ante oppressam et extinctam, et ut in discrimen præceps abeat. Nam
modica sunt, quod Huttenos contumelia hac proscindis; quod iniuriam
hanc facis illi mortuo, qui de te sic fuit meritus, et cui tu ut fidem sol-
veris, notum est; quod hunc mortui illius ossibus dolorem inuris; quod
§.19. nostras umbras luctu gravas et mœrore adfligis. modica sunt hæc, in-
quam, apud eos qui amicitiam digno loco non ponunt: quanquam inficias
ire item non possum eos mores qui hæc ferant, magnæ mihi turpitudini
adfines videri; sunt enim hominis ingrati et malevoli. atque tu si hic sis,
quod non dico, valde indignus videaris, quem nos sic aliquando colueri-
§.20. mus, cui sic e multis uni fidem habuerimus. Verum ad magna illa redeo.

[6] probes. Conf. *1. 2.* [12] tot? (*non* tot, *ut 2 rettulit) habet 1.* [13] At] Ad *2.*
[15] qui] quod *2.* (*perperam* q *interpretatus est*) Non put.] Cf. n. CXCI. § 2. [17] in-
sultare *2.* [18] cœlo *2.* [27] accersas *1. sed corr. H. 2.* [28] autor *2.* [31] tu] *addid.*
H 2. [33] affligis *2.*

Etiam atque etiam videndum tibi est quam causam improbandam suscipias,
quod contra factum tuearis: libros meos persequeris non alia ratione quam
quia habent ea quæ publico in Germania iudicio diligenter inquisita, manifeste cognita, non severissime damnata sunt; quæ omnes omnium ordinum
sentiunt, quæ, si paucos illius bonorum hostis collatrones excipias, una
omnis Germania voce clamatura sit. At cur non eadem opera illam in- §. 51.
duci iubes Maximiliani sententiam? cur illud non retrectas publicum iudicium, imperiale decretum? Qui ob scelera accusatus est, convictus, iudicatus et damnatus, de eo quod illa fecerit, hæc passus sit, scribere vetas;
illos rerum dominos pateris ea decernere quæ me dictis aut scriptis iactare
non convenit. Sed iam forte non patieris etiam. At cur tam sero accedis
ad iudicii istius retrectationem? Quod in toto hoc negotio erratum est si §. 52.
corrigere non potes, vides quam periculose crimineris; si potes, quam
tot iam annos errare Germaniam sinas. Cur non a principio statim tuo
consilio occurristi, sed in tantum subinde errorem protrahi passus es
omnem Germaniæ plebem, universum equestrem ordinem, omnes principes, totam nobilitatem? Age vero cum scires non accusationem esse no- §. 53.
stram, sed calumniam, ad illud Maximiliani iudicium quomodo connivere
potuisti? quid non exceptionem tunc molitus es? quid non mutire aliquid
voluisti, præsertim apud Maximilianum multum cum posses atque illum
scires ea esse clementia, ut si vel per te vel alium quempiam monitus
fuisset quicquam esse in nostra accusatione haud perinde ac nos detulissemus admissum et factum, sic iudicaturus non fuisset? Revoca autem in §. 54.
animum quam cunctanter illud processerit iudicium et quod nos illam vix
XV. post factum mense sententiam extorserimus. In tanto intervallo, tam
diuturna cunctatione non fuit locus tibi intercedendi? At timore Cæsaris,
ne offenderes, substitisti. At illum timorem non recipit hæc fortitudo,
qua agere omnia putari vis. nec tibi consilium defuit, si metuisses, saltem ipsum commonere Phalaridem, quo suo iure quam defensionem instrueret. An tu aliqua cera obthuratas habebas aures, cum proclamaretur §. 55.
Augustæ, siquis inire defensionem illius vellet, licere; atque hoc qui ipsi
a cancellis tunc erat, ut potuit, faceret? Vbi tu illo tempore, quid mussitabas, quid audebas? post quæ principia quod pugnaturis signum dabas?
tunc illius innocentiæ non veniebat in mentem tibi? nec in tempore voluisti potius opem ferre et facto intercedere, quam profligatis iam copiis
et perdita re bellum reparare, novos tumultus invehere, novos motus con-

---

[2] tuearis *1.* [7] Max. sent.] Conventionem Augustanam (s. Blaubeur.) d. 22. Oct. 1516. (p. 87. sqq. exhibitam) vult, qua duci Vlrico in sexennium rerum publicarum regendarum ius ademptum est. cf. Heyd Ulr. Hzg zu Württemb. I. p. 471...473. [13] qui *1.* quam *corr. H. 2.* (*i. e.* quam periculose) [14] sinis *1.* sinas *corr. H. 2.* [22] quidquam *2.* [23] fuerit *1.* [25] quindecimo *2.* [27] substituisti. Ad *2.*

§. 56. citare? Iterum dico igitur, aut illam induci per te oportet Maximiliani sententiam, aut improbe facis qui libellos meos, eam loquentes actionem, discerpis. Nisi te movet quod veterem dialogos scribendi morem revocans et ad antiquorum imitationem me conferens de Charonte, de Mercurio, de
§. 57. Phalaride et illo inferorum regno aliquid fingo. At hoc illum non movet quem iugulo ibi, sed ea quæ præter fabulas et fictionem elucent vera, quibus illum graphice depingo, eius mores eiusque vitam oculis atque auribus hominum obiicio: ea movent, ea percellunt, ea mordent et lacerant.
§. 58. Scilicet verum non est, quod Mercurio duce ad inferos quæsitum Phalaridem concesserit et in eo itinere quod Charonte vectore opus fuerit, et nullus est Mercurius, nullus, qui

ferruginea subvectet corpora cymba
Terribili squalore Charon.

nec cymba est, nec Styx aut Phlegethon; nec usquam reperire est Phalaridem; et de tota illa subterranea republica unum est mendacium, una
§. 59. fabula. Fateor, et nec ego,

Nec pueri credunt, nisi qui nondum ære lavantur.

Sed tu qui literas didicisti, ignoras arbitror, quomodo tractare hæc conveniat, atque ita non intelligis rem, ut tibi opus sit illum a mortuis revocare magistrum tuum Beroaldum, qui te doceat quid sibi velint poetarum
§. 60. fabulæ. Quanquam otiosus nimis videor, qui hæc tot verbis ago tecum, rem frivolam et nullius momenti, ab argumento negotii alienam. neque tu. hæc enim, aut quivis alius in libello hoc persequimini, sed aliunde calumniandi ansam exquiritis, modo quispiam hoc tecum qui faciat inve-
§. 61. niri potest. Non potest arbitror. Tu igitur, cui soli Phalarismus displicet, cum ad Phalaridem ire tyrannum nostrum fingo, scis quod eius cupiditates immo et quod talem ostendo esse eum qui ad Phalaridis imitationem totum se conferat, omnem suam vitam formet, ita esse animatum, ut quæ sint aut a Phalaride malitiose inventa aut ab aliis crudeliter usurpata, non
§. 62. imitari modo et æquare, sed vincere etiam contendat. Quod ne quis temere venisse in suspicionem mihi crederet, quædam illius etiam facta depingebam quibus specimen sui dedit, et a quibus coniicere est, huiusmodi qui commiserit, qualis per alia esse possit; quæque documento haud obscure sunt, quid de ipso sperare in futurum homines debeant: quid est aliud enim Phalaridem magistrum sequi, quam facere et meditari crudeliter omnia, cupide effundere sanguinem, avide punire, torquere libenter, depeculari suos, insidiari alienis, metui malle quam amari, vivere in odio, ali suspicionibus; interim luxuriose multa profundere, iniuste multa rapere, stupra, cædes, adulteria, torturas, cruces, laqueos habere in promptu?

---

[8] obiiciens. *corr. H. 2.* [12] ferrug.] Verg. Aen. VI. 303. [13] Terrib.] ibid. v. 299. Terribile squallore *2.* [14] Phlegeton *2.* [17] nec pueri] Iuvenal. sat. II. 152.

Quid aliud est, inquam, sequi Phalaridem, sive Mercurio duce sive Cha- §. 63.
ronte vectore agat hoc aliquis, quam impie et scelerate omnia facere?
'Sed quæ ille commisit, talia non sunt: quid tanti est enim uxorem amici
deperire; ubi per illum potiri non licet, ipsum ita cupide interficere, ut
ex morte quoque satietas non sit; illam abreptam ita complecti, ut suam
uxorem domo exigat? quid tanti est item, a quo liberatus quis sit, eius §. 64.
liberos perdere? hominem innocentem, sibi amicum et fidum, quem ca-
rum habuerit, suique amantem indicta causa interficere, mortuum raptare,
raptatum et laceratum suspendere, non indulgere sepulturam propinquis,
fingere in mortuum crimen, interimere eos qui illum lugeant? principem §. 65.
fœminam uxorem male tractare, crudeliter habere, conari flagitio et de-
decore perfundere primum, deinde parare occidere, demum mortis metu
domo eiicere; interim sceleratum scortum, fœdam ac immanem pellicem
in sinu tenere, in complexu fovere, eius osculum lambere, eam in illo
coniugali thoro uxoris loco habere? quid tanti est suppliciis exhaurire §. 66.
urbes et pagos? semper torquere, semper occidere, iugiter et perpetuo
rapere, grassari cæde, spoliis et sanguine? Germaniam discordiis implere,
externa adversum nos auxilia advocare, 'imperio eversionem moliri? quid §. 67.
tanti est, non servare fidem, iusiurandum negligere, pacta dirimere, fœ-
dera solvere, literas et signa, datam et interpositam fidem, promissa et
iurata non facere unius fabæ?' Sed quid ego de integro causam hanc ago §. 68.
tecum? satis est hoc dici Phalaridem sequi et vincere hæc qui faciat.
Quanquam est ibi quoddam meum, fateor, erratum, quod eum fingo sub
Phalaride scelera discere qui est ipse quam fuit unquam Phalaris nequior
et pestilentior tyrannus. Te vero nonne oportuit prius revellere ea qui- §. 69.
bus de scribo, quam ipsum damnare scriptum? Aut quid agis meos libellos
discerpens, illam non improbans totam Augustanam actionem, illud non
rescindens iudicatum? Rem ipsam non improbas, inane scriptum perse-
queris. quid tantum chartas odisti et atramentum? sed metuis, si recta
contra nos eas, maiestatis te ne accersat aliquis. atque hoc est quod dico,
in magnum te discrimen ivisse præcipitem. Quodsi nolim de meo iure
concedere aliquid, sentis qua te via, quanto tuo cum malo persequi pos-
sim? Verum alia pertractasse omnia videor; in eo adhuc hæreo, quid te §. 70.
moverit, ut in Phalarismum desævires: an metuebas ne me excitante, me
hominum mentes permovente illi male esset, tu spe tua nescio qua (certe
quædam erat tibi) excideres, et, si verum est quod ducentos tibi aureos
stipendio quotannis solvebat, lucro etiam ne excideres tuo? Quia enim Ger- §. 71.
manos nostros ignoras tu quantum Latine sciant et scriptis ut moveri pos-

---

[2] omn. fac.] conari omnia *corr. H. 2.* [6] a quo] *vult Ludov. Huttenum, interfecti Ioannis patrem.* [8] ſuiq; *1.* [19] diruere *1.* dirimere *corr. H. 2.* [21] scelere *2.* [34] pharariſmum *1.* [36] quo *2.* [38] quantum *corr. H. 2.* ut *1.*

sint, hoc suspicatus es nuper. at ingentem eodem illo tempore a confœ-
deratis exercitum duci cum cerneres, atque ipsum illud quod tu metuebas
illi malum adferri, necdum pessimo loco res eius essent, quid in dialogos
meos invehi, ut illum tibi exercitum offensum redderes, visum est; contra
ipsum exercitum, quo profligato hi debellati essent dialogi, arma ferre
§. 72. non est visum? Ubi illa est prudentia tua qua in tempore consulis, illa
fortitudo qua non sinis a recte consulendo absterrere te? aut quibus nos
anfractibus, qua tergiversatione impetis? Statue tandem quid te moverit
potissimum: nam de episcopo cuius te periculum amoliri fingebas, ostendi
§. 73. quam nihil fuerit: quid aliud est igitur, cur tu ex Francis et equitibus
Germanis omnibus unus erupisti qui causam nostram sic cognitam, sic
iudicatam eleves, præsertim multa et magna cum sint Huttenorum in te
beneficia, quæ nisi essent, aliud suspicari nihil possem te movisse quam
quod ita nostri invidia tenearis, ut ægre videas ex hac calamitate innotuisse
nos splendide, et universo iam orbe nomen Huttenicum clarius factum, nos
§. 74. illustriores haberi? Quodsi nobis invides nec sanguinem qui amisimus, eos
innocentiæ famam et misericordia consolationem invenire pateris, quid eos
fers qui hæc nobis tribuunt, constituunt ac firmant? sinis hunc nos fru-
ctum, tanti doloris solatium, tanti luctus præmium, invitos saltem capere?
§. 75. Fateor nos ornatos esse hac ærumna. sed quis ita suos propinquos odit,
ut miserabili horum nece illustrari cupiat? aut quis ita fortunas suas ne-
§. 76. gligit, ut tanti emere velit misericordiam et innocentiæ opinionem? Næ tu
omni petra durior es, Petre, qui nos cum sic lugere prius videris, deinde
tantis impendiis, immenso prope sumptu iudicium prosequi, arma, viros,
exercitum comparare, tamen invides, siquam non affectatam, non quæsi-
tam, nec spe nec opinione præsumptam, sed publica misericordia ultro
§. 77. obiectam nobis gloriam adsequuti sumus. atque hunc ego, quisquis est
omnium, quotquot sumus Hutteni, pessime perditum velim qui sic adficiatur
hac fama, ut recte emptam eam innocentissimi iuvenis interitu existimet.
§. 78. Sed fortasse non invides, neque hoc nobis neque aliud quicquam, ut quos
tui semper studiosos esse cognovisti, de teque bene merentes expertus es,
et alia quapiam de causa irasceris, quam neque abs te audimus neque
suspicione adsequimur: tu tamen accusandus multum es, qui te magnæ
invidiæ caput et quasi ducem futuræ contra nos coniurationis, et Francus
et eques, tanto cum tumultu infers, ut suspicari liceat sanguinem te no-
§. 79. strum spe ante tua devorasse. Quod viceris et illam, si diis placet, Ger-
maniæ pestem in bonorum excidium, publicam perniciem sibi restitueris,
nobis mortem aut exilium superinduxeris, tamen quid te moveat non in-

---

3 nedum *1.* 7 absterreri *malim.* 13 monuisse *1.* 17 misericordiæ *malim.* 20 erũna *1.* 26 et nec *corr. H. 2.* præsumtam *2.* 27 adsecuti *2.* 28 sumus *corr. H. 2.* sunt *1.* 29 emtam *2.* 30 fortassis *1. corr. H. 2.* 36 Christo (*pro* diis) *H. 2.*

venio; nec deinde sollicitius quæram; tantum lætor quod nos Christus optimus maximus respexerit, nostros conatus iuverit, nostra consilia direxerit. En metus enim abest; periculum disparuit; nobis libertas reducta: §. 80. nimirum qui meditabatur cædes, cogitabat incendia, moliebatur vastitatem, profligatus, eiectus et exterminatus in ea hominum fama versatur, ut eius exilium nemo fortunam interpretetur, pœnam omnes vocent; nos in tuto simus collocati. quos credere debes nunquam ita desertos fore, ut defen- §. 81. sione contra vestram factionem carituri simus, neque ita exhausisse honorum per Germaniam virorum benignitatem et misericordiam, ut, si redeat ille etiam, auxilia quæ ad reprimendum ipsum satis sint, desperemus. Iterum vero nihil satagis, si claritudinem nobis sic inventam detrahere co- §. 82. naris: æterna est enim eorum quæ passi sumus, memoria, immortalis fama, inextinguibilis recordatio, innocentiæ nostræ opinio ita inserta hominum cogitationibus, ut nullius inde mœrore, nullius invidia evelli sustineat. Vale.

APOLOGIÆ HVTTENICÆ FINIS.

[Cf. infra Adelmanni ad Pirckheim. ep. d. 10. Apr. a. 1520. scriptam.]

CXXXIII.

[Iuvabit pauca adicere ex libello cui inscriptum est Oratio causas | expulsi & restituti ducis Vuirten-|bergēsis, Resq; nuper in Suevia ab illustriss. Hessorū Principe PHILIPPO gestas, tum | pacis conditiones continens mire | elegans & artificiosa. | N. A. BARBATO autore. | &c. *In fine:* Excussum Marpurgi per Fran-|ciscum Rhodum in Cam-|po Elysio. | 4º. s. a. quem Nicolai Asclepii Barbati Marburgensis professoris († a. 1571.) libellum, quo quantum potuit ducis Virtembergici partes in tantum defendere studet, ut cædis accusatorem, non homicidam criminis reum, immo hunc quasi deum facere videretur, Simon Schardius in Historici Operis Basileæ a. 1574. publicati tomum II. p. 1284. sqq. recepit.]

. . . Nec potest iure gestum bellum videri, quod contra ius sit motum. Et iam olim a non indocto neque incelebri poeta quodam, sed a poeta tamen, nemini non persuasum est Tyrannum crudelissimum, quotquot omnibus retroactis sæculis fuere, ducem Wirtenbergensem esse, quæ persuasio nisi eximatur ex hominum visceribus, videbitur Tyrannum Tyrannus restituisse . . . . . .

. . . . Accusant criminibus non alias auditis innocentem principem. Nacti præterea sunt erroris sui patronum et defensorem equestris ordinis non ignobilem poetam, quo maiori autoritate fidem, obiectis et confictis sceleribus in Ulricum ducem conciliarent. parco nomini eius viri, cum quod paulo quam exul moreretur, non mediocriter mihi amicus fuit, tum quod nemini sit ignotus. meditatus is nuper aliquot orationes fuerat in ipsum Wirtenbergensem, easque veluti ad tribunal maximi principis egisset, edendas curaverat. Quibus ora-

---

[7] sumus *1.* simus *corr. H. 2.* [15] Vale. *addid. H. 2.* APOL. *etc. omis. 2.*

[35] nom.] *Ulricum Huttenum indicari nemo non videbit.* [38] max. princ.] *imperatoris.*

tionibus quod nunquam persuaserat agendo, hoc mox persuadet, cum calcographorum diligentia distraherentur edendo. nihil unquam maiori plausu in hominum manus venerat, cum ad exemplar Philippicarum quasi, si dis placet, scriptæ indicarentur. itaque legebant magna cum gratia, sola novitate favorem conciliante. Hoc etiam subinde orationibus novos dialogos adiiciente et quidem tersissimos, famosos libellos edente, crimina confingente, causam occisi affinis sui, quam unicam criminandi ansam habuit, exornante, habetur ab universo terrarum orbe miserrimus princeps is, quem depingit fingitque fallax ingeniosissimi poetæ ingenium. Ignorat princeps exul etiam poetis se fabulam esse, ignorat se factam materiam pessimarum declamationum, nemine quæ in ipsum fierent referre audente. quis enim præsentem rerum calamitatem novis calumniarum calamitatibus augeret? Quo minus scit quæ agantur, eo minus opus habet defensione, eo deterior eius fit causa apud eum principem, a quo nihil expectare poterat, quam iure restitutionem eorum quæ vi erant adempta. sed vicit diligens invidorum obtrectatio apud imperatorem et poeticum ingenium apud universos Germaniæ proceres et omnes pene nationes. Profitebar eo tempore in Parysiorum Lutecia, quam urbem Europæ totius theatrum non iniuria quis dixerit, ad quod spectatum undique cunctæ pene nationes veniunt. non dico, quia satis dicere nequeo, quantum autoritate valeret, quantum fide polleret apud omnes is qui ingenii dexteritate et eloquentiæ viribus et mendaciorum fuco causam dubiam probabiliorem, humilem sublimiorem, bonam et honestam deteriorem facere potuit. legebantur hæc magno cum plausu apud Gallos et Hyspanos, distrahebantur apud diversissimas nationes, mittebantur commissa literis ad amicos, quasi typographi non satis excuderent pessimorum exemplorum. verebantur Itali alterum Neronem, execrabantur Siculi novum Dionysium, trepidabant Britanni, ne ex antro isto Patricii etiam sibi Tyrannorum quispiam nasceretur. quicquid odium, invidia, malevolentia et affinis cæsi dolor comminisci potuere, Phalaridas, Agathocleas, Atreas, Thyestes, Pysistratos, Typhæos, Astyages, Cambysas, Tyberios, Caligulas et Domitianos, omnium immanissimorum immanes furores et furias, omnium crudelitates et ferocias in unum congessit, compegit, coacervavit æquo crudelior futurus ultor propinquæ necis poeta, cuius laudarim equidem ingenium, probarim inventionem, amplexus sim eruditionem, si non dolori nimium dedisset, si innocentiæ pepercisset principis, si causam non valde bonam tegere quam producere in lucem maluisset, et rationem habere eius iuvenis pulchritudinis, quam non sine causa tantopere commendat. Non possum equidem, viri ornatissimi, continere me hoc loco, quum fortunæ istius iniquissimos casus mente repeto, quin valde afficiar. video hominem egregie eruditum non satis bene pulcherrima studia collocare, dum in omni optimarum disciplinarum genere versatus ita præceps rapitur et nulla affectus suos ratione compescere, nullo fræno ferox ingenium moderari, nulla arte mentem domare aut temperare potest. o miseros labores eos, ex quibus dum fructum percipere deberemus rationem vivendi, nihil in mores coalescit; et quod deterius est, cum ferociorem naturam auget lectio, quod inde fit, dum quod naturæ nostræ convenit, approbamus; quod admonere, docere et corrigere inque viam reducere debebat despicimus . . . .

---

[8] mendax] fallax *2.* [9] exul] *mendacium dicit orator: tum princeps nondum exul factus erat.* [10] materia *A.* [25] execrabantur. Siculi *A.* antro isto] Cf. Hutteni Phalarism. §. 1. [28] Tiestes *A.* Tyestes *2.*

LOVANII. 2. AVG. 1519.

CXXXIIII.

ERASMVS ROTERODAMVS
R. P. IOANNI EPISCOPO ROFFENSI S. D.

Reverende pater ac patrone singularis, Brugis doctor quidam utriusque §. 1.
iuris, Cæsaris Maximiliani consiliarius quondam, vir eruditus et gravis, narravit mihi Reuchlinum nostrum Ingelstadii agere atque illic ducentorum aureorum salario Græce et Hebraice prælegere. hac ratione illi consultum est ab amicis, quod tutum non esset agere in patria. Causa, si vera narrant, hæc erat: cum §. 2.
periculum esset ne dux Wirtenbergensis, in quem scribit Huttenus, Stockgardiam reciperet, Reuchlinus civibus aliquot erat autor, ut alio demigrarent, ipse comes illis futurus. profugerunt illi: Reuchlinus mutato consilio mansit consulens suæ supellectili. deinde rursus profligato duce per quosdam amicos impetratum, ne victor exercitus sæviret in domum Reuchlini; sed cives illi quos fefellerat, reversi exhibebant seni negocium. nunc sua omnia eduxit salva et Ingelstadii tranquillam agit vitam. Hæc nolui nescire te. Germania prorsus §. 3.
insanit in Leum, tantum libellorum erumpit. etsi Leus nullo non malo dignus est, tamen optarim eos conquiescere: scribunt aperte se non aliter mihi obtemperaturos, nisi quatenus abstineant a convicio gentis Anglicæ. minatus sum me posthac Gallum futurum, nisi desinant me tam moleste amare. Adnitar equidem quod erit in me; sed Leus consulto fecerit, si ipse aliquo scripto edito studeat illos delinire quos irritavit. Audio bellum parari prædicatoribus et Roma- §. 4.
nensibus; vereor ne ex hoc ludo nascatur incendium maximum: bellum indicetur prædicatoribus et Romanensibus, et interim sævietur in omnes sacerdotes exemplo Bohemorum. Bene vale. Lovanii. postridie Calend. Augusti. Anno M.D.XIX.

CXXXIIII. 1...5 = Indic. bibliogr. nº. 53,1...5. 1) p. 495. 2) p. 439. 3) p. 418. 4) p. 610. XII. 25. 5) col. 481. n. CCCCXLIX. 6 = Des. Erasmi Rot. Epp. selectiores. Basil. 1719. 8º. p. 315...317.

MOGVNTIÆ. 3. AVG. 1519.

CXXXV.

VLRICHVS HVTTENVS
EOBANO HESSO ET PETREIO APERBACCHO S.

Rumpam illud tandem pene iam confirmatum inter nos silentium, nec §. 1.
patiar veterem amicitiam ulla segnitie aut incuria obliterari. Vos quid aga-

---

CXXXV. 1 = Hessi Epp. fam. (Indic. bibliogr. n. 56,1.) p. 288. sq. 2 = Wagenseil. n. XXXVIII. p. 219...221. 3 = Hutt. Münch. III. p. 220...222. Particulas exhibet Burckhard. I. p. 147. sq. 227. sqq.

---

1 [Cf. Expostulat. c. Erasmo §§ 96. sqq.] 3 IOANNI *omis. 1.* R. P. (= reverendissimo patri) *omis. 2. sqq. (Fisher, bishop of Rochester).* 6 'nostrum' *sibilat anguis.* Ingolstadii *et sic infra 6.* 9 Vuertenbergensis *1.2.* Stock.] i. e. Stutgardiam. Stockardiam *3. sqq.* 14 negotium *4...6.* 18 convitio *6.* 21 ædito *1...3.* 21 et 23 præd.] Dominicanis *2. sqq.* 24 Anno *etc. omis. 1.* Lovanio 2. Augusti, Anno 1519. *5.*

tis ignoro. Tu Hesse, cum hic esses autumno superiori, neque ego lon-
gissime abessem, quid me noluisti accedere, pigerrime? siccine ab assiduo
concubitu homini uxorio infirmata sunt crura, ut X aut XII milia ambu-
§.2. lare non possis? At te, Aperbacche, acriter vapulare decet, qui annis iam
plus quatuor nihil literarum dederis ad Huttenum, amantem te, ut doctos
§.3. utque ingeniosos et industrios omnes. Quid ille istic vero Mutianus? in
totum credo ex amicorum suorum albo Hutteni nomen ademit; ita nihil
scribit, nihil significatione etiam ulla testatur, quo non iratus mihi sit.
Quod nescio an ille decreverit sinistra aliqua suspitione aut perditi alicuius
delatione inductus. ego certe hominem reverenter semper colui, et nunc
ut meretur studiosissime veneror et amo. salutate ex me reverenter, et ne
ex Mutiano mutus sit, admonete. scribam illi ubi primum nactus fuero ta-
§.4. bellarium. Frater hic ordinis Benedictini commendari vobis petit, quod fa-
cio, orans ut vel ob id quod perferendis inter studiosos et doctos literis
§.5. sedulus est, eum vobis carum esse sinatis et officiis iuvetis. Mitto ad vos
Orationem exhortatoriam, in quam reposui quæ Cæsaris scribæ exemerant.
Vos quæ aliquando pro communis Germaniæ libertate adserenda audetis?
§.6. Tu Hesse, cum in Epistola Italiæ responsoria libertatem quandam vehe-
mentem auspicatus sis, nunc absistis, aliquo opinor contumelioso curtisano
deterrente? Ah ne metue! plures erunt similis argumenti scriptores quam
§.7. tu putas; neque illud sine gloria facinus audebimus: ego quos possim ad
partes traducere ex illis qui multa ipsi possunt, sed hactenus non intelle-
xerunt negocium, ac libenter nunc per me erudiuntur, aliquando scietis.
Cuditur mihi nunc dialogus cui titulus 'Trias Romana', quo nihil vehemen-
tius, nihil liberius adhuc editum est in Romanos aurisugas. brevi perfe-
§.8. ctum habebitis. Tu Aperbacche, cum et Romæ fueris fraudesque ibi im-
postorum didiceris, et natura sis ad irridendum et facete obiurgandum
valde accommodatus, non aliquando specimen tui dabis, et Germaniam
sines studiorum tuorum fructu carere? Ne in perpetuum obmutesce, pre-
§.9. cor, sed aliquando erumpe. Egi cum principe hic, ut ab aula seiunctum
esse me et adnumerato alioqui stipendio Moguntiæ inter literas conquiescere
sinat, quod impetravi, cum magno, ut videtur mihi, studiorum nostrorum
§.10. fructu. Quid præterea proponam, quia nunc ocium non est, aliquando
scribam. Vos precor ad Melanchthonem Vitebergam cum primis mittite
literas quas his adiunxi. quidam istic est sophista aut theologista aut qui-
cunque, qui nuper ab Erasmo reversus, cum ad me literas ab illo per-

---

[3] milliaria *2. 3.* [4] Aperbache *2.* [5] litterarum *2. et sic infra* tt. [6] atque *2. 3.* [8] quo] *l.* quod [9] suspicione *2. 3.* [16] Orat.] *Moguntinum Orationis contra Turcas exhortatoriæ exemplum.* [18] quam *hic et in sqq. 2. 3.* quamdam *2. 3.* [19] aliquando *2. 3.* [21] tu] non *2. 3.* [23] negotium *2. 3. et sic in sqq.* [24] Cudetur *2. 3.* [25] æditum *1.* [26] habetis *2. 3.* [29] ob mutesce *2.* [33] otium *3.*

ferret easque omnibus ostenderet, ex amicis tamen meis nemini vellet reddere, nescio quo consilio sceleratus secum abstulit, nec ad me perferendas curavit: non desinam nebuloni ut male valeat precari. quinetiam ut intel- §.11. ligatis quæ malitia sit, cum eo die ingressus ego Francofordiam fuissem, quo ille circumtulerit epistolam, atque hoc ille nescire non potuerit, non accessit, non reddidit: siccine oportet ab amicis acceptum negocium curare? siccine reddis, Albertista, quæ perferenda accepisti? dii te perdant, ubiubi aut quisquis es. Vos, amici, Huttenum vestrum diligite, ac Mutianum et §.12. quotquot istic sunt docti et humani, ex illo salutate. Iamque valete. Moguntiæ III. Non. Aug.

ANTVERPIÆ. — **CXXXVI.** — D. 11. AVG. A. 1519.

ERASMVS ROTERODAMVS
EXIMIO P. IACOBO HOOCHSTRATO THEOLOGO S. D.

Antehac legenti mihi libellos quibus tumultus inter te et Capnionem continetur, sæpenumero suasit, ut ad te scriberem, primum Christiana charitas, deinde studiorum communium professio, ad hæc peculiaris quidam favor quo iam olim inde a puero vestrum prosequor ordinem, postremo non vulgaris animi propensio erga te, quem audio moribus esse commodis ac civilibus: nam literarum nostrarum avidissimum esse te vel tua scripta palam clamitant, quæ cum nusquam non affectent politiem ac venerem orationis, dubitari non potest quid de bonis literis sentias. neque enim refert quam feliciter hoc agas; imo cum palam sit te sedulo, ac pene dixerim anxie affectare, quo minus succedit, hoc magis intelligimus animi tui propensissimum studium; alioqui sermonis ornamenta videri poterant ultro nolentem secuta. Hæc inquam mihi subiecerunt stimulos, ut T. P. admonerem quæ et ad tuam dignitatem et ad ordinis negocium et ad reipublicæ Christianæ tranquillitatem pertinere videbantur. sed rursus hinc deterruit non incompertum mihi mortalium ingenium, quorum admodum paucos esse video, quibus feliciter cedat quamvis amica admonitio. Sacra quidem res est consilium, sed eadem periculosa: vetus est 'Consultum male consultori pessima res est'. at ea nunc est morum corruptela, ut bonum etiam ac verum consilium sæpe damno sit bene consulenti. Hunc tamen scrupulum exemit animo meo R. P. episcopus suffraganeus Coloniensis, vir incredibili morum

---

CXXXVI. 1...5 = Indic. bibliogr. n°. 53,1...5. 1) p. 616...621. 2) p. 544...549. 3) p. 518...523. 4) p. 738...741. XVI. 19. 5) coll. 483...490. u. CCCCLII.

---

[1] vellet] mallet *2.3.* [4] Francofurdiam *2.3.* [10] M.D.XIX. *add. 2.3.*

[13] eximio p. *omis. 2. sqq.* theologo *omis. 3. sqq.* [14] libell.] *Inter quos præcipuum locum habebant* Acta Indiciorum inter | F. Iacobum Hochſtraten Inquiſito|rem Colonienſium & Iohan|nem Reuchlin. LL. Doc. | ex Regiſtro publico, | autentico & ſigil|lato. 4°. *In fine:* Hagenoæ in ædibus Thomæ Anshelmi Anno | M.D.xviii. Menſe Februario. | *Qui liber repetitus est in* H. v. d. Hardt Hist. lit. reform. 1717. fol. II. p. 94...130. [25] T. P. *1* (tuam paternitatem). te *2. sqq.* negotium *4.5. et sic infra.* [29] Cf. p. 293. v. 7. [32] R. P. *omis. 2. sqq.* episc. suffr.] Theodoricus a Castro?

comitate suavitateque præditus. quodsi is mihi tui simulachrum bona fide depinxit, non accipies in malam partem quæ nos optimo atque amantissimo pectore nunc admonebimus. Iam olim Capnionis Apologiam magno cum animi dolore legeramus, licet carptim, nec eum dolorem dissimulavimus scriptis ad Capnionem literis, quod tam manifestis conviciis tamque impotenter in adversarios debacchaCaretur, qualescunque essent: nam ii mihi tum non minus erant ignoti quam Capnion ipse. idem deplorabam apud amiculos, inter quos erant qui Capnioni studentes sic placare conarentur ægritudinem animi mei, ut dicerent invidiam omnem in eos conferendam, qui cum debuissent esse modestiæ Christianæque lenitatis exemplum, tam virulentis tamque atrocibus insectationibus priores lacessissent; alioqui Capnionis ingenio nihil esse placidius ac mitius. Dubitanti credere mox ingesserunt scripta Pepericorni, scripta Gratii, scripta M. N. Arnoldi Tongari aliaque quæ nunc non necesse est commemorare. De moribus tuis variabant sententiæ: erant qui prædicarent ipsum te moribus esse satis commodis, sed quorundam instinctibus inflammari; rursus bona pars asseverabat tibi nullos esse magis in consilio quam ambitionem et avaritiam, quod et plurimi fieri velles ob plus quam tyrannicam ingenii ferocitatem, et ob inexplebilem habendi famem Iudæorum facultatibus inhiares. Mihi sane semper hic mos fuit, ut in meliorem partem credulitate vergere mallem quam in deteriorem, ac tum quidem non potui refellere omnia, lenii tamen pro viribus sermonum atrocitatem. Aliquanto post evenit, ut et Acta legerem totius causæ et tuus libellus exiret in manus hominum, quo Benigni dialogum refellis, quem ipsum tamen non nisi carptim legi. Vis dicam quomodo me affecerit? eloquar invitus, sed verissime: melius senseram de R. P. T. prius quam te tibi patrocinantem legissem. quoties illud mecum inter legendum mussitabam 'Vtinam hic se meis oculis cerneret!' Non excutiam cætera quæ meum animum illic offenderint, neque de tota causa quicquam attingo, neque enim mea refert: certe plurimis in locis animi lenitatem moderationemque desiderabam, dignam homine Christiano, dignam theologo, dignam prædicatore. quoties indolui, quoties erubui tuo nomine prius quam præfationem illam perlegerem! quid hic mecum cogitarim, quid æstuarim, quid stomachatus sim, placabilius opinor in sinum tuum effundere, si colloquendi copia daretur. Ante dies vero non ita multos casu nactus sum in aliena bibliotheca iacentem libellum quendam habentem epistolas aliquot magna libertate stomachantes in R.P. T.: prima ni fallor erat Capnionis, altera clarissimi comitis a Nova aquila, tertia Hermani Buschii, quarta Hutteni: harum omnium amaru-

---

[3] Apol.] Defensio Ioannis Reuchlin | PHORCENSIS LL. DOCTORIS | CONTRA CALVMNIATORES SVOS COLO|NIENSES | *etc.* *In fine:* Tubingæ apud Thomam Anshelmum | Badenſem. Anno. M. D. XIII | 4⁰. *Iterum ib. ap. eund.* Anno. M. D. XIIII. | 4⁰. *Item ap.* v. d. Hardt l. c. [12] M. N. *omis. 2. sqq.* [21] Acta] cf. super. not. [22] Benigni] *Prodiit in Germania primum* 'Anno Natiuitatis Dei M. D. XVII. menſe | Septembri.' *sic inscripta:* DEFENSIO PRÆ|ſtātiſſimi viri Ioannis Reuchlin | LL. Doctoris, a Reuerendo pa|tre Georgio Benigno Nazare-|no archiepō Romæ per modum | dialogi edita, atque ex opinione decem et octo grauiſſimoꝝ vi-|roꝝ ad examinandum Ocularo | ſpeculum a Sanctiſs. D. noſtro Leone. P. M. deputato | ſcripta Diuoq Maximiliano Ro. | Imp. Auguſto dicata. | *24 foliis in 4⁰. Cum aliis pro Reuchlino scriptis, Hermanni comitis de Neuenar et Martini Groningi Bremensis, sequenti anno iterum prodiit in 4⁰. post alteram editionem Pirckh. Piscatoris, quam ad num.* LXIIII. *indicavimus. Repetiit etiam v. d. Hardt l. c.* [24 et 31] R. P. T.] te *2. sqq.* [29] præd.] Dominicanno *2. sqq.* [30] æstimarim *1.* [33] libellum] Epiſtolas trium illuſtrium virorum: *Indic. bibl. n.* XIIII. 3. 4.

lentiam nullo pacto ferre potuissem, nisi scripta prius ea legissem quibus ad hanc intemperiem videbantur efferati. eas igitur non simplici cum dolore legi, nunc illorum, nunc tuam vicem ingemiscens, subinde metuens ne bonis et æquis viris tam acerba convicia non omnino in immerentem contorta viderentur; et tamen illos iudicabam indignos, a quibus eiusmodi scriberentur, et te cupiebam indignum videri in quem scriberentur: nam paucis ante diebus exierant libelli duo, quorum altero oppugnas Cabalisticam Capnionis, altero respondes iis qui student Capnioni, cuius phrasis tamen magis resipit Gratium. Nihil hic rursus attingam, utrius causa mihi magis arrideat: neque enim mihi mandata est hæc provincia, et si mandetur, videor mihi libenter recusaturus, nec tantam mihi arrogo doctrinam, ut existimem me posse pronunciare de causis tam arduis, in quibus identidem hæreseos fit mentio: siquidem in præsentia non ago negocium Capnionis, tuum potius ago negocium, et hactenus ago, ut velim te magis in posterum dignitati tuæ consulere ac decori meminisse. nec dubito quin ipse et perspicias et memineris, sed haud scio an tibi quoque more hominum usu veniat, ut impetus et calor contentionis oculos tuos avocet alicubi. . . . . Vale, pater eximie, meque refer in eorum numerum qui tuam amplitudinem haudquaquam ficte diligunt. maiorem in modum precor, ut me tuis sanctis precibus Christo commendare digneris, qui suo mitissimo spiritu semper animum tuum moderetur. Antverpiæ. III. Id. August. Anno M. D. XIX.

ANTVERPIÆ. | **CXXXVII.** | 16. AVG. 1519.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI AC PRINCIPI ILLVSTRISSIMO
DOMINO ALBERTO
ROMANÆ ECCLESIÆ TT. S. CHRYSOGONI PRESBYTERO
MOGVNTINENSI AC MAGDEBVRGENSI ARCHIEPISCOPO
SACRI IMPERII PRINCIPI ELECTORI PRIMATI
ET ADMINISTRATORI HALBERSTATENSI
MARCHIONI BRANDENBVRGENSI *etc.*
ERASMVS ROTERODAMVS S. D.

In tam immensis studiorum laboribus lassescenti nonnunquam non modo calcar, sed et robur addit adeo propensus tuæ celsitudinis favor . . . . Iam vero quantum benignitati tuæ et Hutteni nomine debeam, de quo sic mihi præsagit animus, hominem aliquando magnum ornamentum nostræ Germaniæ futurum, si modo et dei præsidio vita suppetat et tuæ celsitudinis favore non destituatur: nam hanc ingenii lasciviam, ut ita

CXXXVII. Hoc responsum ad ep. d. 13. Iun. a. 1519. (supra n. CXXVIII.) datam statim post hanc in exemplis ad eandem citt. legitur.

[16] alicubi.] Quæ sequuntur cum ad Huttenum non pertineant, quamvis ad ipsum Erasmum Hochstratumque cognoscendos et ad Reuchlini causam illustrandam optime faciant, operis nostri ratio repetere vetat. [20] 11. Augusti [*sic*], Anno 1519. *5.*

[29] ERASMVS ROT. ALBERTO CARD. MOGVNTIN. S. D. *2. et similiter inscriptionem contraxerunt 3. sqq.*

loquar, satis per se corriget ætatis accessio. Quod nihil te commovet error eius qui dicato libello sedulo verius quam prudenter studuit alteri gratificari, ea res mihi animum vere excelsum et tanto principe dignum arguit. Munus nondum est allatum; ubi redditum erit, mihi semper ut res quæpiam sacra servabitur atque etiam ostentabitur ut tui erga me animi pignus tuique de me iudicii monumentum. Bene valeat tua sublimitas, cui semper commendatus esse cupio. Antverpiæ. XVIII. Calend. Septemb. Anno M.D.XIX.

[?] | [D.?] A. 1519.

CXXXVIII.

ERASMVS ROT.
R. P. ALOISIO MARLIANO EPISCOPO TVDENSI S. D.

§.1. Maiorem in modum gaudeo, reverende pater, amplitudinem tuam nobis
esse redditam, ne nullus mihi patronus sit in aula, posteaquam obiit Sylva-
gius, nec rediit Barbirius: neque enim dubito, quin eum animum sis præsta-
turus Erasmo, quem hactenus semper præstitisti, quem ipsum non tam mihi
præstabis quam optimis studiis, quibus quoniam impense faveo, multos habeo
§.2. qui mihi non favent. Mitto Apologiam qua respondeo iis qui me traducebant
apud populum, quod vertissem 'In principio erat sermo'. vel ex hac re licet
§.3. illorum stoliditatem maliciosam agnoscere. Qui has perfert, est Huttenus ille
facundissimus eques et orator bellacissimus, iuvenis candidissimi pectoris et tuo
§.4. dignus amore, nisi plane fallor. Pro consilio tuo tum amico tum prudenti,
quod ex Barbirii literis accepi, gratiam habeo, et animus est sequi. Adissem
ipse R. T. P., sed adhuc tenella est valetudo, nam æstus superior, quem Phaethon opinor rursus admotus solis currui nobis invexerat, me propemodum confecit. Bene valeat R. T. P. cui me modis omnibus commendo. M.D.XIX.

CXXXVIII. 1...5 = Indic. bibliogr. n. 53,1...5. 1) p. 509. 2) p. 451. 3) p. 430. 4) p. 626. XIII. 18. 5) col. 538. n. CCCCXCIII. 6 = Erasmi Epp. select. Basil. 1719. 8°. p. 333. sq.

REBDORFF. | 14. OCT. 1519.

CXXXVIIII.

KILIANVS LEIB PRIOR REBDORFFENSIS
BILIBALDO PIRCKHEIMERO S. P. D.

Inter nos, nisi memoria forsitan excidit, dudum convenerat epistolis temperare scribendis, neque horas quæ cito nimis nimisque labuntur, ostentandæ eruditionis deperdere gratia . . . . Nuper e Ratispona ad me

CXXXVIIII. Heumann. (Indic. bibliogr. n. 70.) p. 267. sq.

[7] Antuerpia 16. Augusti, Anno 1519. *2.*

[9] ROT. R. P. *omis. 2. sqq.* [16] Apol.] *in Erasmi Opp. Basil. 1540. fol. tom. IX.* p. 95....104. [19] bellatissimus *1.* [22] R. T. P.] te *2.* sqq. [24] Bene ... commendo.] Bene vale. *2. sqq.* Anno 1519. *5.*

delatum est Hebraicum istud quod hue videbis inclusum, commentumne dicam mysteriumne dubito. in cupri lamina post exactos urbe Iudæos repertum aiunt. Ego quid verba valeant, teneo; verum siquid altioris negotii inest insitve, mecummet cogitabundus agito. si potes aut si licet, ex doctissimis Capnione vel Paulo Ricio Oecolampadiove exugito. Nosse cupio si Ulricus de Hutten supersit; nam nuper dum essem Moguntiæ, humanis illum excessisse audii, audiique dolens, cum ipsum magnopere vivere et optime vivere malim. hominis demiror ingenium; sed nostras est, Francus est, et forsan patriæ me fallit communio: non fallit, quoniam vir ingenio et eo acerrimo mire præditus est .... Vale die S. Calixti anno 19. ex Rebdorff.

BONONIÆ. — CXXXX. — POST D. 16. OCT. A. 1519.

CXXXX.

1.

[Superscriptio:]

REVERENDO PATRI MARTINO LVTHERO AVGVSTINIANO SACRARVM LITERARVM PROFESSORI TVM DOCTO TVM SANCTO AMICO SVO ANTIQVISSIMO

[*CROTVS RVBIANVS*]

SALVTEM. Eckius Romæ celebratur victor Lipsiacæ disputacionis: tantum §. 1.
valet proprium testimonium, ubi populus spe ducitur in eam partem, in quam velit inclinari victoriam. Ego prohibui præcipitacionem sententiæ, ne id iterum pateretur Rhoma, quod paulo ante tulit cum ignominia, quando Gallo designavit imperium, ubi principes nostri dominum Carolum elegerunt. Sed habeat ipsa suum iudicium, dummodo constat non omnia iusta esse quæ iudicio decernat. Misit Hechius epistolam Rhomam præter quam Pontifici et duobus theo- §. 2.
logis paucissimis visam, quæ dum secretissime legeretur, furtim subauscultavit quidam medicus amicus noster, et quæ obiter retinere potuit memoria, mecum communicavit fraterna fide; ego tibi, Martine, refero eadem fide, ne proferas, quo salvus maneat medicus. Erat scripta epistola per multa capita exprimencia §. 3.
ordinem disputacionis Lipsiensis, deinde modum quo progredi debeat summus pontifex, ad tuam damnacionem designati sunt episcopi cum certo numero ad iudicium necessarii, indicatus modus quo habiti sunt qui contra ecclesiam sen-

---

CXXXX. 1. A = Cod. MS. Goth. bibl. ducal. medio fere sæc. XVI. script. 'chart. B. n⁰. 20.' 4⁰. foll. 11. sqq. 2 = Mon. piet. (Indic. bibliogr. n. 65.) p. 11. sqq. (Has quoque valde memorabiles litteras neglegentius repeti curavit Miegius.)

[14...16] *Hæc in fine epistolæ XVII.* Kal. Nov. a. 1519. *datæ fol. 14. habet cod., supra eam 2. Huic proxime sequenti in cod. suprascripsit recentior manus* Crotꝰ Rubianꝰ Luthero ex Bamberga. *Miegius* N. N. *dedit.* [18] Romæ &c.] Rome *cod. qui, quod tacite emendavi,* e *pro* ę *et (quod retinui, Miegius correxit)* c *pro* t *dare solet.* [20] sententiæ *fñie in cod. scribitur.* [21] Gallo] Francisco I. regi. [22] dominum] Divum *perperam 2. ex* dñm *cod.* elegerunt] d. 28. Iun. a. 1519. [24] Hechius *pro more suo cod.* Eckius 2. [26] medicus] Euricius Cordus? potuerit 2. [28] §. 3.] Cf. e. gr. *Luthers Schrr. v. Walch.* XV. n. 395. sqq. [30] Pontifex ad t. d. Designati s. 2. cum c. numero] *ita cod. et 2.* [31] necessarii] *cod.* niitij *sed ad marg. rec. man.* neccij *unde 2 dedit* necessarii. *Locus non sanus est.*

§. 4. serunt, ut ad exemplum singula fiant. Tractus es ad invidiam imprimis propter
Bohemicam religionem atque approbacionem Hussaici dogmatis; accusati poetæ
et policioris literaturæ studiosi, nominatim vero Huttenus meus, cuius carmina
aliquot citata sunt de fraude Florentina; addita aggravacio instantis periculi
in ecclesia ob gliscentia indies magis ac magis nova studia Græca et Latina:
§. 5. deinde obnixe admonitus summus pontifex, quo in re periculosa moram tollat
atque minis cogat scolam Parisiensem atque nostram Erffurdensem ad pronunciacionem sentenciæ: quin si velit moram trahere, prope diem amitteret Thuringiam, Missniam et Marchiam, moxque deinde alias regiones, quarum populi
§. 6. animo pedibusque in tuam hæreticam sentençiam, ut vocat, eant. Cetera non
servavit medicus, et ego ignota non possum recensere: tu ex illis similia
iudicato atque rem ipsam, quoniam non est parva, imis sensibus reponito, sed
§. 7. tace ni velis me cum medico perdere. quando ad ver novum in Germaniam
rediero, medium digitum ostendam pseudoapostolis qui nos devorant et in fa-
§. 8. ciem cædunt: hic connivendum est. Heckius principio pro mercede disputacionis
fol. 11[b]. | peciit magistratum | hæreticæ inquisicionis in iurisdictione trium episcoporum; nunc mutata vice parochiam Ingelstadiensem ambit, sed in eadem epistola graviter culpat Pontificem quod non damnat cuiusdam ius in eadem parochia pro se, qui pro ecclesia tanta patitur. Salvus sit Carolostadius. Raptim Bononiæ die vtj.
§. 9. Dum his diebus Rhomæ essem, interim nescio quo fato huc concessit Silvestris, tuus Silvester, cum suis faceciis et aeneo naso, qui fratribus Dominicistis prolixum contra te librum ostendit, non Thomam sed Christos et Paulos, puto Chrestos et Palos. Recte pro eo precatus es ne abortum faciat: repete precationem et Lucinam invoca: tumet venter et prominet magno indicio alicuius monstrosi partus. si placet, mox post partum portemus ad extremas
§. 10. insulas aut pro loco relinquamus in medio hominum. Mirum quam gestiam
videre nova fundamenta de ecclesia essenciali, virtuali, repræsentativa, accidentali, nominali et participiali. quid enim aliter venter turgidus quam similia

---

2 Hassiaci *2.* Hussici *s.* Hussiaci *scripserit Crotus.* 3 et *omis. 2.* Hutterus *2.* carmina] Epigrammata ad ipsum Crotum de statu Romano ex urbe missa indicari puto, quæ in exemplo Augustano ineunte a. 1519. prodierant. 5 ac magis *omis. 2.* 6 Denique enixe *2.* 7 effurdiensem *2.* 8 trahere] habere *2.* 9 Miffiã *cod.* Missiam *2.* quorum *cod.* 11 observ. *2.* 12 imis] tuis *2.* 13 quando] cum *2.* 15 f. cedunt *A.* saccum redunt *2.* 15 Eckius *2.* 16 trium] Rhenanorum. 18 damnet *2.* 19 Carolost. cum Luthero Eckii adversarius in disputatione Lips. 19.20 Scriptum Bononiæ, die ut supra, Anno 1517. *dedit 2. aperto errore:* de anno (1519.), a Mohnikio quoque (*Huttens Klagen* p. 561.) perperam indicato quasi 1518. fuisset, nullum dubium ipsa epistula relinquit, sed diem etiam eius recentiorem esse quam d. 16. Oct. qui est sequentis epistulæ Croti ad Lutherum, ex ipsis facile colligetur. Si *Valentini* significaret *vti* codicis, haberemus d. 29. Octbr. a. 1519. sed quamvis tempora sic quadrent, tamen interpretatio ipsa nimis incerta videtur. 21 iis diebus Romæ ... Sylvestris tag sylvester cum suis faretiis *2.* 22 Dominicanis *2.* 23 Thomam] Aquinatem. Christos & *παῦλος 2.* Frigida hodie videtur annominatio: *χρηστός*, utilis, commodus; *φαῦλος*, pravus *sive* palus = Pfahl. 25 promineat *2.* Iudicio *rec. man. in cod.* iudicio *2.* 26 fortus *sed rec. man. suprascripsit* partus *cod.* fœtus *2.* 28 de cœlestica essentiali, virtuati, neque sentativa, acci denti, exominati & participatur. *2.*

monstra protulerit? Phachum saluto. hunc eciam optime valere cupit Erhardus von der Than nobilis.

BONONIÆ. 2. D. 16. OCT. A. 1519.

IDEM *[EIDEM]* S. P. D.

Duo, Martine venerande idemque mihi charissime, firmum in te amorem §. 1.
meum custodiunt, quod summa familiaritate Erffordiæ bonis artibus simul operam
dedimus ætate iuvenili, quod tempus inter similes mores artissima fundamenta
amiciciæ collocat, deinde quod te habemus tam egregium defensorem rectæ pie-
tatis, quam tantum protegis clypeo scripturæ quantum conantur alii spe lucri
subvertere. Quo fit ut qui tam longe absum, sæpius tecum colloquar, iungam §. 2.
dextram, de te somniem, quam ii quos prope habes; in qua re Hessum no-
strum testem facio, utriusque nostrum apud te legatione fungentem: movet
enim me, Martine, movet controversia quam tibi concitarunt cum multis aliis
in caput tuum conspirantes Dominicistæ. et nisi contigisses divinitus huic cor- §. 3.
rupto sæculo, ut te magistrum doctrinæ Christianæ tueretur cælestis dextera,
iam a nobis esses declamatus: tantus illorum furor est qui doctrinam suam
quam *Χριστοῦ* malunt probari; tanta Rhomana avaricia, | ut mille veneni | *fol.* 12a.
modos ac proditiones inveniat, ubi quid lucro officit. Cum in Germania adhuc §. 4.
essem, nondum auditum erat vestrum illud Punicum bellum; anno post Iacobus
Fuxus, tuus item singularis patronus, dum Petri limina visitaret ex voto, pri-
mum nuncium cœptorum armorum attulit; primum autem quod in manus no-
stras pervenit, erat Dialogus Silvestri Theologi acuti, scommatis salibusque fe-
liciter utentis, ita ut ferreos tuos nasos commoveat, cui partes pontificias de-
fendenti sua sponte influit veritas. Post illud acumen mittit nobis Andreas §. 5.
Fuxus decanus Babenbergensis tuum commentarium in disputatas conclusiones,
deinde disputacionem Augustensem, quæ omnia a nobis perlecta avide multo-
rumque doctorum hominum manibus contrita Rhomam quoque legavimus, quo
falsam de te per malos homines divulgatam famam supprimeremus. Oportebat §. 6.
ista secreto fieri, ut venirent in manus legencium sine nomine mittentis, ne

---

CXXXX. 2. A = Cod. Goth. cit. foll. 11b...14a. 2 = [Mieg] Monum. pietatis II. p. 13...17. Integram exhibemus memorabilem epistulam, quamvis de ipso Hutteno nihil habeat, tum quod ad Crotum Lutherumque pernoscendum maximi momenti est, tum quod a Miegio ita corrupte publicata est, ut lectorem ubique vexet.

---

1 optimum *2.* Eberhardus von der thau *2.* *In cod. infra* under Thari¹ *rec. man. posuit* von der Than. *In album academiæ Wittenberg. (edid. Förstemann p. 42.) inscriptus est* „Ewerhardus von der Thau Herbipolen. dioc. VI idus augusti" sub rectoratu Vdalrici Erbar AA. et Med. D. a. 1515.

4 *Ita h. l. cod. De superscriptione vide ad proxime superiorem ep. adnot.* S. P. D. *initio ep. legitur in 2.* 5 itemque mihi Clarissime *2.* 6 Erfordiæ *2.* 7 artif. *cod.* arctissima *2.* 10 sæpies *2.* 11 re] Te *2.* Hessum] Ioannem Norimbergensem, non Eobanum. 12 utrumque *2.* 14 contigisset *2.* 16 declam.] orationibus funebribus. 17 avaritia ut mille veneni ac proditionis modos inv. *2.* 18 lucri afficit *2.* 21 ceptorum *A. 2.* 22 Sylvestri *2.* scomatis *cod. et 2.* 25 Fuxus] fluxus *sed deleta* l *cod.* Tripus *2.* 29 istud *2.*

quid mali capitibus nostris accerseremus per imprudenciam iis locis quibus for-
midabile est imperium sacerdotum: nam loco hæreticorum habentur qui Rhomæ
tuos libellos probant, et qui importent, capitali periculo importent: impaciens
est enim Rhoma, superbia semper formidulosa, ne quid veritas demat eorum
§. 7. quæ per tyrannidem occupantur. Cognita disputacione tua qui volebant inter
Theologos prudencius iudicare, disserebant corde esse tecum, ore dissentire,
non tam quod Pontificis vim formidarent, quam quod illius diminuta auctoritate
§. 8. status Christianæ reipublicæ perturbaretur. quæ sententia quam proba sit, ipsi
viderint: ego sic existimo, Christianam religionem non egere fuco, ac qui
aliter ore quam corde sentit, eum non esse Christi discipulum, cuius doctrina
§. 9. præcepit 'Sit sermo vester Est, est, Non, non'. qua sententia si æque stetis-
sent Theologi recenciores, iidem disputatores ac in Aristotelicis decretis vel aenei
muri, non eo ventum esset, ut cogeremur plus obedire Pontificis voluntati
fol. 12b. | quam Christi præceptis, neque tu | in tua controversia tantum gravarere illius
auctoritate, neque Rhoma adeo mutasset fidem Catholicam in aliam formam,
sed illius, qui cum sit homo, divinos honores ab assentatoribus sibi permittit
impendi, contempta eius forma, qui deus cum esset, sese exinanivit accepta
§. 10. forma servi. Communis vox est Rhomæ eciam eorum qui sapere videntur,
illud non esse, non posse Christianissimum quod Pontifici maximo visum fuerit;
immo si centum Paulos, immo totam scripturam obiicias, cum sit ille Christi
Vicarius, ducem habens sanctum spiritum quo regatur: versantur enim in com-
muni usu loci quidam ex scriptura male intellecti, quibus ora contradicencium
§. 11. e vestigio obturare conantur. Quid igitur faciet disputacio tua, quem fructum
nobis afferent sacræ literæ amissa auctoritate? nempe nullum nisi principes et
episcopi sanctius ducent verba dei defendere, quam vim auri effundere pro tot
palliis, indulgenciis, bullis, nugis, gerris, quo sancti patres sua scorta et cy-
§. 12. nædos alant. Reprehendenti mihi quandoque coram quodam magistro nostro
Dominicista immodicam licenciam Rhomanam qua Christianus populus premeretur
et mores pollueremtur, respondit ille fieri omnia illa divina providentia, et de
dei voluntate non esse inquirendum. cui ego 'Si crimina licet libet defendere
divina providentia, multo sanctius licet eadem proscindere auctoritate scripturæ,
gladio spiritus, quod est verbum dei; quandoquidem voluntas dei non aliunde
§. 13. cognoscitur quam ex testimoniis scripturæ progressæ ex ore altissimi'. Hæc eo
dico, Martine, ut intelligas quam parum valeat Rhomæ si dixeris 'Mirabilia te-
stimonia tua, domine, ideo scrutata est anima mea': eo enim impietatis pro-
gressum est, ut qui vocetur bonus Christianus vel theologus, is extremo con-
temptu spretus esse videatur; qui vero salutatur A cubiculo vel A mensa Pon-
tificis, idem habetur gallinæ filius albæ; ut Pontifex in dignitate primum teneat

---

[3] capitis *2.* [5] occupat. *2.* [6] dicebant *2.* [9] sic] hic *cod.* [10] *Χριστοῦ 2.* [11] præcep.] Evang. sec. Matth. V. 37. præcipit Sic Sermo *2.* qua] quin *2.* [12] disputares *2.* *in cod.* to *suprascriptum est.* decretis Syrenæi mori *2.* [14] *Χριστοῦ 2.* [15] in aliam form formam *cod.* in autoritatem: Neque in aliam formam, formam sui, illius, qui *2.* [16] *Pro* sed *scripserim* scilicet [16] sibi *omis. 2.* [17] forma communis vox servi. Vox *2.* [18] Christianismus *2.* Chrianiss. *cod.* [20] imo si c. P., si totam *2.* *Χριστοῦ 2.* [21] quidam] quuꝫ *cod.* cuiqdā *rec. man. in marg.* enim quidam i. c. usu loci cuiusdam *2.* [23] obdurare *2.* [25] ducent] curent *2.* [26] genis *2.* [29] pollueerentur *2.* [31] licet *2.* [33] eo] ego *2.* [34] si] *ita corr. ad marg. cod.* cum *In 2.* *est* & Mirabilia] Psalm. CXVIII. 129. [35. 36] progressus *2.* [37] videntur *2.* è cubiculo *2.* [38] gallinæ *etc.*] Iuvenal. sat. XIII. 141.

locum. Christus postremum: nihil hic fingitur: quando progreditur | Rex | *fol.* 13ᵃ. §. 14.
sacrificulus, tot Cardinales, tot Prothonotarii, tot Episcopi, tot Legati, tot Præpositi, tot Causidici circa ipsum glomerantur, quot famelicæ aves ad putrida cadavera confluant; sequitur Christi Eucharistia in quodam asino in extrema cohorte, quam inpudicæ mulieres ac prostituti pueri constituunt. Fui nuper §. 15.
Rhomæ cum Hesso nostro, vidi veterum monumenta, vidi cathedram pestilenciæ: vidisse iuvat, vidisse piget. Invaserunt ibi me quidam de indulgenciis et Pontificis potestate acuti ut sibi videbantur, quasi ego de iis aut possem aut velim disputare, præsertim Romæ: tacendo me tuebar, nisi quod aliquando per iocum respondi, quod solus dominus ad inferos ducit et reducit, cuidam verboso transferenti remissionem peccatorum a dei potestate in manus pontificis propterea quod Christus Petro dicat 'Quicquid solveris super terram'. Non ergo §. 16.
victor es, Martine, quamvis armatus præsidiis scripturæ gladio spiritus sancti iugulum adversarii pecieris: penes Rhomanam sedem, non scripturam stat iudicium de victoria; hæc enim ab illo, Silvestro tuo teste, auctoritatem sortitur.
Sed ab hac difficultate salvum te servat provocacio tua ad tribunal generalis §. 17.
concilii, adeo ex omni parte munita præsidiis iuris divini et humani, ut ab adversariis quoque laudem mereatur; sed mirum quantam bilem concitet Florentinæ factioni, timidæ ne sublato iure in animas defunctorum postea simili disputacione detrahantur pallia, reservaciones, bullæ, privilegia, latissime patens iurisdictio ceteraque, quibus nomen imposuerunt libertatis ecclesiasticæ, retia contrahendæ pecuniæ miserorum. Cæca erit Germania donec manebit in suo §. 18.
errore et donec studiosi publice non clamant, non scribunt contra noxios mores quos nobis Rhoma mittit, rudemque plebeculam admoneant Rhomanæ fraudis, quod hactenus tocies spoliati sub prætextu pietatis pro palliis, pro confirmationibus, pro Turca debellando. nunc ad maius incommodum Cardinales in | me- | *fol.* 13ᵇ. §. 19.
diam Germaniam accepimus: nam quid hæc novitas Florentinorum parturiat, brevi indicabit eventus. Ego te, Martine, sæpe, cum de te sermo oritur, patrem patriæ soleo appellare, dignum aurea statua, et festis quotannis, qui primus ausus es vendicare populum domini a noxiis opinionibus, et rectam pietatem asserere. perge ut cœpisti, relinque exemplum posteris; nam ista facis §. 20.
non sine numine divum; ad hæc respexit divina providentia, quando te redeuntem a parentibus cœleste fulmen veluti alterum Paulum ante Oppidum Erffurdianum in terram prostravit atque intra Augustiniana septa compulit e nostro consorcio, tristissimo tuo discessu. Post hoc tempus etsi rara fuerit familiaritas §. 21.
nostra, animus tamen meus semper tuus mansit, ut potuisses animadvertere ex epistola quam superiore anno ad te misi Augustam, si fuisset reddita, quo tempore te summo studio commendavi Thomæ Fuxo equiti auctoritate apud Cæsarem spectato. Fatigatus quidem es hactenus et corpore et fama multa per- §. 22.
pessus: sed ardua sine gravi labore non perficiuntur: ubi finis erit malorum, meminisse iuvabit, et dices 'Transivi per aquam et ignem et salvus factus sum'.

---

1 quando] Cum *2*. 4 *Χριστοῦ 2*. 6 Catedram *2*. 7 invaserint *2*. quidem *2*. 9 præs. R. tac. me turbar *2*. 11 dei] Domini *2*. 12 dicat] Evang. sec. Matth. XVI. 19. 14 petieris, si p. *2*. 16 te] se *2*. 17 iuris] viris *2*. 18 quoque] quam *2*. meretur *cod. et 2*. quantum *2*. conciliet *2*. 21 libertate Ecclesiastica *2*. rhecia *cod.* 24 rudemq.] eandemque *2*. 28 indicabit *2*. 30 es] est *2*. 32 quando] cum *2*. 33.34 Erfurdianum *2*. 35 Fuchso *2*. 41 erit, malorum meminisse, iurabis *2*. 41 Transivi] cf. Psalm. LXV. 12.

tum in te vultum suum convertet Germania, tum verbum dei abs te cum admi-
§. 23. racione audiat. Sed per tuam mansuetudinem te rogo ne post descendas in
arenam disputacionis publicæ, præsertim contra temerarios: nescisne quod pueri
aiunt 'Contra verbosum noli contendere verbis'? disputa intra tuum monaste-
rium, calamo, quiete; exactissima habetur disputacio quæ chartis mandatur;
quæ verbis ultro citroque fertur, caret iudicio et sæpe animum disputantis a
§. 24. vero perturbat, ne interim dicam turpe esse Theologo ad iurgia descendere. Vt
fol. 14ᵃ. | primum constabat nobis dies contentionis, | displicuit consilium: novit enim
Bononia mores Eckianos, novit et Wienna bene, tamen cessit pro nobis, testi-
§. 25. bus epistolis Langii et Melanchtonis. Vale et me ama, ego te amare non de-
sinam. honorem tuum quantum eius tuto fieri potest, hic tuebor. Ignosce extemporalitati, malui tecum verbose et sine cura scribere quam accurate brevem contexere epistolam. Vix licuit revidere. Bononiæ XVII. Kls Novembris MDXIX

Crotus Rubianus.

[Superscriptio *a nobis pag. 307. ad epistulæ caput posita est*].

LOVANII. — 19. OCT. 1519.

CXXXXI.

ERASMVS ROT. EOBANO HESSO SVO S. D.

Iam arbitrabar mihi probe cognitam Germaniam, et quicquid esset insignium ingeniorum, pervestigatum: adamabam ingenium Beati Rhenani, exosculabar indolem Philippi Melanchthonis, suspiciebam Capnionis maiestatem, capiebar Hutteni deliciis, et ecce de repente Hessus quod antehac in singulis vel amabam vel mirabar, unus universum exhibuit: quid enim aliud Heroides tuæ quam Christianum Ovidium referunt? cui vel in oratione soluta contingit ea facilitas, quæ tibi in omni carminis genere? Eloquentiam æquat eruditio, et utrumque decorat Christiana pietas. iam in oratione prosa talis es, ut alienus a carmine videri possis. O venam ingenii vere auream! Nec a stilo mores abhorrent, quibus nihil candidius, nihil simplicius, nihil potest esse purius. Rara avis, eximia doctrina sine supercilio. . . . . Bene vale, Germaniæ nostræ vel præcipuum decus. Lovanii XIV. Calend. Novemb. M.D.XIX.

CXXXXI. 1 = Erasmi Epp. (Indic. bibliogr. n. 53,4.) p. 1902. XXX. 6. 2 = ibid. 53,5. col. 513. n. CCCCLXXVI.

---

5 exactissimè 2. chartis] martis 2. 6 ultro *omis.* 2. 8 primum] præmium 2. constabat] constat, at 2. et consilium 2. 9 Eckius et Bononiæ et Vindobonæ publice de usuris disputaverat. 9.10 testibus expertis, L. 2. 10 Melanchthonis 2. 11 eius *omis.* 2. 12 malim 2. 13 XVI. Calend. 2.

18 Hanc epistolam fortasse respexit Eobanus, sed magis puto Erasmicam Hutteno in annot. ad N. T. dicatam laudem (supra n. XXXII. repetitam), cum in Hodœpor. Erphord. 1519. scriberet:

Præterea Huttenum quis iam non novit, Erasmo
Laudatum. quo laudari (sit gratia ficto)
Iuppiter ore velit.

Cf. Burckhardi Vit. Hutt. III. p. XXXI.

STECKELBERGÆ. | 26. OCT. 1519.

CXXXXII.

HVTTENVS EOBANO HESSO SALVTEM.

Aliquot ante dies cum quid ego in literis elaborem tibi significarem, §. 1.
certior fieri abs te petebam quid ipse interim ageres: num quid et tu pro
gloria patriæ et huius nationis libertate, a tyrannis pontificibus oppressa
recuperanda auderes. quæso aliquid molire, mihique statim quale sit hoc
multo antequam edes adnuncia, ut me nova interim spe exhilarem. Luthe- §. 2.
rum in communionem huius rei accipere non audeo, propter Albertum
principem, qui temere persuasus est aliquid ad se pertinere hoc negocium,
cum ego secus iudicem, quod doleo, ob quandam interceptam mihi occa-
sionem, qua insigniter ulcisci patriæ potui iniuriam. etsi nil secius id- §. 3.
ipsum facio interim, et rectius fortasse, quod meopte instinctu. Præterea
Melanchthonem habet Lutherus non ineptum autorem, cui sua exornanda
præbeat. Inveni nuper dum bibliothecam Fuldensem pulveribus pene de- §. 4.
perditam et carie situque debellatam excutio, libellum insigniter elegantem,
adversus Gregorium Pontificem, qui et Hildebrant, eiusque sectatores con-
scriptum. In quo illud ad lachrymas usque doleo, quod finis deest, vi- §. 5.
debis autorem (edam enim) qualem iis temporibus vixisse non putasses.
Strenue pontificum tyrannidem oppugnat, et pro libertate Germanica bel-
ligeratur animosissime. Argumentum est apologia Henrichi Imperatoris,

---

CXXXXII. A) Ex autographo in bibl. reg. Monachiensi nunc servato quod cel. Halmius, eius bibl. præfectus humanissimus, mecum communicavit. Antea hæc epistula non nisi ex B) apographo Schlegeliano, cuius exempla duo in Burckhardi collectaneis ad Hutteni vitam describendam factis, nunc Guelferbyti adservatis, foll. 2.3. exstant (primum B^1 verum ut videtur apographum, alterum B^2, fol. 3., a Burckhardo, ut operis traderetur, transcriptum et ad suum ipsius captum emendatum), neque satis adcurate expressa legebatur apud 1 = Burckhard. Vit. Hutt. II. 30...32. 2 = Wagenseil. p. 222. sq. 3 = Hutt. Münch. III. p. 223. sq.

---

[2] Huld. *ante* Huttenus *adscr. manus sæc. XVI.* [3] quum *ubiq. 1...3.* cum *A. B.* litteris *1. 2.* [4] abs te fieri *2. 3.* quoq; *post* ipse *delevit ipse amanuensis.* [6] aliquid auderes. *1...3. (istud* aliquid *neque in Schlegel. apographo fuit).* quæso] *Alia manus fecit* Quæſo. [7] adnuntia *1...3.* [9] negotium *B. 1...3.* [10] quamdam mihi interc. *1...3.* quantam mihi i. *B.* [11] patriæ] *corr. ex* patriam nihil socius ad i. B^1. nihil secius ad i. B^2. nihil socius ob i. *1...3.* [12] fortasse, quod opto, me instructum. *1...3.* fortasse, quod me opto [*sed fuerat* meopte] inſtructum [*fuerat* inſtrutu] B^1. quod me opto instr. B^2. quod *in autogr. est* ♀. [13] auctorem *et sic infra 1...3.* authorem B^2. [14] pæne *1...3.* [16] Hildebrand B^2. [16.17] inscriptum $B^{1.2}$. *1...3.* [17] lachrymas *(A?)* $B^{1.2}$. lacrimas *1.* lacrymas *2 3.* [18] (crede mihi) B^1. *1...3.* (vatem enim) B^2. [19] Strenue *B. 1...3.* [19.20] belligerat is animosissimus *1...3.* belligeratur animosissimus $B^{1.2}$. animoſiſsiē *ad marg. scriptum est in autogr.* [20] Henrici *B. 1...3.*

quem pontifex anathemate percusserat. Nihil vidi liberius, elegantius hoc in genere nihil. Ita percellit, itaque proterit ac iugulat impostores. dignum
§.6. duxi adscribere præfationem quæ simul edetur. Hoc tam nobile inventum prodes amicis circum omnibus ut expectationem ipsis ingeras, neque enim visum adhuc cuipiam arbitror, valdeque ipse mihi placeo dum rem eximie pulchram, nec minus interim necessariam, primus in lucem hac tempestate
§.7. profero. Hæc volui non tam ut ne ignorares, quam ut similia audendi animum tibi facerem, utque torpentem te mutua æmulatione excitarem. Iam diu enim est quod nihil abs te novum accipio. Vale ex Steckelberg VII Caleñ. Novembris.

Aperbachium et Mutianum nihil scribentes ex me saluta. Iuxta proficiscitur ad Ionam epistola. iterum vale.

Per amanuensem.

[Exterior epistulæ inscriptio hæc est:]

Eobano Heſſo Poetæ nobili a-
mico neceſſario ſibiq; longe cariſs.
Salut.
Erdfurdiæ.

AVGVSTÆ VINDELICORVM. **CXXXXIII.** 1. NOV. 1519.

CXXXXIII.

BERNARDVS ADELMANN DE ADELMANNSFELDEN
CANONICVS AVGVSTANVS
BILIBALDO PIRCKHEIMERO S.

Quid actum sit cum nostro Reuchlin ignoro, meliora tamen spero. Quæ Huttenus scripsit vidi; taxat multos, nec contribulibus meis parcit. videtur mihi nescio quid de Franconico fastu redolere; quam vere scripserit, indicent qui sua legunt. . . . . Dialogum Nastadiensis Erasmi esse bene scribis. legi hodie eorum nomina, in quos scriptus fuit; omnes sunt Lovanienses. Imprimuntur nunc Epistolæ suæ antea non impressæ . . . . Augustæ prima Novembris anno salutis MDXIX.

CXXXXIII. Heumann. (Indic. bibl. n. 70.) p. 177. sq.

[3] Cf. infra n. CLV. nobile *omis. 2. 3.* [4] prodest *B. 1...3.* ingras *2.* ingeas *3.* [5] arbitrer B^2. [6] non minus ** quam ut *omissis verbis* interim .... ignorares *1...3.* non minus interim laudes quam B^1. non m. int. vera res, quam B^2. [8] terpentem *2. 3.* [9] novi *B. 1...3.* Steckelbergk *1...3.* [11] Aperbacchum *1...3.* [13] Per aman. *et reliqua omiserunt B. 1...3.*

[24] contrib.] *canonicis, ut Petro de Aufsäs.* [26] Dialog.] Cf. supra p. 171.

LOVANII. | CXXXXIIII. | 1. NOV. 1519.

CXXXXIIII.

REVERENDISSIMO ARCHIEPISCOPO ET PRINCIPI MOGVNTINO CARDINALI ERASMVS ROTERODAMVS SALVTEM DICIT.

Reverendissime præsul et idem illustrissime princeps, Redditum est mihi celsitudinis tuæ munus, materia iuxta atque opere visendum et insigne, dignum quidem quod a tali principe mitteretur, sed haud scio an dignus Erasmus, ad quem mitteretur, quem magis convenit vitreis aut Samiis quam auro cælatis poculis bibere. Quodsi calix vitreus missus fuisset, tamen mihi inter ea quæ maxime sunt in deliciis, reponeretur, vel ob id ipsum, quod ab heroe longe optimo profectus fuisset. Commendavit autem mihi non mediocriter munus per se gratissimum Huttenus noster, qui docuit appellari 'Poculum amoris', seu Gratiis sacrum, ob id opinor, quod cum velut osculo sibi committuntur, e duobus fiat unum; addit eam inesse vim, ut qui ex hoc biberint, tenacissima quadam benivolentia conglutinentur. Huius rei periculum facere volens reverendissimo domino d. Guilhelmo cardinali de Croii, cum hisce diebus inviseret bibliothecam meam, e tuo poculo præbibi et ille mihi vicissim. Iuvenis est longe fœlicissimus et cuius indoles non videatur indigna tanta fœlicitate. sed doleo serius fuisse redditum. . . . . Lovanii Calen̄. Novembr. Erasmus Roterodamus E. R. T. D. addictiss.

[Cf. supra p. 260. 275. sq. 306.]

CXXXXIIII. A = DESIDE|RII ERASMI | ad Reuerendiſſimū Mo|guntineñ. præſulem: at-|q; illuſtriſſimū princi|pem, epiſtola, nonni-|hil D. Martini Lu-|theri negocium| attingens. | M.D.XX.|(4 *folia in* 4°.) Apographum huius epistolæ est in cod. MS. biblioth. ducal. Gothan. 'Cod. chart. n. 20. 4°.' foll. 19ª...24ª. 1...5 = Indic. bibliogr. n.53,1...5. 1) p. 473...477. 2) p. 420...424. 3) p. 400...403. 4) p. 583...588. XII. 10. 5) coll. 513...517. n. CCCCLXXVII.

[BASILEÆ.] | CXXXXV. | [M. NOV. A. 1519.]

CXXXXV.

[WOLFG. FABRICIVS CAPITO VLRICO HVTTENO.]

„Anno deinde MDXX. Mense Aprili favore Ulrici Hutteni, equitis Franci, ab Archiepiscopo Moguntino Alberto Cardinali in aulam vocatus Principis Concio-

CXXXXV. Ex Adami vita Capitonis (Vitæ Germ. Theologor. Francof. 1653. 8°. p. 89). Eadem Capitonis verba exhibuerat etiam Abrah. Scultetus in Annalib. evangelii renovati ap. v. d. Hardt Hist. reform. part. V. p. 35. quæ infra ad ann. 1523. fin., exhibebimus.

[2] Inscriptionem *A non habet; dedi ex 1.* ALBERTO ARCHIEPISCOPO ET PRINCIPI MOGON|tino Cardinali Erasmus Roterodamus. | SALVTEM plurimam. *2 et similiter sqq. edd.* [4] Reverendissime] Suspiciende *2...5.* [5] Et insigne dignum. dignum si quidem a tali *cod. Goth.* [7] Samiis] *figlinis.* celatis *4. 5.* [12] quum *4. 5.* [14] benevolentia *cod. Goth. 1...5.* volens Guilhelmo cardinali Croio *2...5.* [17] felicissimus *1...5.* [18. 19] Lovanio 1. Novembris, Anno 1519. *5.* [19] M. D. XIX. *add. 1.* Anno M. D. XIX. *add. 2...4.* Omnibus litteris numerus expressus est in *2.* Erasmus *etc. omis. 1...3.*

nator et Consiliarius, sive intra cancellos consiliariorum primas tenens cancellarius est declaratus. Suscepit eam condicionem libentius ideo, ut Moguntiæ quoque Christianismum plantaret. Sic enim ipse epistola ad Huttenum anni superioris mense Novembri:

Iuris Pontificii, ut vocant, Doctoratum suscipiam: propter auctoritatem videlicet comparandam: scopum subolescis, præ ceteris multis sacrosanctum. Licet interim sint aliqui qui vitio vertunt Theologum esse et una simul civilem: quasi Theologus necesse habeat exuere omnem humanitatem.

Suasu ergo Hutteni amici tertium Doctoris gradum prioribus adiunxit, ob causam indicatam, ut et Christi regnum promovere et halcyonia ecclesiæ facere posset."

MISNÆ. | CXXXXVI. | 6. DEC. 1519.

CXXXXVI.

PETRVS MOSELLANVS IVLIO [*PFLVG*] SVO S.

Nuper cum a Treviris meis, quo ex negocio quodam principe bene favente iter confeceram, in hanc tuam patriam me reciperem, mali suspicans nihil, tantam rerum omnium permutationem, immo perturbationem offendi, ut subitaneos adeo rerum humanarum motus satis mirari non possem. nam statim ut Erphurdiam in redeundo perveni, amici quos illic habeo multos et magnos, civilia potius aut familiaria Saxonum inter sese bella narrabant. tum litterarias conflictationes Lipsiæ ac Wittenbergæ, ex quo abiissem, famosæ illius disputationis occasione existenteis, ac sine fine progredientes, quarum et ipse pars essem . . . . ac vero archiepiscopus Trevirensis, cui Martini causa a pontifice est commissa, homini non admodum vult male. id quod ex mutuo colloquio, cum nuper in patria ad prandium ab eo vocatus essem, didici. Hic heros prudentissimus est et animi plane magni, ut Romanenses istos nihil moretur. Franciscus de Syggingen ille magnus in Germania ductor Hogestratum ac suos sodaleis graviter urget, quo Capnioni nostro rei familiaris iacturam, quam propter eos fecit, intra statum tempus resarciant, alioqui se eos pariter et Coloniensem remp. afflicturum: devoluti enim sunt hostes Reuchlini in expensarum condemnationem ut vocant. Ulrychus Huttenus principis sui sumtibus Moguntiæ trium linguarum scholam adornat. Vides quam paucis annis tota Germania litteras cœperit amplecti. Et in hac laude Friderico principi electori primæ debentur . . . . Misnæ octavo Eidus Decemb. An. M.D.XIX. Raptim ac celerrime, ut vides.

CXXXXVI. Ex Petri Mosellani litteris ad Iulium Pflugium de disputatione Lutheri cum Eccio Lipsiæ habita a. 1519. ex αὐτογράφῳ descriptis in Io. Schilteri de libertate ecclesiarum Germaniæ lib. VII. Ienæ 1683. 4°. p. 840...852.

---

[14] Treviris] Petrus Schade in vico Bruttig ad Mosellam, circuli Kochemiensis, diœceseos Trevirensis, natus fuit, unde Protegensis adpellabatur. [27] Cf. adnot. p. 320. i. f.

CXXXXVII.

[IOANNES COCHLÆVS.]

. . . . . . Multæ id genus querimoniæ spargebantur in vulgus, non solum a Luthero ipso, sed etiam a complicibus eius, maxime a poetis et rhetoribus plærisque qui theologis et monachis oppido infesti erant, non solum propter Lutherum, sed etiam propter Ioannem Capnionem et Erasmum Roterodamum, viros sane eruditissimos et de literis linguisque magnifice meritos, quibus nonnihil causæ et contentionis erat cum illis. Sed et iureconsulti non pauci ac aulici qui opibus, autoritate et gratia pollebant, pro Luthero contra ecclesiasticos multa non tam scriptis libris quam epistolis et sermone, tum clam ad aures principum, tum palam ad populum agebant ac gliscens laicorum in clericos odium suis detractionibus callide adaugebant. maxime vero incendebat animos non modo procerum et nobilium, verum etiam civium et rusticorum Ulricus Huttenus, eques Germanus, vir et nobilis familiæ et acerrimi ingenii; qui et antea prius quam Lutheri nomen orbi notum esset, multa pro libertate Germaniæ, contra pensionum quæstus et citationum vexationes, quibus Romana curia Germaniam gravare videbatur, scripserat, non solum carmine, verum etiam soluta oratione vehemens et acer. Is tum ædiderat Triadem Romanam, libellum quidem parvulum, sed mire festivum et inventionis ingeniosæ argumento laicis admodum plausibilem et acceptum: quo sane effecit ut nihil æque invisum esset Germanis complurimis ac nomen Romanæ curiæ et curtisanorum.

CXXXXVII. Historia de actis et scriptis Martini Lutheri Saxonis. (Paris. ap. Guil. Chaudliere, a. 1565. 8⁰. ed. fol. 19.) ad finem a. 1519.

NORIMBERGÆ. | EXEVNTE A. 1519. S. INEVNTE A. 1520.

CXXXXVIII.

CLARISSIMO VIRO HIERONYMO EMSERO
BILIBALDVS PIRCKAIMERVS S. D.

Tametsi, Hieronyme doctissime, Græcarum literarum studium a non parum multis reprehendi et contemni soleat, nemo tamen sanæ mentis inficias ire poterit magnas et nequaquam vulgares utilitates ex illarum cognitione ortum habere. Et ut reliqua prætereamus commoda, quis unquam putasset egregiam illam maledicendi artem et quam vilissima scorta, lenones impurissimi ac reliqui extremæ sortis homines præ cæteris callent, arte constare et peculiaria sua habere præcepta, nisi ex Græcorum id monumentis expiscatus fuisset. quapropter nemo dehinc existimet probos illos viros, qui tam fœde in generosum

CXXXXVIII. LVCIANI | RHETOR A | BILIBALDO | PIRCKAIME|RO IN LATI|NVM VER|SVS. *(12 foll. 4⁰. in cuius extremi prima pagina insigni Anshelmiano suprascriptum est:)* Hagenoæ in ædibus Thomæ Anshelmi | Menſe Ianuario. Anno M. D. XX.

3 querimoniæ] quasi Lutherus nihil nisi veritatem pacemque quæreret, ipsi vero iustitia denegaretur.

et inclytum comitem de Neuenar, nobilem ac doctissimum Huttenum, me quoque ac omnes denique bonos et eruditos spurcissimis debacchati sunt convitiis, absque singulari dicendi ratione adeo delirasse, quoniam sacrum illud Capnionis et nunquam satis laudatum caput nostris extulerimus præconiis: græcissarunt enim homines suaves, utpote qui assidue pergræcantur. Cæterum id forsitan mirum videri potest, quo pacto ad tam profundæ scientiæ cognitionem pervenire quiverint, cum non solum Græcarum literarum sint expertes, sed ab omnibus bonis disciplinis penitus alieni: necesse itaque, ut tantum bonorum cumulum a quopiam Græcarum gnaro olim acceperint et tanquam veste ignem custodierint illibatum; alioqui nunquam tam exacte admiranda illa præcepta conviтiando observare potuissent. Ne igitur ars tam praeclara diutius in Græcis literis sepulta lateret, aut eam præstantissimi illi homines tanquam Midæ divitias soli possiderent, illam inde eruere et Latinis quoque auribus impertire statui: non ut optimus quisque (illorum instar) dicendi normam inde sumeret, sed quo tam venustam, lepidam et iucundam Veneris et Gratiarum fœturam discernere ac discernendo recte vitare posset. ἡ γὰρ αὐτὴ δύναμις τῶν ἐναντίων ἡ ἐναντία. et ille probe bona eligit qui mala rite fugere novit; quanquam sanctissimi viri non indigni essent qui artis huius præsidio talia audirent qualia ipsi dixerunt, indigni tamen sunt, ut a probis male audiant, indigniores ut bonorum vituperatione ornentur, indignissimi qui Reuchlinistarum insectatione nomen vel famosum, quod summopere exoptant, consequantur; quamvis nec hoc negaverim iusta eos indignatione nonnunquam dementare ac beluarum instar sæpissime excandescere. Non enim usque adeo insulsi sunt ac hebetes, quin se barbaros, inertes, rudes, ineptos, stupidos, illiteratos et plane disciplinarum cunctarum inscios esse cognoscant; adversarios vero suos homines politos, compositos, excultos, aptos, perspicaces, eruditos et nullius rectæ scientiæ ignaros, ut interim de moribus et vitæ honestate sileamus, et quod longe intolerabilius est, idiotas etiam supinam eorum ignorantiam diiudicare. Cur igitur non doleant ac rabiose maledicant, cum longe facilius sit tam stupenda conviciandi ratione munitos quicquid in buccam venerit effutire et omnes homines virulenta lingua dilacerare quam ignorantiam abiicere, optima perdiscere et animum bonis quibusque artibus exornare. Quin hoc quoque vel modestissimo eorum bilem moveret, cum non solum provectioris ætatis viros, sed adulescentes ipsos et vix ex ephebis egressos tanta præditos doctrina cerneret, ut de arduis quoque rebus egregie disserere et in cunctis rectissime sentire possent. Iustissime igitur tam furenter insaniunt, et, ut assidue sui sint similes, quod semper facere consueverunt, nunquam facere desinunt: et recte quidem: non enim de asini umbra, sed de asini ipsius pelle agitur. Petulcum enim animal, non solum de fama et existimationis iactura solicitum est, sed et lucri defectum ac venturum detrimentum perquam callenter perpendit timetque, ne detracta leonina pelle rursus antiquum illum asinum ostendere et præter dira verbera labores immensos, iampridem desueta onera, iterum ferre cogatur. Igitur proterva et temeraria bestia conditionem suam tam miseram deplorare ac fortunæ iniquitatem execrari non desinat. Nos vero, Hieronyme præstantissime, salutari annulo muniti sycophantorum morsus et improba rabularum convicia non solum benigne feramus, sed et floccifaciamus, contemnamus et irrideamus; quin potius exultemus nobisque applaudamus, quod in hanc, saltim hoc nomine fœlicem incidimus ætatem, qua

---

[3.4] „Capnionis sacrum caput", *in marg.* [16] ἡ γὰρ κτλ.] „Ex Aristotele" *ad marg.* Cf. Gell. N. A. XVI. 8,14. [33] ephœbis *f*.

veteres disciplinæ reviviscere, literarum studia florere et omnes bonæ artes in lucem prodire incipiunt; quibus brevi universi illi barbari hostes profligari, pelli et penitus e medio tolli possunt, ita ut nostra Germania non solum bellica laude, maiorum nobilitate ac Romani imperii præeminentia excellat, sed omnium bonarum literarum scientia, cunctarum disciplinarum eruditione, clarissimorum ingeniorum fœlicitate illustretur, celebretur, decoretur. quandoquidem ad tantam consequendam victoriam neque militum deest exercitus, imperatorum etiam superest manus: nam ut reliquos studiorum prætereamus refocillatores, nonne illustrissimi illi Saxoniæ Duces, quamvis maiorum titulis adeo sint insignes, opibus tam potentes, animi et corporis dotibus perinde fortunati, ut nil ad tam absolutum fœlicitatis cumulum addi posse videatur, ultra hæc tamen literaria instauratione immortalem, veram et nunquam intermorituram sibi peperere gloriam. quam enim maiorem, firmiorem et honestiorem sui memoriam magnus ille Romani imperii elector Fridericus Saxoniæ Dux incomparabilis relinquere potuisset quam talem tamque egregiam academiam erigere, quæ etiam cum priscis illis contenderet, præsentium vero nulli inferior, plurimis esset superior: siquidem cæli quis stellas antea numeraret quam veram studiorum officinam illam digne laudare aut tot doctissimorum virorum merita præconia celebrare posset? Hoc nullo non memorandum ævo primos fuisse Vitenbergenses sapientes qui post tot secula oculos aperire, verum a falso dignoscere et depravatam philosophandi rationem a Christiana theologia secernere inceperint. Huius tanti principis vestigia sequutus illustrissimus dominus tuus, Georgius Saxoniæ dux florentissimus, qui ne patruo virtutibus cederet aut pace minor quam bello esset, Lypsensem suam academiam ita doctis viris exornat, ita studiorum incuriam diligenter emendat, ita bonarum artium cupidos instigat, ut non minorem inde gloriam consequatur quam disciplinarum candidati utilitatem adipiscantur. quodsi verbis reliquas tanti herois tui virtutes complecti vellem, nil aliud profecto agerem quam solis splendorem faculis illustrare. Cæterum ut tandem ad Lucianum nostrum revertar, ego tibi, mi eruditissime Hieronyme, tam lepidum Rhetorem et venustum dicendi magistrum dedico, non solum ut amicitiæ nostræ pignus sit certissimum, sed quemadmodum me olim in bellicis rebus Martialium copiarum ducem esse vidisti, ita nunc in Reuchlinianis castris ordines gerentem non penitus ignavum ἀλεξίκακον esse cognoscas, maxime cum tu quoque ἀλαστόρων illorum præcipuus hostis existas et in Reuchliniano commilitio (absit verbo invidia) acerrimus propugnator habearis. Accipe igitur, Hieronyme amicissime, munus ut arbitror non omnino ingratum, ac Bilibaldum tuum amore et benevolentia, ut semper fecisti, prosequere. Paulum Prachtbectium iureconsultum clarissimum et Henricum Stromerum medicum præstantissimum meo nomine saluta, tu quoque fauste et fœliciter vive ac vale.

---

[14] „Fridericus Saxonum dux bonarum literarum instaurator". *ad marg.* [19] „Vitenbergenses Theologi Christianam docent theologiam" *in marg.* (Pirckheimerus cum hæc scriberet, Emserum acerrimum horum theologorum hostem mox futurum esse non est auguratus.) [31] in bellic. reb.] contra Helvetios, quod bellum Pirckh. commentariis descripsit. Cf. p. 200. i. f. [33] ἀλεξ.] malorum depulsorem [34] ἀλάστωρων (*sic*) *l.* scelestorum (fratrum cucullatorum).

STECKELBERGK. — **CXXXXVIIII.** — I. IAN. 1520.

VLRICHI HVTTENI EQ.
AD REVERENDISSIMVM IN CHRISTO PATREM AC DOMINVM D. CHVNRADVM EPISCOPVM WIRCIBVRGENSEM ET FRANCORVM DVCEM IN DIALOGVM SVVM FORTVNAM PRÆFATIO.

§. 1. Iam novus iiit annus, tu novus paulo ante datus nobis præsul es,
pater reverendissime ac princeps optime: ego quid, non aliquid mittam
novum tibi novo principi novo ineunte anno donum, quo nobis gratuler
non tantum hac e familia, hoc ordine, sed talem etiam virum datum te
principem? aut alibi potius hoc faciam quam in eo libello qui de Fortuna
§. 2. est a me conscriptus? Non quidem quod arbitrer fortunæ potius acceptos
referri oportere hos tuos progressus, quam aut dei beneficentiæ aut tuæ
virtuti, sed quia disceptatio est ibi de iis quæ utcumque eveniunt homini,
§. 3. quæ casibus alii, quidam fato, nos providentiæ divinæ adscribimus. Tibi
dedico Fortunam igitur, non quod hæc illa dederit, sed quia in ore est
mortalibus, quicquid evenerit, eius commemoratio: sive enim prospere agunt,
§. 4. fortunam canunt, sive infeliciter, eandem accusant. De te vero, hac vir-
tute, his moribus prædito quantum errasse hoc quicquid est quod omnia
dispensat, videri debuit, nisi hæc tribuisset? merebatur hoc probitas tua
§. 5. singularis et eruditio merebatur eximia. Sed laudare desinam, ne siquem
ego laudem, ei obtulisse donum me existimem. Optime vale, princeps optime,
ac nobis diu superstes vive. Ex specula Huttenica Steckelbergk Calen. Ian.
Anno M. D. XX.

CXXXXVIIII. A B = Indic. bibliogr. n. XXVII. 1. 2. 3 = Hutt. Münch. III. p. 347. sq.

MOGVNCIACI. — **CL.** — 20. IAN. 1520.

VLR. HVTTENVS PHILIPPO MELANCHTHONI S.

§. 1. Fortasse iam notum habes, ut vi sua meoque instinctu liberaverit a

CL. A = MS. Spalatin. Vimar. 4°. fol. 461. Spalatini manu factum apographum, ex quo edidit 2) Kapp (Indic. bibl. n. 68.) II. p. 425. *Hunc operis tradidit* 3) Wagenseil. p. 227., *ex quo repetiit epistulam* 4) Münch. III. p. 337. 5) Corpus Reformatorum ed. Bretschneider. Vol. I. Hal. 1834. 4°. p. 131. n. 57. — (Germanice extat ep. in *Luthers Schriften v. Walch.* XV. p. 1946.

[7] Episcopo Laurentio a Bibra successerat a. 1519. hic ad quem scribit Huttenus, Conradus a Thüngen. († 1544.)

[29] liberaverit a nebul.] *De iis loquitur quæ Franciscus effecit suo libello* 'Trus-

nebulonibus barbaris Capnionem nobis Franciscus, quem ita illi dimittent,
ut pecuniam quoque soluturi sint. At nunc scribere Luthero ipse heros §. 2.
iubet, siquid in caussa sua patiatur adversi, nec melius aliunde remedium
sit, ad se ut veniat, effecturum pro eo quod possit: potest autem tantum,
pro Capnione quantum perfecit. Id multis et necessariis de causis non §. 3.
facio, tibi autem scribo, hoc nomine illum ut moneas, protectorem suum,
tanta qui se benignitate ultro offert, scriptis ut salutet. Crede mihi, vix §. 4.
aliunde certior salus erit. Utinam videres quæ scripsit monachis. Nudius-
quartus ab illo descendi Naustallo, ubi agit nunc. Curabo Erasmi quo- §. 5.
que negocium ibi, qui magnas mihi tragœdias de suis æmulis scribit. Pri-
mum conciliandus nobis Ferdinandus est, quo de Franciscus bene mereri
gestit. post facile erit exagitare improbos. Lutherum amat Franciscus, §. 6.
primum quia bonus sibi ut ceteris videtur, et ob id invisus illis; deinde
quia eum ex comitibus de Solmis quidam commendavit literis. Confestim
mone ipsum, ne ignoret unde spes sit et unde salus, ac vale. ex Mogun-
ciaco XIII. Caln. Febr. Anno 1520.

FRANCKFORDIÆ. | CLI. | 8. FEBR. 1520.

CLI.

IO. COCHLÆVS BILIBALDO PIRCKHEIMER S. P.

Fuit his diebus hic nobilis ille Huttenus, et quidem his. nunc in patriam §. 1.
arcem Stechelperg tendit, heri hinc profectus. Multos nunc se in proximis
nundinis dialogos ait emissurum, secundam Febrem, Triadem Romanam, For-
tunam, Inspicientes, Prædones etc. Invenit præterea in bibliotheca Fuldensi §. 2.
historiam Henrici tertii, qui Cæsarem quoque pugnarum numero superasse fer-
tur; addit ipse Apologiam contra Romanum pontificem. Mira homo utitur liber- §. 3.
tate in asserenda Germaniæ gloria, vehementissimo flagrans odio in pontificem
Romanum. Invenit etiam Plinium quendam apud Fuldenses in naturalibus, de §. 4.
quo magna promittit. Rogavi ego eum, ut Cassiodori sit memor. Brevi uxorem, §. 5.
si spe sua frustatus non fuerit, ducturus est et nobilem et opulentam. At §. 6.

CLI. Heumann. (Indic. bibl. n. 70.) p. 43...45.

---

derung vnd verkundung: des | Edeln vñ veſtn Franciſco vō Sickingen, zů Eber|bürg, an vnd wider Pꝛouincial pꝛioꝛen vnd Con=|uenten Pꝛediger oꝛdens teutſcher nation vñ ſunder=|lichen Brůder Jacoben von der hochſtraten, auch | pꝛediger oꝛdens, von wegen vnd namen, des hoch=|geleꝛten vnd weitberůmbten hern Johann Reüch-|lins baider Rechten doctoꝛ, ſeiner erlangten Execu=|toꝛial halben ꝛc.", *dato* „Freytag negſt nach ſant | Jacobs, des hailigen apoſtels Tag Anno ꝛc. xix. | 4°. 4 foll. [1] Franciscus (a Sickingen) *3. 4.* [3] causa *3. 4.* [4.5] tantum pro Capnione, quantum 2. [6] scribo hoc nomine, illum ut *5.* ut *omis. 4.* [8] que *A. 2.* [9] Naustallo *2...5. De arce* Landstuhl *sive* Naustall, II. *miliaria Germ. a Lutra Cæsarea* (Kaiserslautern) *distante, sermo est.* [10] tragedias *A. 2.* emulis *A. 2.* [11] Ferdin.] *Austriæ archidux.* Cf. n. CLV. [12] illis] *improbis.* [13] litteris *3.* [15] et unde spes *3...5.* Moguntiaco *4.*

[23] tertii] *immo quarti. Loquitur C. de libro* 'de unitate ecclesiæ conservanda', *qui m. Martio a.* 1520. *Moguntiæ prodiit.* [26] in nat.] *h. e. Historiæ naturalis libros.*

solutus est a curia sui cardinalis cum bona illius gratia; habet adhuc ab eo an-
§. 7. nuum stipendium. Putat se tibi cito ex Bamberga scripturum. Opuscula Maxentii absolvi quidem, nondum tamen transmisi; in horas autem oportunum expecto
§. 8. nuncium per hospitem Kobergerorum. Adieci epistolam ad Philippum Furstenberger, qui supremus est hic magister civium, homo tui amantissimus, literis quoque et Græcis et Latinis mediocriter eruditus, is certe qui dudum pro tuis
§. 9. elucubrationibus Norimbergam miserat. Erat nuper nobiscum, id est cum Hutteno et mecum in cœna decani S. Bartholomei, in qua honorifica de te facta est mentio, et in epistola quoque ad eum de te mentionem feci, fide forte maiorem, meritis certe tuis longe minorem. . . . .
Iterum vale. Ex Franckfordia. 8. die Februarii. Anno XX.

STECKELBERG. CLII. 13. FEBR. 1520.

1.

HVLDERICHVS DE HVTTEN EQ.
SEBASTIANO DE ROTENHAN EQVITI AVR. ADFINI SVO SALVTEM.

§. 1. Sollicite in epistolis tuis, dulcissime adfinis, quid scribam hoc tempore et an omnino aliquid scribam, percontaris. Studii est illud tui; hoc facis præter morem, nisi unquam dubitasti prius aliquid scribere me etiam in aula versantem, inquietudini et turbis obnoxia. sed nunc fortasse arbitraris me in hac specula cessare, ubi vel maxime solitudinis occasione
§. 2. agere aliquid huiusmodi convenit. Huius rei argumentum habes Vadiscum dialogum, quem cum aliis peperit mihi quies hæc atque hi montes. Is si placebit, consilium quoque meum secedendi tantisper ab aula non improbabis. Nolo commendare tibi librum ut bonum, cum res qua de scribo pessima sit; ut liberum et verum fortasse volo; quo nomine vel gratis-
§. 3. simus esse tibi debet; ipse quidem mihi, si usquam, in hoc placeo: vincta erat libertas nostra et pontificiis impedita laqueis, solvo; exulabat veritas, relegata ultra Garamantas et Indos, reduco. Talis ac tanti facinoris mihi conscius non adfecto publicum præmium: illud peto, siquis me hoc impugnandum nomine duxerit, ut caussam meam defendendam boni omnes suscipiant: hæc laboris huius merces esto. Bene vale. Ex propugnaculo Huttenico Steckelberg. Idib. Februariis.

CLII. 1. AB = Indic. bibliogr. n. XXVI. 1. 2. 3 = Burckhard. II. p. 12. not. d. 4 = L. S. Eyring Vita Seb. de Rotenhan. Ienæ. 1739. 4°. p. 18. sq. 5 = Wagenseil. p. 228. 6 = Hutt. Münch. III. p. 340.

[5] supr. mag. civ.] *erster Burgermeister.* [8] in œna *1.*
[14] *Inscr. omis. 3. 4., partem omis. 5. 6.* [18] umquam *3. 5. 6.* [20] solicitudinis *4.* [21] quum *3...6.* [27] Exsulabat *3. 4. 6.* [28] Garamentas *B.* [30] causam *6.* [32] Steckelbergk. *3. 5. 6.* M.D.XX. *addid. 5. 6.*

STECKELBERG. 2. 13. HORNVNG. 1520.

Vorred Vl. von Hut. Die Römiſche dreyfaltikeit

Dem Strengen vnd Ernueſten
her Sebaſtian vom Rotenhan Ritter
meinnē lieben Schwager entbeüt ich
Vlrich von Huttē Poet vn̄ Orator
meinen freüntlichen grůß,

Freüntlicher lieber Schwager vnnd freünd, in deiner nechſten mir zůgeſchickten ſchrifft, fragſtu mit groſſem fleyß, wz ich doch itzo ſchreybe Oder ob ich auch etwas vor handen hab. Vff diße zwifaltige frag, dancke ich dir erſtlich deines gegen mir ertzeygten fleyß, darnach wondert mich das du zweyfelſt ob ich etzwas zů ſchreiben oder tichten vorhabe, gleich als ob du mich ye | *Hutten ſchreibt allweg ettwas.* nichtes ſchreybend gefunden hetteſt, auch do ich noch zů hoff was, jn vorſamlung vn̄ vnrů. Hab ich nůn ſollichs am hoff, do doch vil verhinderūg iſt, nit vnterlaſſenn, wie zweifelſtu dann, ob ich hye vff dem ſchloß, do ich allein vnd in rů bin, feyer vnd můſſig gehe? vff das du aber ſeheſt, das ich ſo lang nit gantz an §. 1. frůcht alhye geſeſſen hab, ſchicke ich dir hye ein geſprāch bůchlin das ich Vadiſcum oder die Römiſchen dreyfaltigkeit nenne, vnnd in dißen bergen beſchribben hab, würt dir das gefallen, ſo würſtu auch on zweyfel, meiner meinnung, das ich mich vom hoff gethan, nit entgegen ſein. Aber das Büchlin ſchicke ich | *Das dieſes biechlin gut ſey.* dir nit, als etzwas gůttes, dann es hatt nichtes gůts in im, mer iſt ſein inhalt ſchand laſter, vnd alles übel, ſunder als ein erzeygung meiner ange- | *Huttens angeborne freyheit.* bornen freyheit. Vnd glaub, es werde dir deßſelbigen halben nit vngenām ſein. Vorwar auß ſolcher vrſach hab ich ſelbs einen gefallen darzů, löſe auff der teütſchen freyheit, die gebunden, vnnd mit Bāpſtlichen ſtricken vorhäfft was. Ich §. 3. bring wid' herfür, die Chriſtlichen warheit, die man ins ellend vorſchickt, vnd weyter dan die Indianer oder Garamantē von hinnen wonenn, außgetriben hatte. Vmb ſölliche meine woltat (als ich die künlich vnd an ſchew nemen darff,) beger ich nit, das mir vnſer vaterlandt gemein teütſch Nation ein er- | *Was H. umb ſein arbeit zu lon begere.* liche belonūg gebe, allein bitte ich ob mich yemant vmb außgebner vnd beſchribenen warheit willen, veruolgen wölt, das als dan̄ alle frummen teütſchen ſich mein an nemen, vnd mich gegen gewalt vnd vnrecht entſchützen. Diſes ſey mein lon. diſes ſey mein vorgeltnüß. Biß got beuolhen. Geben zům Steckelberg am xiii. tag des hornungs jm iar nach chriſt geburt. M. ccccc. im xix.

CLII. 2. A = Indic. bibliogr. n. XXVII. 1. 2 = Hutt. Münch. V. p. 217. sq. (Münchius verba ita corrupit ut neque sæculo XVI. neque XVIIII. conveniant. singulas hominis ineptias non indicavimus.

[9] fragſt Du 2. *et similiter in sqq.* jetzo 2. [12] dichten 2. Du je mich nichts 2. [16.17] ganz ohn Frucht 2. [19] wird Dir 2. [23] ungenehm 2. [21] aus ſollicher 2. [25] vorhefft 2. [26] Chriſtenlichen Wahrheit 2. ins Elend 2. [27] wohnen 2. [28] Kühnlich und ohn Scheu nennen darf 2. nemen = nennen, benamen. [33.34] am VIIIten Tag 2. *falso.* xix. aut auctorem ex vetere computatione anni scripsisse aut per errorem operas dedisse pro xx. et Latinum huius epistolæ, quod præmissum est, exemplum et hæc ipsa eius versio Germanica docet.

WITTENBERGÆ. 23. FEBR. 1520.

CLIII.

ERVDITO ET PIO VIRO DOMINO GEORGIO SPALATINO
A SACRIS PRINCIPALIBVS SVO IN CHRISTO AMICO SYNCERO.

IHESVS.

Salutem. Et ego credo Stolpenses non taciturnos . . . . Habeo in manibus officio Dominici Schleupner donationem Constantini a Laurentio Vallensi confutatam, per Huttenum editam: Deus bone, quantæ seu tenebræ seu nequitiæ Romanensium: et, quod in Dei iudicio mireris, per tot sæcula non modo durasse, sed etiam prævaluisse, ac inter decretales relatas esse, tam impura, tam crassa, tam impudentia mendacia, inque fidei articulorum (nequid monstrosissimi monstri desit) vicem successisse. Ego sic angor, ut prope non dubitem Papam esse proprie Antichristum illum, quem vulgata opinione expectat mundus: adeo conveniunt omnia quæ vivit, facit, loquitur, statuit. Sed hæc magis coram. si non vidisti, curabo ut legas. . . . . Vigilia Matthiæ. Anno M.D.XX.

Martinus Lutherus August.

CLIII. Indicis bibliogr. n. 57,1.4. A = I. fol. 248. 2 = I. p. 419. sq. Germanice extat in Lutheri scriptis a Walchio editis, XXI. 676...679.

STECKELBERGK. 28. FEBR. 1520.

CLIIII.

[HVTTENVS]
PHILIPPO MELANCHTHONI BRETTANO
IVVENI ERVDITISS. SVO AMICO DESYDERABILI
SALVTEM.

§. 1. Epistolam hanc diu est quod scripsi, nunc remittitur, male curata re per eos quibus credideram. Quæ de Francisco scripsi Luthero significanda, quæso illi propere in aurem dic, ita ut ne a me quispiam hoc in negocio §. 2. intercessum resciscat. causa est, quam non capit epistola. Si laborat, nihil

CLIIII. A = MS. Spalatin. Vimar. 4°. fol. 461ᵇ. 462ᵃ·ᵇ. (Spalatini manus.) 2 = Kapp. (Indic. bibl. n. 68.) p. 426...428. 3 = Wagenseil. p. 229. sq. 4 = Hutt. Münch. III. p. 338. 5 = Corpus Reformatorum ed. Bretschneider. Vol. I. Hal. 1834. 4°. p. 147. n. 64. Germanice in Lutheri scriptis ex ed. Walchii. XV. 1947. sq.

[6] Dominici] Domini *Walch.* donat. Const.] *cf. supra dedic. ad Leon. X. d.* 1. *Dec. a.* 1517. *scriptam.* [15] 24. Febr. *fecit de Wette, neglecto nomine* Vigilia. [22] desiderabili 2...*4.* [24] hanc] *supra n.* CL. *exhibitam.* mala *A.* re *omis. 3.4.* [25] Que *A. 2.* [26] quefo *A. 2.* negotio *3.4.* [27] causa est] *ne princeps Albertus, quem Huttenus ad partes suas antipapisticas trahere studebat, immature conperiret, quantum Huttenus cum Francisco omnibus faverent qui pro libertate Germanica contra Rom. exercitum dimicarent. Lutheri contra indulgentias causa magnæ pecuniæ lucro Moguntinensem privabat.*

est quod aliorum quærat subsidia: hic salus est; hic agitur, ut securis-
sime possit medium digitum ostendere omnibus suis æmulis. Magnæ mihi §. 3.
et perquam graves cum Francisco rationes sunt. si adesses, coram aliquid
effutirem: spero male futurum Barbaris et Romanum qui adferunt iugum
omnibus. Mihi nunc dialogi excuduntur Trias Romana et Inspicientes, §. 4.
mirifice liberi in pontificem præsertim et Germaniæ depeculatores. credo
probabis, aut non omnino improbabis. Lutherum mone ante omnia. quodsi §. 5.
vel in dubio negocium hominis est, tum iube statim ac nulla interposita
mora ad Franciscum se conferat. in via posset videre me, sed ignoro an
tunc futurus hic sim: equitandum est enim paucos post dies. Fulda iter §. 6.
faciet, ea tribus hinc miliaribus est; ibi sciet an sim domi, apud hospi-
tem domus Ursinæ, zw dem Beren; si me invenerit, viatico iuvabo etiam,
ubi opus erit. Quicquid fiet, tu mihi responde celerrime, vel Fuldam mit- §. 7.
tens quod scribes, vel Magdeburgum in aulam, ad Tilmannum Kreych,
qui sacerdos est a ceremoniis principis. Obsignabis vero epistolam, ac meis §. 8.
aperiendam manibus deputabis. Vale. II. Caln. Marcii in Arce Huttenica
Steckelbergk.

Agit istic Balthasar Facchus, amicus meus vetus et eximie probus; hominem saluta amanter ex me.

[MOGVNTIÆ.] CLV. [MART.? A. 1520.]

CLV.

VLRICHI HVTTENI EQVI.
AD
ILLVSTRIS. PRINCIPEM DOMINVM FERDINANDVM
AVSTRIÆ ARCHIDVCEM *etc.*

IN SEQVENTEM LIBRVM [*DE VNITATE ECCLESIÆ CONSERVANDA*] PRÆFATIO.

Iam ad Romani imperii fastigium evecto tuo fratre Carolo, princeps §. 1.
illustrissime, studendum summopere arbitror omnibus nobis, quibus cura
esse debet ne inutiliter expendamus creditum nobis talentum, ut ad optima

---

CLV. A 2...4 = Indic. bibliogr. n. XXV. 1...4.

[1] querat *A. 2.* [2] emulis *A. 2.* [6] depucalatores *A.* [7] omnino non *3. 4. falso.* §. 5.] *cf. infra Lutheri epist. d. 3. Aug. a. 1520. scriptam.* [8] negotium *4.* ac] , ut *3. 4.* [10] enim est *3. 4.* [11] tribus] tab. [*i. e. male formatum* trıb] *A.* tab. *2.* tab. (forte: *tribus*) *3...5.* milliaribus *3. 4.* est] abest *3. 4.* [12] Ursine *2.* zu dem Bären *3. 4.* iuvabo] donabo *2...5.* [14] Tillmannum (*2. 5.*) Kreich *3. 4.* [16] Calendas Martii. [17] (1520.) *add. 3. 4.*

[21] *Inscr. omis. 2.* [23] Illustrissimo Principi ac Domino Ferdinando Austriæ Archiduci. *fecerunt 3. 4.*

§. 2. illi omnia capessenda consultores simus opportuni et seduli. Quod cum
aliis in rebus facere alios videam, ipse hoc mihi desumpsi, obnixissime ut
moneam ne patiatur diutius contumeliose Romani pontificis tyrannidi obno-
xiam esse hanc nationem. Quid enim prius aliquis existimat Turcas esse
debellandos, qui et longius absunt et eo genere nobis adversantur quo
potuimus ipsi semper plurimum, armorum contentione? an prius hostis est
quærendus quem hauddum sensimus, quam huic resistendum qui in cervi-
§. 3. cibus iam nostris magno cum dominationis fastu grassatur? Id quod conari
aggressus ego non tantum periculum non metuo, quippe iuxta Christi sen-
tentiam existimo fortiter quæ vera sunt dicenda, nec timendos esse eos
qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere; sed præmium
etiam spero, non hic, ubi minores sunt meritis nostris retributiones, sed
in illa sempiterna patria, ubi reddetur unicuique secundum merita sua.
§. 4. Dabo enim operam, ut abstrusa nuper et extare vetita in lucem prodeat
veritas, nec locus sit amplius pudendis fictionibus, sceleratis mendaciis:
in quæ sic consensisse mundum videmus, ut quæ Christi sunt, quæ ille
§. 5. observanda docuit, pene iis ignota sint, qui Christum profitentur. Non
ferendum est igitur pro evangelica veritate et Christi doctrina inanes fabu-
las, hominum mandata, lucri plerunque caussa ab iis commenta supponi;
sed revocanda ab obscuro et latibulis suis veritas est, et inculcanda demum
§. 6. hominum auribus ac imprimenda sensibus. 'Ignem veni mittere in terram'
Christus ait, 'et quid volo, nisi ut accendatur?' Profecto ingentis meriti
est veritatem prædicare, deus est enim veritas et prædicari se iubet, iis
qui hoc faciant, præmium statuens: 'Quicunque confessus fuerit me' in-
quit, 'coram hominibus, et filius hominis confitebitur illum coram angelis
§. 7. dei.' et a patre sic orat 'Sanctifica eos in veritate.' Quanquam erat civile
alioqui factum meum, et remuneratione hic quoque dignum: nam si bene
merentur qui alienas quoque gentes a tyrannis liberant, eos ut habebimus
§. 8. qui patriam adserunt libertatem? Nimis iam enim, nimis, pro Christe,
licere isti sibi arbitrantur in nos, quorum de libertate ne quando remergat,
adeo sunt solliciti, ut nobis veritatis quoque studium interdicant: quot iam
annos enim tulerunt neminem qui verum dicere aut scribere ausus esset?
immo quot perdiderunt qui maioris faciendam putabant evangelicam scri-
pturam, dei verbum, quam pontificum leges, hominum traditiones? quo-
rum aliqui proxime, etsi non minus quam ego, scirent quæ vera sunt,
quia apud eos tamen plus religione valuit superstitio, illic trepidaverunt ti-
§. 9. more, ubi non erat timor. Quæ cum a me longissime absit imbecillitas,

---

[1] quum *2...4. ubiq.* [9] adgressus *2...4.* [10] nec tim.] Evang. sec. Matth. X. 28. [14] exstare *2...4.* [17] pæne *2...4.* [19] causa *4.* [21] Ignem ... accend.] Evang. sec. Luc. XII. 49. [24] hoc qui faciunt *3. 4.* Quic.] Luc. XII. 8. cf. Matth. X. 32. [26] Sanctif.] Ioann. XVII. 17. Quamquam *2...4.* [29] proh *2...4.* [35] alioqui *3. 4.*

et ea repræhendam quæ corrigi possunt, occurrendumque sit hoc potissi-
mum tempore, si unquam prius, publicæ iniuriæ, et magna sit nunc facto
isti opportunitas, ita accelerandum in re arbitratus sum, ut quia diutius
abest quam multorum expectatio ferat, tuus frater, tibi inculcanda interim
quædam existimem, quæ tu cum illo postea communices. Quod cum mi- §. 10.
nime adhuc cogitarem nuper, alia enim agebam tunc, forte fortuna librum
in bibliotheca Fuldensi, quæ codices habet valde multos veteres et bonos,
inveni vetustissimis scriptum characteribus, cuius in fronte neque quid con-
tineat, neque quo authore scriptus sit, indicium ullum erat: ita sine titulo,
sine præfatione caput est. accepi in manus, quiddam præsagiebat mihi
animus enim, et ut erat pulveribus obsitus, excussi; quædam legi, pla-
cuit; continuo plura, mox totum percurri, raptim primum, post paulo
accuratius: cognovi inventum nobile, rem tempori accommodatam, et de-
syderio uniuscuiusque boni summopere expetendam. Est enim de unitate §. 11.
ecclesiæ conservanda, de officio boni pontificis, de authoritate sacerdotali
et imperii Romani dignitate conscriptus; tum schisma detestatur, seditio-
nes et discordias tollit, pacem prædicat et studium veritatis adserit; atque
omnia hæc evangelica doctrina et apostolorum ac prophetarum fulcit testi-
moniis. Exilui gaudio, ita me Christus amet, et lætitia exultavi, magis §. 12.
etiam inveniens quod non quæsieram, sed quod erat alioqui tamen quæ-
rendum, quam si dedita opera incidissem, statimque venit in mentem mihi
huius Menandri sententiæ

ἔρχεται τἀληθὲς εἰς φῶς ἐνίοτ' οὐ ζητούμενον.

Quodsi adfuisset tunc Carolus, ut eram inopinatæ lætitiæ concitus impetu, §. 13.
ad ipsum procurrissem munus hoc offerens, non nisi summis, ut mihi vi-
detur, dignum, putassemque hoc faciens magnum me quidpiam et non
exigui meriti dedisse. Nam haud dubitabam summopere hoc illi gratum
futurum, confidenterque credebam hoc ab eo factum pro sui dignitate æsti-
matum iri, intellecturum ipsum vero nonnihil esse in me quo vobis pro-
desse possim. Quæ esse potest enim pretiosior opera, quam siquis vos ser- §. 14.
vire non permiserit? Servierunt enim Romanis pontificibus, servierunt, pro
pudor, quotquot ex Germanis imperatoribus aut urbe Roma illis cesserunt,
aut scelerate ementitam Constantini donationem ratam habuerunt, aut ius-
iurandum inito principatu reddendum illis dignum duxerunt, aut ab eorum
pedibus acceperunt imperatorium diadema, aut sententiam in se dicere passi
sunt, aut sua edicta suasque leges ab illorum constitutionibus supprimi tu-

---

[1] reprehendam *2...4.* [2] umquam *2. 3.* fato (*pro* facto) *2...4.* [4] exspectatio *2...4.* [9] auctore *2...4.* [13. 14] desiderio *2...4.* [15] auctoritate *2...4.* [19] Exsilui *2...4.* exsultavi *2...4.* [22] Menandri] ap. Stob. Flor. XI. 10. „venit veritas in lucem interdum nec quæsita". Cf. Fgmm. poetar. novæ com. ed. Meineke. 1841. 8°. p. 198. [23] *ἐνίοτε edd.* [31] proh *2...4.* [34] reddendam *3. 4.*

lerunt, aut Germaniam quotannis compilandam illis permiserunt, aut ad
palliorum episcopalium Romæ mercatum, veniarum hic, dispensationum,
§. 15. gratiarum et omnis generis bullarum nundinationes conniverunt. Quid di-
cam de his enim qui petenda Romæ omnia putaverunt? fuit in iis non dico
imperatoria dignitas, sed fuit aio animorum vis, aut ullum fuit Germanæ
§. 16. virtutis momentum? Quorum sicut pudere nos debet, ita ex Henrichi IIII.,
fortissimi ac bellicosissimi omnium qui in Germania imperaverunt regis, vir-
tute multum ad communem nationis huius accessisse gloriam arbitrabimur,
ad cuius imitationem, siquid instigare Carolum potest, hic poterit liber:
exprimit enim vitam illius evidentius quam posset ullus pictor aut statuarius
§. 17. corporis lineamenta. Sed hunc dedicare illi visum non est: sunt panegy-
rici enim, quibus excipere venientem paro: tibi dedico, cum quia neque
omnibus neque multis adeo obtundere oportet iuvenem regem, tum quia
plerunque adfuturum te illi de restituendo sibi imperii statu consultanti ar-
§. 18. bitror. Quod facite, oro, nec diutius sinite Romanenses aurisugas illudere
nationi orbis reginæ. Ipse non deero sedulus monitor, etiamsi me terru-
erit quis et vim minatus fuerit: quam non essem vere Christianus enim,
siquem ad veri pastoris vocem exilire decet, is ad præceptum furis qui
non per ianuam, sed furtim et clandestino introitu ovile dei irrepit, ullam
in moram consentirem? Peregrina erit hæc vox enim, cuiuscuius erit, nec
pastoris habebitur domestica. quanquam Leonem X. nihil tale facturum
opinio est, sic pacem promisit nobis et veri pastoris ac ipsius Christi imi-
§. 19. tationem proposuit. Quare non vereor seditiose quid in ecclesia aut repu-
blica Christiana acturum eum quem, si constanter hoc faciet nec a Petri
vestigiis aberrabit, non tantum non habebimus in eorum numero, contra
quos hic scribitur, sed præcipua quadam et singulari supra cæteros vene-
ratione dignabimur, qui post tot perversos pontifices primus in veritatis et
§. 20. iustitiæ via præire posteris inventus sit. Tot iam sæculis sano pontifice
opus fuit mundo. Quid? quod libros veteres, ubiubi lateant, exquirere ac
in vulgus edere nos iubet: en adinventum illi igitur, quem, si talis est,
amabit necessario, eiusque repertori favebit in omnes eventus; tantum abest
execrationibus et maledictis, quod iam suspicari aliquos video, bene me-
rentem de publico impetat: iam non esset hoc enim pastoris Leonis, sed
prædatoris lupi, devorare quod oportuit pascere, aut perdere quod custo-
§. 21. dire necesse erat. Quare etiam minime læturum eum arbitror, ut, si velit
etiam Carolus, ea via qua ex proximis imperatoribus quidam, ad summam
rerum capessendam ingrediatur: proposuit enim Petrum imitari, quem quid
potuisset turbatum magis reddere, quam siquis olim monuisset aliquando

---

[6] monumentum *3. 4.* Henrici *4. omissa ubique* h [11. 12] panægyrici *A.* [14] ple-rumque *2...4.* [17] esse *3. 4.* [18] exsilire *2...4.* Cf. Ioann. X. 1. sqq. fueris (*pro* furis) *3. 4.* [21] Quamquam *2...4.* [26] hic] hoc *3. 4.* ceteros *2...4.* [35] lætaturum *3...4.*

futurum post se Christi vicarium qui non regnum tantum usurpare in ani-
mum inducturus sit, verum regibus etiam Christianis qui per contumeliam
osculandos pedes obiicere ausit? Quid posset inveniri dissimilius enim, §. 22.
quam illum lavare suorum pedes a Christo iussum, hos ad propriorum pe-
dum oscula, si diis placet, Christianos cogere principes? O præposteros
igitur pontifices et quibus nihil cum Petro, nihil cum Christo est commune!
Sed hi quanto venerabiliores essent apud Christianos omnes, si eos Romam
veniens quis in templo divi Petri supplicantes inveniret, quam quod ex
mole Hadriani bombardis detonantes perhorremus! ubi monendi sunt et
ipsi per caritatis suggestionem, ad se et redeant ultro potius nunc quam
paulo post coacti. Tyrannis reliquis securius est tenere imperium quam §. 23.
deponere; pontifices Romanos, quod solum odibiles facit avaritiæ studium,
siquando deseratur, non modo periculo non exponet, sed eripiet etiam.
quippe incipiunt sapere iam qui per fraudem infatuati erant, et oculos re-
cipiunt quos superstitionis excæcaverat error. Quodsi de hominibus non §. 24.
suspicandum etiam videretur, tamen ultores dei oculos putarem metuendos.
qui si olim eiecit ex templo Solomonis qui res ibi frivolas et prophanas
emebant ac vendebant, quid eos faciet qui in ecclesia sua haud citra de-
testabilem illius pollutionem sacrorum etiam mercatum instituerunt? non
ab iis auferet vineam suam paterfamilias cælestis et locabit eam aliis, malos
vero male perdet? aut non hoc faciet quod per os Ezechielis prophetæ
est comminatus? „Pro eo“ inquit “quod facti sunt greges mei in rapinam §. 25.
„et oves meæ in devorationem omnium bestiarum agri, eo quod non esset
„pastor, neque enim quæsiverunt pastores gregem meum, sed pascebant
„pastores semetipsos, et greges meos non pascebant; propterea, pastores,
„audite verbum domini: hæc dicit dominus deus ‘Ecce ego ipse super
„pastores requiram gregem meum de manu eorum, et cessare faciam, ut
„ultra non pascant gregem meum, nec pascant amplius pastores semetipsos;
„et liberabo gregem meum de ore eorum, et non erit ultra eis in escam’.”
Fuimus iis enim in escam, nec debita tenuit eos animarum nostrarum cura, §. 26.
sed avara exercuit pecuniæ nostræ cupido. nec illud quæsiverunt, ut sua
doctrina meliores nos facerent, sed ut ablatis nobis auro et argento se
locupletarent, quo nomine novas cotidie exactiones fecerunt: nam præter
id quod sub religionis fuco per fraudem abstulerunt, pro gratiis, pro dis-
pensationibus, pro relaxationibus, pro condonationibus, pro absolutionibus
et id genus nugis pecuniam emulgendo, nuper vi etiam et violentia cœ- §. 27.
perunt contendere pecuniam sibi deberi pro palliis episcopalibus, eamque

---

[7] omnes Chr. *3. 4.* [10] et] ut *2…4.* [13] sed] et *2…4.* [17] Salomonis *2…4.* profanas *2…4.* [18] eis *2…4.* [20] patrisfamilias *3. 4.* [21] Ezecielis *4.* [22] communicatus *3. 4.* Pro eo … escam] Ezech. XXXIIII. 8…10. [25] pastores] mei *add. biblia.* [27] faciam] eos *add. bibl.* [32] oblato (*pro* ablato *2.*) *ridicule 3. 4.* [33] quotidie *2…4.*

statuerunt suo arbitrio immodicam, et quæ ad ecclesias nostras contulerunt maiores hic nostri, dimidia plus parte ad se pertinere; et magno suo cum lucro diviserunt annum in menses papales, et ordinarios; ac id saaxerunt, ut liceat sibi sacerdotia habere in Germania, nobis in Italia haud liceat; et eundi Romam necessitatem imposuerunt iis qui sacerdotia ambiunt, et ita de his licitari sunt passi, quemadmodum de pipere et croco mercatores nostri; et nullus est pene scelerum et impietatis gradus, ad quem non
§. 28. empta ab ipsis venia aditus sit. Hi sunt, de quibus per Hesaiam dicit dominus „Populum meum pastores sui spoliaverunt, et mulieres dominatæ sunt eis". Neque magis enim ob id ferendi non sunt, quod rapiendo ac fraudando tyrannidem in nos exercent, quam quod propter libidinem omnia faciunt ac dediti sunt voluptatibus et otiantur in delitiis ac turpis-
§. 29. sime ut plurimum vitam degunt. In summa non bene viri sunt, ut recte obiicere nobis possit quis indignum hac natione dedecus, quod cum maiores nostri parere Romanis, bellicosissimo tunc populo et orbis domitori, indignum duxerint, nos delicatulos istos, libidinis et crapulæ servos, ocio et ignaviæ deditam colluvionem, magis quam ullas fœminas ab animorum virtute derelictos et mollitie perditos homines, non feramus tantum, sed ut in luxu etiam degant ipsi, pudende hic egeamus, tanquam nos bello
§. 30. vicerint, tributa pendentes et patrimonia in eos nostra profundentes. Contra quos novo et necessario reipublicæ Christianæ commodo siquis diceret aut scriberet, persuasum vulgo erat hæreticum esse eum et pro excommunicato habebatur. Quam ineptam, Ferdinande princeps, et stolidam penitus opinionem debemus magno ab omnium animis studio avellere, tibi imprimis tuoque fratri consultores adesse, ut nobis reddita libertate illis furandi, grassandi fraudandique intercipiatis consuetudinem. Ea erit prima et plana in melius redigendi statum imperii via, id erit vobis magnæ et veræ ini-
§. 31. tium gloriæ. Certe ad me quod pertinet, dicendum mihi arbitror et scribendum etiam hoc tempore ea quæ vera et necessaria quæ sunt, præsertim cum et sciam et possim et debeam, nequando cum propheta pœnitente cogar dicere 'Væ mihi, quia tacui, quia homo pollutis labiis ego sum!' Profecto enim obediendum est magis deo quam hominibus: præcipit nobis enim deus, ut veritatem prædicemus, seque veritatem ipse vocat; Paulus vero discipulum erudiens „'Prædica' inquit 'verbum dei, insta opportune, „importune; argue, obsecra, increpa, in omni patientia et doctrina'. Erit „enim tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desyderia

[3] menses papales, *i. e. qui imparem*, ordinarios (sive episcopales) *qui parem dierum numerum habent.* [9] Populum] Isai. III. 12. *ubi* exactores *pro* pastores. spol.] despol. *3. 4.* [12] deliciis *2...4.* [14] nob. objic. *3. 4.* [16] otio *2...4.* [19] tamquam *2...4.* [21, 25] inprimis *2...4.* [26] plane *3. 4.* [30] propheta] Isai. VI. 5. [32] obediendum *etc.*] Actor. V. 29. [33] Paulus] II. Timoth. IV. 2. [36] desideria *2...4.*

„coacervabunt sibi magistros prurientes auribus". Hoc illud est tempus, §. 32.
profecto hoc est, atque igitur prædicandum nunc, arguendum et increpandum, cum quia ad summum conscendit scelerata istorum avaritia, tum quia in tuum fratrem optimæ spei iuvenem incidit rerum gubernatio, qui et potest facillime his mederi malis, et occasiones habet ut vix ullus ante se bonas; quicum hunc librum veluti quoddam utriusque vitæ exemplar, quod vos erudiat, communica. Clarum eximii imperatoris facinus ad pul- §. 33.
cherrimarum vobis rerum æmulationem hortamento esse debet. Tibi enim sic dedico librum, ut tecum ipsi communem esse velim, quem non potestis non summo amplecti studio: veritatem profitetur enim, et heroicum summi regis factum adversus impudentem scelerati impostoris calumniam tuetur; et ex evangelio totus est, ac verbis Christi apposite concinnatus.
Decet autem veritatis studio teneri vos, et ab adulationis veneno sanas ha- §. 34.
bere mentes ac aures. Sane principi Dion præcipit super omnia veritatis ac simplicitatis ut amicus sit, hanc regiam virtutem consectetur, astutiam et fraudem uti servilia putet; Pythagoras vero interrogatus, quidnam potissimum simile diis homines faciant, 'Cum vera loquuntur' respondit. Quod conandum vobis existimo, ut diis similes, id est ut plus quiddam aliis hominibus sitis; alioqui principes non eritis, supra alios si nihil erit in vobis magnum, nihil admirandum. Hic videre videor quosdam obstrepere mihi §. 35.
hoc dicentes 'Quid, tu pontificem contemptum reddes igitur?' Ego vero minime, sed adempto illi fuco, ut vera pontificis eniteat imago faciam, detractoque eo quodcunque illo indignum est, reddam quod amiserat, ex tyranno pontificem, ex rege patrem, ex fure pastorem mundo restituens. Quasi vero cuiquam venerabilior esse possit arma gerens (quod absit) bellator Leo, quam pro pace ecclesiæ suppliciter orans idem togatus. Sed §. 36.
iam de his plura desinam. Valde mihi placeo ex hac fortuna, princeps Ferdinande, qui librum nobis inveni sic utilem, sic necessarium et salutarem; hoc præsertim tempore, quo agi res demo iamdiu intermissa ingenti cum spe principum ac populi Germani incipit, ut nihil fieri a nobis insuetum, nihilque novum videant illi qui, cum adversus iniquissimas illorum exactiones mutiremus nuper, hæreticos clamabant et ignem nobis minabantur, ac Romam pertrahebant magno cum Germaniæ motu. quasi nemo ante §. 37.
nos tale quicquam ausus esset, aut si nemo etiam ausus esset, non huiusmodi essent sua scelera, ut hæc publica totius Germaniæ rebellione vin-

---

[3] istor.] ipsorum *2...4.* [6] quo cum *2...4.* [14] Dion] Chrysost. de regno orat. I. (I. p. 52. ed. Reisk.) *τὴν μὲν οὖν ἁπλότητα καὶ τὴν ἀλήθειαν ἡγεῖται βασιλικὸν καὶ φρόνιμον· τὴν δὲ πανουργίαν καὶ τὴν ἀπάτην ἀνόητον καὶ δουλοπρεπές.* [16] Pythagoras] *Πυθαγόρας ἐρωτηθείς, τί ποιοῦσιν ἄνθρωποι θεοῖς ὅμοιον; ἔφη· Ἐὰν ἀληθεύωσιν.* Stob. Floril. XI. 25. [25] arma ger.] *ut Iulius II.* [28] inv. nob. *3. 4.* [32] nuper] *Respicit ad Vallæ librum a se publicatum.* [35] rebellioni *3. 4.*

dicari oporteret, ac strenue puniri. At nunc vident quid veteres quoque illi conati sint, quibus si minus cessit hoc, in culpa non fuit eorum imbecillitas, sed illorum temporum infelicitas, quibus potuit plus vulgi superstitio quam aut ullius fides aut Christi religio, ut miserear clari per omnia imperatoris, qui non in melius et se dignum inciderit sæculum: quid fecisset enim inter sanos homines qui in illis circa se motibus, hac temporum perversitate, annos tot tam pertinaciter luctari cum inimicis perstitit?
§.38. Sed idcirco illum damnaverunt, quod liberam voluit iste Germaniam, nec pontificem tulit plus adrogare sibi quam Christus dedit, aut quam ferre orbis possit. Damnaverint; nos laude, nos gloria prosequemur: Bruto statua fuit Romæ, quod reges exegisset Romanos; nostro infamia erit quod ab externa tyrannide liberare patriam conatus sit? Quæ indignitas, o Christe, quod flagitium, quæ iniquitas! Alios pro sanctis haberi iubent, quia urbes sibi et oppida et totas aliquando ditiones concesserunt; quisquis adversus pontificum iniurias movere brachium ausus est, excommunicatum eum pronuntiaverunt et tanquam morbidum membrum ab ecclesiæ corpore disciderunt.
§.39. Hinc illæ sunt in decretalibus execrationes, illa maledicta ab iniustis profecta iudicibus, quorum maledictione os plenum est et amaritudine et dolo. Sed disperdet dominus labia dolosa; ipsi vero cognoscent, quoniam dominus ipse est deus et solus altissimus in omni terra, qui ponet in pondere
§.40. iudicium et iustitiam in mensura. Fuit tamen diu iam incognita Henrichi virtus: nam qui in Italia res eius scripserunt nuper, aut ab illis sumpserunt qui in gratiam pontificum mentiti sunt omnia olim, aut ex communi odio, quod ab inimicis pontificibus et contraria factione disseminatum est passim, mutuati sunt, tantum clarissimo imperatori detrahentes quantum scelerato
§.41. Hiltebranto concedendum arbitrati sunt. Qua de re alios sequens sic nuper scripsit hospes meus Baptista Egnatius „Certe nunquam laudes Gregorium pontificem ab eo obsessum, adulterinum pontificem unum et alterum superinductum, dolis et veneno etiam in illos grassatum". Non desinam amico eximie probo et inprimis modesto familiariter respondere: nam quod alii scribunt, quid ad me pertinet? certe nunquam etiam laudes, Egnati, fraude petitum ab illo impostore regem vere Christianum ac strenuum, pestilentes concitatas in Germania discordias et seditiones, coactos in mutuam cædem ac sanguinis effusionem principes et populum Christianum, turbatam Italiam, devastatam urbem Romam, sævitum ferro, grassatum veneno; nec tantum nunquam laudes hæc, sed quæ tua est integritas, ubi quemadmo-
§.42. dum uterque vixit perpenderis, accuses etiam atque improbes. Quæ potest enim causa satis iusta gerendi belli esse ei cui omne semel bellandi stu-

---

[8] iste voluit *3. 4.* [9] arrogare *2...4.* [10] Bruto] Plut. in ei. vit. *1.* [13] haberi *3. 4.* [16] eum, et tamq. *2...4.* [19] disp..] cf. Psalm. XI. 4. [20] qui p.] cf. Isai. XXVIII. 17. [23] m. o. sunt o. *3. 4.* [29] craſſatū *A.*

dium interdictum est? Inique agit vero qui clausum obsidione premit eum a quo solutus ipse prius et in opinione fœderis constitutus clandestinis domi machinationibus impetitus erat? Quid, non erat hostiliter invadendus qui amico se colloquio nolebat committere, et ope atque opibus gerebat bellum? Tu pontificem probas autem, qui a præstito iureiurando absolvit quemquam, nedum principes populorum qui absolvit, quodam hoc quasi pomo discordiæ, quo in se concitentur, obiecto? Iam Henrichi vita longe §. 43. aliter habet quam Italici produnt annales: certe enim, quod veteres bibliothecæ nostræ indicant, nemo usquam diligentius tunc res principum scribebat, quam apud nos monachi. Quare cum invenissem nuper in eadem Fuldensi bibliotheca quinque libros de vita Henrichi conscriptos, fuerant autem plures, sed posteriores illi abrepti sunt, scelere arbitror Aeneæ Sylvii, qui postea Pius fuit et bibliothecam eam misere devastavit, addidi continuo ea quæ in chronicis Fuldensibus de eadem re scripta inveni, quo ne mundus ignoret diutius, quales fuerint qui displicuerunt malis. Pro- §. 44. fecto minor fuit scriptoribus Italis nostrorum cura, et venerabilis est apud omnes passim nationes Germanorum fides et integritas, quo minus dubitare quis possit utros audiat potius. Verum ne diutius præfando suspendam te, princeps Ferdinande, iam ad ipsum te librum, quem dedico, admittam, cuius est hoc argumentum.

ARGVMENTVM IN SEQVENTEM LIBRVM.

Iam eo processerat schismatis negotium, ut debellata primum urbe Roma, post eiecto etiam Hiltepranto atque in exilio mortuo, et factione eius in Italia quidem consopita, in Germania vero victis ac profligatis tot fortibus exercitibus, tribus etiam adversum constitutis regibus eversis et interemptis, compressa in bene acta parte essent Henrichi res: unum supererat, maledica in eum adversariorum scripta. hæ erant ad varios Hiltepranti et eorum quotquot illi faverant, epistolæ. Præterea monachus quidam Hirsauiensis (ut se in omnia facile admiscet genus hoc hominum) diversarum partium apologiam emiserat: non ferendum videbatur, ut spurcissima infimorum hominum maledicta in dubia essent opinione; placuit respondere iis tam quo ne impune fieret haec optimo imperatori iniuria, quam ut ne ad posteritatis quoque memoriam pervaderet hic fraudulenter obiectus veritatis luci fumus. Exiliit confestim hic quisquis fuit: certe malus esse non potuit qui sic scripsit: exiluit, et optimam caussam optime tueri aggressus est. Quam nos ipsius apologiam sine præfatione, sine titulo, etiam a fine mutilam, antiquissimo et forte temporis illius charactere conscriptam cum invenissemus, committere noluimus, ut, cum extent in Henrichum conficta, eis quæ veritatis continent adsertionem, dies, vita et

---

[13] .addidi 2. .Addidi *3.4.* [20] *quæ post v.* admittam *dedimus, omiserunt 2...4.* Mogunt. m. Mart. M.D.XX. *temere ex impressoria libri clausula huc traxerunt. 3.4.*

hominum aures atque oculi denegentur, sed describendam librariis dedimus. Ubi tu, bone lector, boni consule, nobisque in veritatis patrocinio fortiter adsiste.

BASILEÆ. | **CLVI.** | 17. MART. 1520.

CLVI.

GVOLPHANGVS CAPITO ERASMO ROTERODAMO S. D.

Scripsi proximis litteris, opinor nudiusquartus, de libro Eduardi Lei, quem Conradus bibliopola Parisiensis, Frobenio affinis, suo illic sumptu excusum huc attulit. si pateris ut Capito consilium det Erasmo, hoc est Sus Minervæ, præstiterit rem totam ut inane fulgur ex vitro, quod aiunt, negligere ridereque secure. non est enim quod metuas, ne liber tam insulsus, ne dicam rabiosus, apud graves et eruditos viros noceat existimationi tuæ. verum hoc ambit gloriosulus, ut tecum videatur fuisse congressus. si te ipsum satis nosti, non dignaberis illum hoc honore. Nemo non perspicit Leum ad tantam impudentiam extimulatum nominis et famæ desiderio: postquam extorquere non potuit, ut et sui memoria extaret in annotationibus tuis, tentavit vel suo periculo noscitari. Dolet ingenio gloriosulo, quod quicquid habes eruditionis, ipsi non tuleris acceptum: famam sitiit misellus, et habebit quod sitit, usque ad satietatem: nam reddemus illum etiam Erostrato nobiliorem, siquid poterunt stili Germaniæ. Mihi blanditur etiam laudatiuncula fucata: adeo nos iudicat hebetes, ut non odoremur tales technas: habeat sibi suas laudes; nemo Germanus feret talem præconem, a quo laudari turpius sit quam vituperari. blanditur etiam Hutteno et Capnioni stultulus iste: nos credo pro stipitibus habet, non pro hominibus: at sentiet homines, non fungos: tractabitur cornicula ut meretur, nec hac poena erimus contenti, ut illi plumas non suas detrahamus. audio Hutteni stilum iam esse in opere; Oecolampadius tametsi mitissimus est ingenio, tamen ad insignes sycophantias mirum quam excanduerit, homo vere Christiani pectoris; eximius Cæsarei iuris professor Zazius non potest satis admirari in homine tam indocto tantum arrogantiæ, in sacerdote tantum diabolici veneni. Quod bis iam admones, faciam quantum potero: nam quod suades, ut nihil omnino respondeam, non possum imperare animo meo. Porro quod proximum concedis, ut si quid respondeam, modeste respondeam, facturus sum quatenus illius patitur immodestia: quamquam ille magis eget medico quam redargutore, si satis ex illius scriptis ingenium colligo. Certe genti parcetur, ut iubes: et æquum iubes: nihil enim illa commeruit, non magis quam hortulus, in quo suboriatur aconitum, alias optimorum holerum ferax. Iam nunc ad te misissem operis mei gustum, si certus aliquis obtigisset. non edam tamen nisi recognitum, aut approbatum a Rhenano, ne mihi novitas inventionis imponat. Lei libellum nondum perlegi totum: illud video, si ademeris calida convicia et mendaces indices, reliqua esse frigidissima. Plura scripturus eram, sed ultima navis iam hinc abit Francfordiam: properandum erat: agam amici partes fidelissimi, res ipsa declarabit brevi. Vale. Basileæ. XVI. Cal. April. An. M.D.XX.

CLVI. Indic. bibliogr. n. 52, 1. 2. 1 = fol. F4. 2 = p. 141. sq. Erasmicarum epistularum collectores hanc neglexisse videntur.

---

7 Conr.] *Resch.* Conrardus *1.* 8 et] vt *1.* 18 etiam] & *2.* 19 ebetes *1.* 25 iam *omis. 1.* 36 ædam *1. 2.* 40 Frankfordiam *2.*

25. MART. 1520.

Erasmi ad Aloysium Marlianum episcopum Tudensem Lovanii VIII. Cal. Apr. a. 1521. scriptam epistulam, infra (n. CCXXVIII.) suo loco exhibendam, per errorem in editis anno 1520. adscribitur.

FRANCKFORDIÆ. — **CLVII.** — 5. APRIL. 1520.

IOANNES COCHLÆVS BILIBALDO PIRCKHEYMERO S. P.

Quæ tu pie monuisti me superioribus literis, optime domine Bilibalde, sequar quanta possum diligentia, gratias tibi de his aliisque interim agens. Senecæ opera monitu tuo comparavi et scriptores Cæsarum et pleraque alia quibus instructior fiam. Nova autem opera quæ antea, sic saltem, non videris, inclusa literis chartula indicabit, quæ omnia Ioannes Koberger istluc iam destinavit, præterquam Hutteni Dialogos, qui in horas adhuc exspectantur ex officina Moguntiaca. Credo eum nunc Bambergæ esse apud Crotum. si forte ad te venerit, rogo eum admoneas Cassiodori Fuldensis bibliothecæ: certe meus non quiescit animus, nisi intellexero quid operum illius ibi contineatur: benigne quidem mihi hic operam suam in ea re pollicitus est Huttenus; tamen si a te quoque moneatur, certius mihi erit votum et spes firmior. Fuit heri apud me consul noster Philippus Fürstenberger, vir bonus et mansuetus, qui operam suam benigne ad profectum meum ultro promisit et petiit, ut hac æstate, ubi mihi exire licuerit, ad se descendam in rus Rinckau; nam cum sit ibi multarum possessionum dominus, vult æstatem finito consulatu rusticari. cumque legeret epistolam tuam in Fulgentio, dicebat notissimum sibi esse abbatem Sponheimensem, solicitaturus apud eum, ut fiat nobis copia videndorum illic librorum. Sunt et alia ibidem monasteria, ubi aliqua putat esse antiqua. vidit, nescio ubi, Trogum Pompeium, librum Fulgentio nostro duplo forte maiorem. Quid tibi quæso videtur, nonne dignus esset ut perquireretur? Quæ tu de turri Moguntina dixisti, Huttenus se discussisse ait. Vidit consul noster tuos iam editos dialogos; ego nondum vidi, nisi apud te olim . . . . Bene vale. Ex Franckfordia. Non. April. Anno cIↃIↃxx.

CLVII. Heumann. (Indic. bibliogr. n. 70.) p. 45...47.

AVGVSTÆ VINDELICORVM. — **CLVIII.** — 10. APRIL. 1520.

BERNHARDVS ADELMANN DE ADELMANNSFELDEN CANONICVS BILIBALDO PIRCKHEYMERO S.

Post ultimas literas tuas quas ad me dedisti, intellexi non sine dolore te graviter in pristinam infirmitatem tuam recidisse . . . . De

CLVIII. Heumann. l. c. p. 190. sq.

12 dialogos] Fortuna *etc. qui mense Aprilis a.* 1520. *ex officina Schefferana prodierunt.* Cf. indic. bibliogr. n. XXVI. 1. 20 Rinckau] *Rheingau.*

Hutteno utinam ea sequantur quæ scribis: habebit enim occasionem, quo et manu et lingua se defendat, forsan non indignum huic patellæ operculum, tametsi multi sint qui potentiam huius denariorum regis (ita enim solitus fuit eum appellare cardinalis Adrianus) plus quam conducat formident. Erasmus cudit apologian in Eduardum, de quo mihi scripsisti, et ut literæ suæ denotant, acerbissimam. Quæ de episcopo Herbipolensi scripsisti, facile credo: novi enim eos qui omnia apud eum possunt, facileque mihi persuadetur quod omnis principatus aut reperit aut facit malos. Quod vero non magni istorum gratiam, ut aiunt, facis, mecum sentis: nam quantum istorum conversationem non modo fugiam, sed fere abominer, tibi scribere verecundor. Aiunt Petrum de Aufses Hutteno respondisse. Quod boni Martini nostri Romæ negotium infestissime agitetur, quis miretur? . . . . Vale ac vive, ut opto ac deum oro. Augustæ X. Aprilis anno salutis MDXX.

AVGVSTÆ VINDELICORVM. **CLVIIII.** 28. APRIL. 1520.

BERNHARDVS ADELMANN DE ADELMANNSFELDEN CANONICVS BILIBALDO PIRCKHEYMERO S.

Scribo tibi rem novam ac forsan prius non auditam: theologus noster pridie quam has ad te darem, ingressus est monasterium ordinis S. Salvatoris nomine Alten Münster, distans per tria miliaria a nobis, parentibus ac omnibus, ut mihi constat, amicis suis inconsultis. . . . . Quod ad literas spectat, scripsit hisce diebus ad nos Spiegelius ex Scelestadia, brevi se ad nos missurum esse Ioannis Hus de ecclesia librum, Donationis Constantini privilegium interprete Bartholomæo Pincerno, Laurentii Vallæ contra ipsum privilegium declamationem cum Hutteni nostri præfatione mere Huttena, Clemangium de statu ecclesiæ, qui scripsit tempore concilii Constantiensis, tractatus cognitu dignus, Epistolam studiosorum Germaniæ ad Carolum Cæsarem, Orationem nobilium Germaniæ ad Carolum Cæsarem de quibusdam rebus corrigendis, Dialogum quo tres theologistæ Colonienses cum Renchlin, Erasmo et Fabro disceptant, Apologiam Henrici quarti Imperatoris etc. Scripsit quoque Erasmum nunc emendare Augustini opera, ac Capitonem Moguntiam migraturum. Vale in Christo. Augustæ. XXVIII. Aprilis. Anno Salutis MDXX.

CLVIIII. Heumann. l. c. p. 192. sqq.

[3] denar. reg.] *nec Fuggeri, puto, nec Eccii, sed cardinalis Caietani. cf. ep. d. 3. Maii a. 1520. scriptam.* [5] Eduardum] Leum. [10] *Petri responsum non extare videtur. at pluteos archivi Herbipolensis ditissimos esse ineditorum documentorum ipse vidi.* [10.11] Petr. de Aufs.] *cf. supra p.* 288. sqq. [11] Martini] Lutheri.

[17] theol. nost.] Oecolampadius. [21…23] *Ind bibliogr. n.* XIII. 1. *s.* 2. [24.25] Commangium *edit.* [25.26] tractatum dignum *voluit scriptor.* [26] epistolam] Autore Hermanno comite de Nova aquila. [27] orationem] Anthore Iacobo Sobio LL. doctore. [28] Dial. quo tres] Dialogus nouus et mire festiuus, ex quorundam virorum salibus cribratus *etc.* [29] Apologiam] aut ab Hutteno de unitate eccl. editum librum, aut Aventini vitam Henrici IIII. (Aug. Vind. a. 1518. 4⁰.) vult.

BAMBERGÆ. | CLX. | 28. APRIL. 1520.

[Superscriptio]

DOCTISSIMO INTEGERRIMOQVE SACRARVM LITERARVM INTERPRETI WITTENBVRGI
DOCTORI MARTINO LVTHERO
AMICO SVO VENERAN.

[CROTVS RVBIANVS].

Salvus ex Italia reversus substiti hic apud inclytos Fuchsos, tui nominis §. 1.
imprimis studiosos. Venit eodem paulo post Huthenus meus non inito de hoc
ullo inter nos consilio, sed, ut mihi firmiter persuadeo, ita amicos tandem de
improviso convocante Christo, qui nullo sacrificio æque gaudet ac mutua charitate hominum. Cum itaque pascha celebraremus caneremusque 'Hæc est dies §. 2.
quam fecit dominus, exultemus et lætemur in ea', incidit in sacra sacrum sentimentum Lovaniensium et Coloniensium, Hutheno missum ab Erasmo Rotherodamo; ingens sane materia et ad ridendum et ad stomachandum: nos risum
cum festiva et pia laeticia coniunximus, indignacionem vero ad Davidis cytharam
demulcebamus, ne ad peccati metam pertingeret, quamquam sine peccato non
legimus, si peccatum erit quicquid ab animo indignacione commoto progreditur:
non enim ita sumus Stoici, ut animos nostros ab omni ægritudine liberos tu- §. 3.
eamur, præsertim cum videmus eos insanire indicibili audacia in ludibrium Germanici nominis, in contumeliam religionis, in perniciem innocenciæ, per quos
imprimis illustrari debuit Germania, religioni suus stare honor, minime lædi
innocencia. In hac opinione iucundo quodam assensu me | semper con- | *fol.* 14[b]. §. 4.
tinui. si qui velint candorem vitæ præ se ferre, tenere lucernas ardentes in
manibus suis, gladio spiritus sancti causam veritatis defendere, pro salute fratris animam suam ponere, in his oportere Theologos nomen suum profiteri. At §. 5.
longe aliter habet: vix ulla tyrannis immanius inter Christianos bacchatur quam
theologorum, eorum præcipue qui monachi vulgo ac hæreticæ pravitatis inquisitores appellantur. pro candore sunt tenebræ et infelix invidia, pro virtutum
lucerna spirant e naribus ignem, ut inquit poëta, pro gladio scripturæ succedit gladius carnificis, pro verbo dei fucus sophisticus, pro salute fraterna animum afferunt non eum qui sit Christi bonus odor, charitatis unguento redolens,
sed qui tetro mortiferoque habitu invidiæ grassetur in viscera proximi. Se- §. 6.
det mihi adhuc in memoria auditum a me Coloniæ immanissimum factum plus
quam sanguinarium, ab Hochstrato editum in Germania inferiori, quod recordans horresco. quo magis tibi cavendum erit a falsis fratribus sanguinem sicientibus, ni forte inito iam tecum decreto exemplo Hussi de augendo numero
Christianorum martirum. a quo proposito si possem te averterem: quomodo enim §. 7.

CLX. E cod. MS. bibl. ducal. Gothanæ, medio ut videtur sæc. XVI. scripti, 'Chart. B. n. 20.' 4°. foll. 14[a]...17[b]. hanc adhuc ineditam [?] epistolam transcripsi.

3...6 *Sic in fine epistolæ habet cod.* 11 eque *cod. ut sæpe* e *pro* ę *quod ubique tacite emendavi. ceterum orthographiam cod. retinui, ut* c *pro* t, i *pro* y *et similia.* 13. 14 Sentimentum] Cf. de hac Lovan. et Colon. condemnatione doctrinali e. gr. Lutheri *Schriften von Walch.* XV. n. 421. 30 poeta] cf. Vergil. Aen. VII. 281. 31 fucens *cod.* 32 Paul. II. ep. ad Cor. II. 15. 36 falsis]? flis *cod.* 38 quom.]? quo *cod.*

sanctus eris, non donatus a pontifice maximo civitate sanctorum, penes quem
solum stat ea potestas, ut nuper est agnitum? ille vero te donabit, cuius au-
ctoritas per te languet ac cuius indulgenciæ disputatione tua enervatæ esuriunt?
§. 8. nil proderit lavare stolam in sanguine agni. Ad æternam vitam quid opus est
bulla ecclesiæ repræsentativæ et assensu Magistrorum nostrorum, sine quibus
repulsum patieris sanctitatis apud cœleste tribunal? O christianam infelicitatem,
o priscam fidem! itane oportuit omnia divina humanis reddere atque contami-
§. 9. nari? Eat nunc aliquis et neget ecclesiam dei gravissimo persecutore concuti.
fol. 15a. | Quod cum ante aliquot annos liberius quam hæc tempora ferunt dixissem,
quandoque marcidam craneam gravem argento minus superstitiose coluissem,
opinione cuiusdam magni patris, amici tamen, habitus sum hæreticus: adeo pe-
culiare est huic sæculo odiosum id nomen, magno argumento quam frigeat
charitas, sanctissimum Christianorum vinculum: Christus suo in populo Racha
recte levem ignominiam ferre noluit, idemque iudicia severe iussit cohiberi.
§. 10. Tibi vero, quod scripturam reverencius tractas quam theologorum filii, nedum
Racha, verum eciam hæretica labes aspergitur; imo vero leprosum criminantur,
et ferreum nasum impingunt ac Sathanam proclamant: hii tamen modesti sunt,
§. 11. et tu inverecundus. Michi vero omnis iracundiæ Christi eciam obliti videntur
qui sentimentum adeo vecors et ridiculum tanta auctoritate audent in vulgus
disseminare. Unde illis ius de alieno spiritu iudicare, qui Christo aut perit
§. 12. aut manet? Librum, inquiunt, ac tractatus doctrinaliter damnamus et de medio
tollendos censebimus ignique cremandos, et auctorem ipsum ad revocacionem et
§. 13. abiurationem supradictorum cogemus. Ubi est illa doctrinalis damnatio? prodi-
tane est, an lucem timet? Ita mihi persuadeo, quippe quando Silvester Prieras,
huius tragœdiæ puppis et prora, non audeat sese cum suo contra te sentimento
committere iudicio orbis Christiani, an existimabimus Lovanienses sive illorum
fratres Colonienses, omnium mortalium pertinacissimos, Silvestro et potencia et
§. 14. doctrina inferiores, suas nugas edituros? mira hominum ruditas. Ceterum mor-
talium progressu ætatis crescit usus et experiencia. cuius rei experimentum in
animantibus quoque racione vacantibus animadvertimus: illis acutis hominibus
ademit dies prudenciam, ut recte cum poeta dixeris 'Haud quidem credo, quia
fol. 15b. | sit divinitus illis ingenium, At fato rerum | prudencia maioris'. quam gratiam
debent sophisticæ suæ sapienciæ, ἐπειδὴ κακῶν διδασκαλῶν κακὰ τὰ μαθή-
§. 15. ματα, μᾶλλον δὲ πονηρῶν σπερμάτα πονηρὰ τὰ γεώργια. In causa Capnionis
longe prudencius olim se gesserunt damnacione librorum exiguo tempore pro-

---

[2] nuper] in recenti tum concilio Lateranensi. [3] eneruate *cod. Interrogandi signa a me addita sunt.* [6] cristianã *cod.* [10] craneam (s. craneam) *aperte cod.* [cranea = cranium.] [13] Racha *etc.*] *cf. Evang. sec. Matth. V. 22.* „Qui autem dixerit fratri suo 'Raca', reus erit concilio". [14] noluit] ũoluit *cod. sed* ũ *non* u sed n *significat.* [19] vecors] fecors *cod.* [20] spiritu]? *in cod. esse videtur* ßuo. [23] prodita *in cod. supra* perdita *scriptum est al. m.* [25] contra te] coñ te *cod.* [31] poeta] Vergil. Georg. I. 415. sq.:

Haud equidem credo, quia sit divinitus illis
Ingenium aut rerum fato prudentia maior.

[33] ἐπειδὴ &c.] „Quandoquidem malorum præceptorum malæ doctrinæ sunt, vel potius malorum seminum malæ segetes" *verba sunt* Gregor. Naz. orat. XXXVIII. in Theophan. cap. 5. *In cod. Goth. Græca verba corrupte manu recentiore scripta sunt.*

bacionem accusacionis præcurrente. quo ritu nunc omisso aut ignavia accusa-
bitur, aut imprudens malicia prodetur mundo. porro si nihil habent diffidunt- §. 16.
que suis iuribus, iudicio omnium damnatus es tu non doctrinaliter, sed Lova-
nialiter, quemadmodum et multis innititur pontificis fulmen Romanaliter, non
Christionaliter: sunt enim novis erroribus nova confingenda vocabula. sin non §. 17.
scripserunt aliquod, premunt tamen propter eum quem expectant sonorum as-
sensum, quo simul proruentes multitudine te opprimant, quo consilio tum in
Italia tum in Germania multum laboratur, iterum in se ob moram confutacionis
odium conciliabunt, quod audent Christianum hominem publice damnare causa
non publice probata. Potest eciam fieri, ut socii mutata sententia nolint do- §. 18.
ctrinali damnacioni subscribere, veluti rumor de Erffurdensibus nostris circum-
fertur. Dorpius recte apud Lovanienses assensum suum cohibuit, cuius aucto-
ritas plus valebit apud eruditos quam tocius scolæ iudicium. Sed utinam minus §. 19.
insanientes aliquando ederent, quo in præsidio scripturæ frivolas nugas tan-
quam vas figuli confringeres ac insignem stulticiam gladio spiritus sancti iugu-
lares. non enim tibi erit magna in hoc negocio difficultas, simulque ut appin-
geres suam reverenciam reverendissimo Cardinali Dertusensi, quem sibi dignum
cooperculum cascumque casci invenerunt, *οὑτωσὶ σπερμολόγος δειλός τε καὶ
οὐτιδανός*. Ubi voluit maiestatem ecclesiæ mundo ostendere, sic | lo- | *fol. 16a.* §. 20.
quitur, cum modestia mire non intellecta: 'Miror valde quod homo tam mani-
feste tamque pertinaciter in fide errans et suas hæreses omni quaque diffundens
impune errare et alios in perniciosissimos errores trahi sinitur'. Dixerat prius §. 21.
pari modestia 'Vide errores Lutheri, qui sane tam palpabiles hæreses mihi præ
se ferre videntur, ut ne discipulus quidem theologiæ ac prima eius limina in-
gressus ita labi merito potuisset'. Quis hunc reverendissimum in Christo profi- §. 22.
tebitur? aut galerum eius funibus nodosum vel syrma longo tractu a tergo
humi serpens venerabitur? quis ultro currentibus atque per se furentibus cal-
caria addidit? Et cum in tota epistola sit sordidus, illotus, impudens, levis, §. 23.
inde tamen flores legunt Magistri nostri dignos naribus sophisticis. hæc equi-
dem sibi accommodant, nisi ab illis acceperit. et ex hoc maxime hæreticum
se probat, quod paratum se profitetur ignem et mortem pro illis subire, et
omnem contra sapientem hæreticum esse. Multos habes, Martine, socios in ea §. 24.
hæresi, et si torcular solus calces verum, quam multi velint tecum ignem sub-
ire, puto pendere a dono cœlesti. Disputent acuti homines damnentque ut libet,
nusquam apud me in dubium vocabitur quin quivis mortalium iustificatus per
fidem accessum habeat ad deum. Exultent ipsi sua satisfactione; nos ubi fece- §. 25.
rimus omnia quae nobis mandata sunt, adhuc inutiles servi sumus, nihil habentes
quam quod gratis accepimus. placeant sibi sancti viri suo merito et mercedem
pro factis postulent, ipsi credentes in eum qui vivificat impium ex fide, am-
plius et a pœna et a culpa liberi sumus. nutent ipsi in fide, a remissa culpa §. 26.
proponunt sibi culpam seu pœnam, quam non linguæ centum, oraque centum,
ferrea vox narrando possint consequi. nobis obliviosis, quibus recta differencia |

[2] § 16] Cf. infra Menii resp. ad Croti apolog. ad a. 1532. § 17, sqq. [5] Christionaliter] *ita cod.* [11] de Erff. n. circumf.] nec vanus ille fuit. [17] Card. Dertus.] *in seq. anno Hadrianus PP. VI.* [18] οὑτωσί κ. τ. λ.] ita nugator est et ignavus nulliusque pretii. *cf. interpp. ad Iliad. I. 293. Græca mendose cod. habet.* [26] syrmo longe *cod.* [33] Cf. Isaiæ LXIII. 3. [39] impium] impm̄ *cod.* Cf. Paul. ep. ad Rom. IV. 5. [41] proponunt *cod.* centum] Verg. Georg. II. 43. Aen. VI. 625. [42] *malim* nec ferrea v.

fol. 16b. | inter lethalia et placabilia non constat, sufficiat gemitus cum lachrimis 'Ab
occultis meis munda me, domine'. Sit sane cui libet creatura Pontificis, vera
religio unum novit conditorem; trahant sacræ literæ suum robur auctore Silve-
stro tuo ab ecclesia repræsentativa, permittatur hæreticis lumen corde sursum
elevato precari 'Revela, domine, oculos meos et considerabo mirabilia de lege
§. 27. tua'; 'lucerna pedibus meis verbum tuum et lumen semitis meis'. Huius luminis
deserti et iam pridem relicti patrocinium, ut facis, suscipe, Martine, theologorum
integerrime, et virtute quam in te colimus, ostende quid intersit inter creatu-
ram pontificis et dei. Introduxit te rex in cubiculum suum et dedit tibi lin-
§. 28. guam eruditam, ut scias reprobare malum et eligere bonum. Cognitus quidem
mihi es, sed quottidie magis magisque appares: post nubila sentimenti ortus
nobis est sol, vidimus qua arte, qua industria confutes damnacionem doctrinalem
et Lutheromastigas; admiramur erudicionem, ingenium exosculamur: summe
placet quod ita temperas gravia cum iocundis, amara cum dulcibus, quod non
prius senciatur haustum absynthium quam fuerit admissum intra viscera; illinis
§. 29. et pingis quemque suis coloribus. Ego Martinum meum non satis prospectum
habui ob tot annis intermissam consuetudinem. eras in nostro quondam contu-
bernio musicus et philosophus eruditus; nuper vidi pugilem Entellum cum sene
Darete congredientem in arena; deinde prodiisti venator alacer capto sævo capri-
corno: nunc graphice iudicium theologisticum depingis; quem te demum habe-
§. 30. bimus? in quo artificio vis palma donari? mihi superesse videtur statuarius.
age ergo, optime Policlete, exprime nobis devictis hostibus arcus triumphales de
marmore vivo qui est Christus Iesus qui te custodiat ab ore Leonis et a cornibus
§. 31. *fol.* 17a. | unicornium sophistarum per omne ævum. Franciscus de Syckingenn | ma-
gnus dux Germanicæ nobilitatis petit teste Hutheno ad se fugias, a quo tranquilli-
tatem, theologicam domum, ministrum, victum et asylum contra insidiatores,
ceteraque vitæ necessaria abunde sis habiturus. qua de re multa Huthenus ad
§. 32. Melanchthonem. non est contemnenda tanta benignitas. in nulla re tantopere
exercent ingenium sancti patres quam quod animum Friderici principis abs te
alienent, ut præsidio omni exutus tandem cogereris ad Bohemos confugere, in
quo casum nominis et doctrinæ tuæ ponunt. nosti in quem contemptum abiit
§. 33. hoc nomen; et opinio ætate comprobata quid valeat, Iudas non docuit? Et
Eckius tunc aget Romæ unguem in hulcere: providendum itaque et ratio ha-
benda de futuro meo consilio per epistolam. Retinendus est in officio Franciscus,
ne sua erga te benivolencia sperni arbitretur: is unis literis pro Reuchlino plus
§. 34. terruit Dominicistas quam tot Cæsaris et Pontificis brevia. Revixit per Basilienses
Iohannes Hussus, misere extinctus tyrannide Thomistarum. Quid tandem tutum
erit, ubi tam sancta scriptura iudicium meruit? sed non est extinctus, vivet
donec vivet veritas; contabuit vero ac in suum cinerem abiit illaudata invidia.

1.2 Ab occ.] Psalm. XVIII. 13. 3 litera *in cod. ubique* lra. Silv. Prieriate. 5 Revela] Psalm. CXVIII. 18. 6 lucerna *etc.*] Psalm. CXVIII. 105. 9 rex] Christus. 10 ut scias] Isai. VII. 15. 18 philos.] phus *cod.* Entellum *etc.*] cf. Vergil. Aen. V. 367. sqq. Entellus Croto h. l. Lutherus ipse est, Dares Silvester Prierias. 19. 20 capricorno] *Bock Emser.* 22 Polycletus Sicyonius celeberrimus sculptor, Croto e Plinio notus. de victibus *cod. sed ad marg. al. m. scripsit* victis 23 Leonis] *ambigue.* 27 qua de re] cf. epist. n. CL. CLIV. 32 ? *addidi.* 33 Cic. pro domo 5,12. „Quid si ... tu in hoc hulcere tanquam unguis existeres?" 35 unis literis] Eruoderung &c. cf. p. 320. i. f. 39 suam *in cod. esse videtur.*

Epistola tua diversam mecum sortita fortuna: ubi ego redeo in Germaniam, §. 35.
intrat illa in Italiam, nondum egressa. Vale Bambergæ iiij kls Maij MDXX

Crotus Rubianus

Non te onero, Martine, Mitto literas ad Hessum: si adest, ut quidam af- §. 36.
firmant, redde: sin fama falsa, concerpe aut concede hospicium donec veniet.
veniet etenim istuc, quo Martini doctrina melior fiat. Huttenus discedens iussit §. 37.
te salutare. proficiscitur ad Ferdinandum Caroli regis fratrem, in cuius aulica familia, ut speramus, locum habebit, non sine tuo et rectorum studiorum commodo. Is ostendit nobis epistolam Erasmi Rotherodami, qua te pleno ore apud §. 38.
archiepiscopum Maguntiñ. commendat. mittetur exemplum | ad te; sume etiam | *fol.* 17[b].
et lege doctissimi viri doctissimum præconium.

NORIMBERGÆ. 30. APRIL. 1520.

CLXI.

BILIBALDVS ERASMO SALVTEM P.

Suum officium facit affinis iste meus, Erasme amicissime, quod te colit ac subinde meo nomine salutat . . . . Cæterum insulsissimam invectivam Eduardi Lei legi, imo verius vidi: quis enim sustineat legere librum tam sine mente, sine fronte, sine literis, sine omni dote humana? Legi et tuam Apologiam, quæ tamen pollicetur responsionem ad illius annotationes. Scire cupis quid sentiam. Vellem omnino tacuisses aut ita homini ut dignus erat respondisses . . . . Vetus hoc istis studium est insignium virorum famam contemerare et optima conantibus obsistere. nam, ut vetustiora prætereamus, quæ pars orbis ignorat quam perversis, quam sycophanticis, quam sceleratis machinationibus vexaverint inclytum et optime de Germania, optime de literis meritum Capnionem? ut interim sileam spurcissima convicia, quæ in eximium illum et vere generosum Novæ Aquilæ comitem, quæ in nobilem Huttenum, denique in me et omnes Capnionis amicos evomuerunt? quid non moliti sunt in optimum Iacobum Fabrum? nam quæ adversus Lutherum iampridem machinantur, forsitan tacere præstat, ne me quoque, quod iam diu egere, sub amicitiæ illius prætextu in ius rapiant ac de crimine hæresis causam dicere cogant. . . . . Tu interim bene vale, Erasme amicissime. Etiam atque etiam memineris te longe feliciorem esse contumeliis invidorum quam laudibus amicorum, quas nunquam tam ægre ferrent

---

CLXI. A = Indic. bibliogr. n. 52,2. p. 149...155. 1...5 = ibid. n. 53,1...5. 1) p. 478....481. 2) p. 424...427. 3) p. 404...406. 4) 589...592. XII. 12. 5) coll. 549...551. n. DIV.

---

8. 9 comodo *cod.* 10 Epm̃ *et in marg.* Archi *cod.*

12 Epistola clarissimi viri Bilibaldi Perckheymeri (Perckeimeri *1*) Senatoris Norenbergensis (Norembergensis *1.*) *A. 1.* 13 Bilibaldus Perckemerus Erasmo Rot. S. D. *2.* Bilibaldus Pirckheimerus (Perkheimerus *2. 3.*) Erasmo Rot. S. (P. *add. 5.*) D. *2...5.* SALVTEM P. *A.* 17. 18 Apologiam] cf. Erasmi Opp. Basil. 1540. fol. tom. IX. p. 105. sqq. 29 Quod tamen non ita longe post factum est.

isti, nisi certo certius cognoscerent te eruditione ac probitate immortalitatem etiam viventem induisse. Iterum vale. Nurenbergæ. pridie Calend. Maias.

Tuus Bilibaldus Pierckheymerus.

Cum hæc scripsissem, certior factus sum Oecolompadium nostrum vigesimo tertio April. monachum esse factum, in monasterio Servatoris iuxta Augustam, ordinis sanctæ Brigidæ, in quo mulieres primas tenere consueverunt. Utinam sibi rectius consuluisset.

Eiusdem epistolæ immutata forma extat etiam in

a) Pirckheimeri Opp. Ffurti 1610. fol. p. 402...404.

b) Erasmi Epp. Lugd. Bat. 1706. fol. coll. 617...619. n. DLXI. *(quam ep. eandem esse atque superiorem num. DIV. repetitam Clericus, ut fuit neglegentissimus Erasmicorum scriptorum editor, non animadvertit). Secundum hanc, ut mihi quidem videtur, epistolæ priorem delineationem supra repetiti loci sunt:*

BILIBALDVS ERASMO.

Recte fecit necessarius ille meus, quod te Antverpiæ convenit et meo nomine salutavit . . . . Ceterum invectivam Angli illius nec non responsionem tuam legi. Scire cupis quid sentiam. Vellem ut omnino — — — — — respondisses . . . . Nam, per immortalem deum, cui boni nebulones isti unquam pepercerunt? Atque ut vetustiora prætereamus, quis ignorat quam perversis technis et sceleratis machinationibus optimo et doctissimo Capnioni illuserint? ut interim sileam probra et convicia quæ in generosum Novæ Aquilæ comitem, Huttenum, me et omnes Capnionis amicos eructaverint. Quinimo invidia exagitati nec a sui ordinis abstinent hominibus: nam præter cetera quid intentatum reliquere, ut divam Mariam Magdalenam assertori suo Fabro eriperent ac eum turpissimis scortis in olidum lupanar detruderent, cum tamen potius deceret in re tam dubia eam sequi opinionem, quæ ad pietatem accederet propius. Quæ vero contra Lutherum ausi sunt, forsitan tacere præstat . . . . Tu interim bene vale, Erasme optime, ac iterum memineris te fœlicem invidorum contumeliis esse, qui nunquam laudes tuas tam moleste ferrent, nisi certo certius cognoscerent, de eruditione ac probitate immortalitatem, et quidem viventem induisse. Gulielmus Nesenus tibi Læti scripta misit. Iterum vale.

AVGVSTÆ VINDELICORVM. **CLXII.** 3. MAI. 1520.

BERNHARDVS ADELMANN DE ADELMANNSFELDEN CANONICVS BILIBALDO PIRCKHEYMERO S.

Quod gratias deo habes in adversa tua valetudine, commendo: nam virtus in infirmitate perficitur. Bene quoque sentis nobis non tutum esse, ut dialogus

---

CLXII. Heumann. (Indic. bibliogr. n. 70.) p. 194. sqq.

[2] Norenbergæ *1...4.* Norimberga 30. Aprilis, Anno 1520. *5.* [3] Pierkheymer *1...4.* Pirckheimerus *5.* [4...7] Cf. n. CLXIII. [32] Norimb. Anno 1520. *add. 2.*

[37] dial. dedol.] Eccius dedolatus, dialogus [Pirckheimero auctore].

dedolatorius opera nostra nobiscum imprimatur: multo enim maioris apud nos existimationis est rex iste denariorum, quam apud vos fuit. nuper exorta fama, quod dæmon his conatus fuisset eum abducere. proh, quam ægre tulit quantumque pollicitus fuit, ut eius famæ auctor sibi indicaretur. Hutteni legi dialogos. utinam tam feliciter quam audacter in eum scribat! Fuit nuper capitulo S. Mauricii nobiscum cum hoc rege Romæ negotium. quid multa? etsi capitulum nihil plus optaret atque expectaret, quam ut res via iuris expediretur, nihilominus papa mandavit, ut etiamsi adversarius capituli false narrasset, compos tamen voti fieret, quemadmodum quoque actum est. Aliud quoque tibi non possum non scribere: quum deliberaremus de episcopo eligendo, atque is de quo loquimur, ambiret complures ex contribulibus meis, ut eum qui nunc est episcopus nobis præficeret, dixit palam 'Si minus fieri potest vestra voluntate, vobis etiam invitis eum episcopum faciam: nam et papam et Cæsarem', ut verbis eius utar, 'in marsupio detentos habeo'. Caveamus itaque hanc insolentiam ac eum ingenii Hutteni lasciviæ, ut Erasmus appellat, committamus; forsan uterque suum offendet ultorem: nemini parcit, ut nosti, Huttenus, meritus ut nemo quoque sibi parcat. Quid vero latrunculi in potentes insignesque istos latrones, seu malueris appellare oppressores exactoresque possint, tuum sit iudicium. Memini te mihi scripsisse alia via quam per latrocinia hanc calamitosam exactionem extingui posse; sed quis etiam mediocriter expertus non videt omnia apud nos venalia esse? . . . . Vale in Christo. Augustæ. tertia Maii. Anno salutis 1520.

LIPSIÆ. **CLXIII.** [INEVNTE M. MAIO A. 1520.]

VIRO ERVDITIONE PARITER AC VITÆ SANCTIMONIA CLARO
D. NICOLAO DEMVDT
COLLEGII CANONICORVM NOVI OPERIS APVD HALLIM PRÆPOSITO, ET ARCHIDIACONO REVERENDISSIMI CARDINALIS MAGVNCIACI A CONSILIIS
HENRICVS STROMER AVRBACHIVS MEDICVS
S. P. D.

In nundinis Lipsensibus proximis, disertissime idemque sapientissime præposite, pollicebar tibi literaria eruditorum hominum monumenta, si qua ad nos adportarentur, me missurum. Sed hactenus præter ea, quæ partim ipse coram emisti, partim a me missa acceperas, nulla sunt advecta. Habes autem doctorum eloquentissimi, ac eloquentium doctissimi Erasmi doctæ pietatis restauratoris, et Ulrichi Hutteni equitis acerrimi Germanicæ libertatis propugnatoris, novas lucubrationes. Pariter et quæ ediderunt recens Bilibaldus Pirckemerus, Fabricius Capito, ac Philippus Melanchthon, præcellentis tum eruditionis, tum

---

CLXIII. Henrici Stro-|meri Aurbachi Medici Ser-|mo panegyricus, Petro Mofellano, quo | die Lipfenfis Academiæ Rector | proclamatus eft, dictus. Cui | adiecta eft oratio Petri | Mofellani, de Con-|cordia, pfertim | in fcholis | publi-|cis | tuenda, qua Stromeri | gratulationi refpōdit. | *(12 foll. in 4º. s. l. et a.)*

² rex denar.] *cf. ep. d. 10. Apr. a. 1520. scriptam*, *p.* 336. *v.* 3. ⁴·⁵ dialog.] *cf. ep. d. 5. Apr. 1520. scriptam.* ¹⁵ Erasm.] *supra p.* 305. *v.* 35.

eloquentiæ viri. Verum ne hoc temporis articulo nihil ad te mittam, hunc sermonem meum accipe, nuper in Petri Mosellani florentissimæ huius Academiæ nostræ moderatoris laudem panegyrici vice a me habitum . . . . Lipsiæ, Calendis Iuniis. Anno. M.D.XX.

IDEM IN SERMONE PANEGYRICO PETRO MOSELLANO DICTO.

. . . . Quis omnino est in Germania, ut interim de exteris sileam, honestarum literarum non dico peritus, sed elegantiarum rerum præ ceteris studiosus, qui non in aliqua fœlicitatis suæ parte ponat Petrum Mosellanum habere amicum? Quot autem sunt, qui procul dissiti, hunc de facie ignotum, tantum ex fama et libris cognitum, ultro amare ceperunt? Quos singulatim recensere, aliud esset nihil, quam summorum Germaniæ hominum catalogum texere. Unus pro multis sufficiat, clarissimum illud literarum lumen Erasmus, quam hunc nostrum Mosellanum amet, quanti eum faciat, quanto eius desyderio teneatur, indicio sunt vel illius ad hunc epistolæ amoris et iudicii honorificentissimi testes plenissimæ, vel quod nuper cum Lovanii in doctorum aliquot convivio huius mentio facta esset, testabatur sua ipsius voce, nullius mortalis in præsentia æque se esse cupidum, ac Petri Mosellani. Obsecro quod uberius laudis testimonium vel optare possumus? Siquidem ea demum vera ac germana laus est, quæ proficiscitur a laudatissimo. Hoc loco vix tacere possum, ut equestris ordinis, ita et literarum decus Ulrichum Huthenum, duorum certe Germaniæ summorum principum Alberti reverendissimi Cardinalis Moguntiaci, domini mei clementissimi, ac serenissimi Austriæ archiducis Ferdinandi incliti regis Hispaniarum, ac Romanorum fratris a consiliis. is hunc nostrum Mosellanum (id quod mihi compertissimum est) sic amat, ut qui maxime, sic iudicio honorifico exornat, ut summæ virtutis iuvenis meretur. Quid autem quod et Galliis Mosellani virtus innotuit? . . . .

MOGVNTIÆ. **CLXIIII.** 4. MAI. 1520.

VLRICHVS HVTTENVS BONIFACIO AMORBACCHIO SALV.

Recte facis quod novo consilio literas ad me scribis istam fugiens laudationum pompam, a qua semper abhorrui, ut qui non ignorem me quam non sim capax. De Dorpio quod resipuit multo ante ex Erasmo didici. Scripsit ad me epistolam peramicam, nam ipse prius illi hortatu

---

CLXIIII. Epistolam exactissime repetii ex *A)* MS. originali q. v., quod est in Bibliothecæ antistitii Basileensis vol. in fol. in dorso inscripto EPISTOLÆ VIRORUM | ERUDITORUM | SÆC. XVI. | TOMUS I. | *p.* 248ᵃ. Ex eodem ms. libro, sed mendose exhibuit 2) Röhrich (Indic. bibliogr. n. 85.) p. 631. n. XII.

10 ceperunt *1.* 22. 23 ac ser. Austriæ ... a consiliis] *De hoc Hutteni munere, perquam dubio, vix alia testimonia extabunt. Cf. supra n.* CLV. et p. 341. vv. 7. sq.
28 Amorbachio salut. *2.* 30 laudationis 2. 32 epistolam] *iam non extantem, ut nec Hutteni congratulatio nobis superest.* nam] istam *2.*

Erasmi scripseram congratulationem de reditu ad nos. Eduardus ita consilio meo tractandus est, ut cognoscant alii studiosis omnibus ingratum facere eum, qui Erasmo sit molestus. Antimorum Germani Brixii non vidi. Qualis qualis est, odio dignum puto, atque ipsum authorem suspicor esse; quales apud nos Italici generis multi perditi nebulones divagantur qui frusto panis conduci possunt, ut cui vel laudes concinnent, vel maledicta ingerant, quales sunt Sbrulius et Bartholinus, homines extreme leves, et futiles. Morum sua tuebitur magnitudo, suæque literæ. Neque non aderit illi tamen nostrum etiam suffragium siquid indigebit. Cupio te recte valere Ex Moguntia iiij Nōs Maij

Per amanuensem, raptim.

WITTEMBERGÆ. CLXV. 5. MAI. 1520.

CLXV.

[MARTINVS LVTHERVS]
SVO IN DOMINO CHARISSIMO MAGISTRO
GEORGIO SPALATINO
DVCALIBVS A SACRIS ET LITERIS INTEGERRIMO AMICO.

IHESVS.

Salutem. Mitto literas ad Vitum Bildum, mi Spalatine, una cum Petri Aquensis literis, sicut mandavit. Hutteno, Fabritio, Pelicano, Erasmo scriptum

---

CLXV. 1 = Lutheri epp. (Indic. bibl. n. 57,1.) I. fol. 264. 2 = ibid. 57,4. p. 445. sq. (Germanice extat *in Luthers Schriften von Walch.* XXI. 692.)

[1] *comma post* scripseram *A.* Eduardus] Leus. [3] Germani] Gerucani *2.* Germanus Brixius *(Germain de Brie)* Autissiodorensis, canonicus Parisiensis († 1550.), eiusque Antimorus iis incogniti non sunt qui Erasmum Morumque norunt. vide imprim. Erasmi ad Morum epistolam 'Sperabam meas literas' dat. Antverp. 26. Apr. 1520. (Basil. 1540. fol. III. p. 489. sq. Epp. Lugd. Bat. 1706. fol. p. 547. sq. num. DIII.) et Mori ad Erasmum 'Antimorus, mi Erasme' dat. Londini 1520. (Basil. III. p. 490. sqq. Lugd. Bat. p. 611. sqq. num. DLV.) [5] qualis *in A. esse videtur.* [7] Sbrulius] Sbudinus *2.* Ricardum Sbrulium Utinensem multi eius temporis eruditi homines, Trebelius, Scheurlius, Erasmus, alii, nimiis laudibus extollebant; eius carmina maximam partem conducticia enumerat I. A. Fabricius Bibl. Lat. med. et inf. æt. Hamburg. 1746. 8°. tom. VI. p. 240. sqq., ubi omissa est „RICHARDI SBVLII [*sic*] FOROIVLI|ani Equitis liberalium difciplinarum do-|ctoris: & profeffo-ris: in Academia | Franckfordiana: Poetæ & ora|toris clariff. Theocharis. |" cui adiecta est ad Theodoricum Lubusianum antistitem elegia, præmissa autem ep. ad Albertum Brandenburgensem Theodoricumque illum a. 1521. data. *22 fol. 4°. s. l. et a.* De Bartholino satis quam non amaret hominem, Huttenus expressit ep. Paulo Ricio d. 13. Nov. 1518. data. [9] Morum (?) turbatur *2.* aderit] adsit *2.* [10] Nonis *2.*

[18] Vitus Bild Acropolitanus cœnobita apud S. Ulricum et Afram Augustæ Vindel., astronomiæ studiosus. [19] Fabricio, Pellicano, *2.*

est ab utroque nostrum et multis aliis. Exiit tandem frater Augustinus Alveldensis cum sua offa, verum ineptior est, quam ut horam perdam ei respondendo. . . . . Vale et pro me quoque ora. Wittembergæ, quinta Maii. M.D.XX.

Literas Aquensis remitte responsuro mihi.

Martinus Lutherus.

MOGVNTIÆ. 20. MAI 1520.

CLXVI.

VLRICHVS HVTTENVS EQVES EDVARDO LEO ANGLO RESIPISCERE.

§. 1. Quæ scripsisti in Erasmum Roterodamum, legimus hic studiosi et
eruditi multi, quorum neminem scias non infensissime cœpisse tibi statim
irasci: est enim plenus acerbissimi fellis liber et exitiali refertus virulentia
ac præter Christianam mansuetudinem ita crudelis et truculentus, ut ab
homine Christiano, nedum viro theologo conscriptum eum pernegari facile
§. 2. possit. Quod etsi non minus agam quam aliorum quisquam, vicem tamen
interim tuam doleo, primum qui tantum conscire facinus in animum induxeris, deinde quod optimi viri cum infamia famam quærere tibi aggressus
§. 3. sis, et hac potius via quam utcunque aliter gloriam captes. Quod fieri
abs te potuisse miror, ut cum tot sint ingenium exercendi occasiones, et
tu lucem hactenus fugeris, hac tam odiosa captatura gloriolæ ex obscuro
§. 4. tandem emergere volueris. Quæ te dementia cepit igitur, Lee, quæ exagitavit insania, quis præcipitem egit furor, in hominem probitate eximium,
eruditione incomparabilem sic impetuose ferri, sic immaniter degrassari?
Non aliud maluisti speciose extructum (qualia multa habet Germania) templum incendere, ut ne tuum ignoraret nomen posteritas, quam hoc conari,
ut rarissimum et prope unicum Germaniæ decus convellas ac aboleas?
§. 5. quanquam longissime abes tu ab iis viribus quæ hoc possint. Ubi miror
hebetudinem etiam tuam, qui te sic ignores, ut tanto cum heroe imbecillis ipse adeo congrediaris: contra quem tamen, si talis alioqui visus
adhuc ulli esset homo, qualem tu et primus defers et solus, non defutura
§. 6. tibi erant auxilia bonorum et doctorum hic plurimorum. Nunc cum ea
sit anteactæ eius vitæ ratio, ut ab ipso eam nemo exigat, omnes passim

---

CLXVI. A = Epp. aliq. (Indic. bibliogr. n. 52,2.) p. 145...148. [exemplum 52,1. hanc ep. non habet.] 2 = Burckhard. III. p. 268...272. 3 = Wagenseil. n. XXXVI. p. 212...215. 4 = Hutt. Münch. III. p. 197...200.

---

[10] et] ac *3. 4.* [12] acerbissime *2. 3.* et *omis. 3. 4.* [16] primo quia *3. 4.* [17] adgressus *2...4.* [18] sit *3. 4.* [19] quum *2...4. ubiq.* [21] te] de *3. 4.* [24] exstructum *2...4.* [27] quamquam *2...4.* [31] erant *omis. 3. 4.* Nunc] Nam *3. 4.*

probent et extollant, eruditio vero, a qua omnes quotquot sunt in Germania docti creverint, ipse tu si ad confessionem adigaris iamiam, ut ex conscientia dicas, negari non possit multum te profecisse, quid aliud mereri dicemus quam ut ob insignem hanc ingratitudinem omnes oderint, ob scelus vero male multent etiam et atrociter puniant? Siccine amentia potuisse §. 7. ferri, ut ultro perdendum præberes? perderis enim, perderis profecto, non illis forte quibus defingis meticulose suspicari te, gladiis nostris, sed vindice stilo et bonorum omnium sententiis perfractus et conscissus. etsi nihil adeo peccatum ab hoc dici debeat, quisquis te ob virulenta hæc convicia, ob maledicentiam plus omni immanitate detestandam in frusta etiam discindat et comminuat. Quod siquando factum, clarissima gens, §. 8. populares tui Angli cognoverint, licet eos, quæ fraus est tua quæque perversitas, contra Erasmum concitare studeas, gaudenter tamen ferent, qui te tanto conviciatore sic improbe abs se dissentiente careant. Amant enim §. 9. virum hunc omnes, nec amant tantum, sed venerantur etiam et reverenter colunt. quare etiam, si bene Tunstallos novi, Moros, Linacros, Pacæos et Grocinos recte perspexi, dignis te modis tractaturos scio, qui hanc patriæ notam inusseris, hanc nomini Anglo asperseris labem, ut inde egressus olim dicatur qui de toto universim orbe bene merentem Erasmum primus conviciis prosciderit, primus maledictis insectatus sit. Cuius tibi §. 10. flagitii conscius cum sis, nec humiliter sentias, sed animam superbissime exaltes tuam, tamen audes, ut ecclesiæ consulas, scripta abs te hæc dicere, et Christiana usum modestia prætendis, cumque non habeas quod in illo digne reprehendas, ad maledicta te convertis, quibus petulanter adeo uteris, ut in omnes simul Germaniæ doctos iaculari ea non dubites. Quis est hic enim, qui ad se non dicat pertinere hoc quod scribis, pal- §. 11. pones quosdam solem hunc suum, suum ornamentum, suumque decus appellare solitos? At nos ego dico tantum semper abfuisse ab adulationis stu- §. 12. dio, quantum tu ab omni probitate, ab omni derelictus es integritate, constanterque adserere lumen hoc nostrum nostramque gloriam, teque odio semper extremo habituros, qui nobis hæc invideas, aliquando etiam dolorem hunc ultoros, si non aliter, scriptis certe haud te indignis. Iam hæc §. 13. insignis enim iniuria esset, qui in maledictionibus seminasset, in maledictionibus eum non metere, hominem præsertim nullius bonæ frugis et cuius nulla unquam cognita virtus est, unde vel minimo istius generis diluto venia irrogari debeat? Quam putarem enim exultandum tibi, si quid unquam dedisses tu boni, qui tantum in prima hac fœtura mali dare non

---

[1] in] id *3.4.* [4] ut *omis. 3.4.* [10] frustra *3.4.* [18] adspereris *2...4.* [20] prociderit *2.3.* [21] concius *3.* nec] non *2.3.* superbissime (*excidit* s) *4.* [27.28] adpellare *2...4.* [33] qui in m.] cf. II. Paul. ad Cor. IX. 6. [35] est virtus *3.4.* [36] irrogare *3.4.* exsultandum *2...4.*

§. 14. dedignatus es? Proinde ad me quod pertinet (nam aliorum consilia haud dum perdidici), quia scribis in illa maledictorum tuorum farragine, siquis mentitum te aut non admodum Christiane locutum deprehendat et super hoc moneat, paratum te recantare statim, priusquam in te (quod futurum alioqui prædico) irruam, moneo quæ sic cupide evomuisti, non invitus quoque ut remandas primum ac istam orbi impuram tuam cantiunculam recantes, deinde ab eo quem innocentem adflixisti, nec tale quid meritum
§. 15. contemptu pariter et contumelia perfudisti, veniam tibi exores. Hæc via declinandæ pœnæ via esto. Dico te enim in his quæ scribis, probe mentiri, ipsum te scelestum et impurum iudico talemque esse, nisi iamiam nobis satisfacis, posteritati quoque testatum relinquam. Prædixi. Ex Moguntia XIII. Caleñ. Iunii.

Ad hanc epistolam quasi commentarii loco esse possunt duo libri, quorum alterum in Indice bibliogr. n. 52. indicavi, alteri, item formæ quadratæ, inscriptum est **In Eduardum** | LEEVM QVORVNDAM E SO:|DALITATE LITERARIA ER:|PHVRDIEN, ERASMICI NO|MINIS STVDIOSORVM | EPIGRAMMATA, | AD LECTOEM | Qui legꝫ hæc, ſi qs tū hæc legis, optie letōr [*sic*] | Ne mihi Socratico turbidus ore veni | Dum caneretur enī nobis bonus iſte Leeus | Pro phœbo preſens ipſe Lyeus erat | P, A, | *[i. e. Petreius Aperbachus] In fine pænultimæ*, i. *e. XXIII. paginæ est* Erffordię per Ioannem Cnappum | ad celebres ferias diuini | ternionis M, D, XX,

Ex illa Epistolarum farragine (Indic. bibl. n. 52,2. p. 143. sq.) hæc subiungenda esse videntur:

GERARDVS LISTRIVS BEATO RHENANO SVO S. D.

Ne nescias quo in statu hic simus, Beate beatissime, ludi literarii apud Zuollam habenas moderamur, iuventutem optimis literis instituimus, pro nostra virili barbariem gnaviter profligamus, faventibus optimis quibusque et præcipue huius oppidi primoribus, sed vehementer rebellantibus ptochotyrannis quos nosti, qui nullum non movent lapidem, nihil non audent, nihil non moliuntur adversus optima studia . . . . . . Sed e quo cavo quæso prodiit iste gigantum fraterculus Eduardus Leus, qui subito divis bellum indiceret? imo e quo sterquilinio prorepsit scarabeus iste qui nostræ aquilæ negocium facesseret? ex quo antro prosiliit nobis Caculus iste, tantum fumi, tantumque incendii vomens? Hoccine monstrum nobis dedit Anglia sic ab Erasmo prædicata? Nemo Lei nomen antehac audierat neque quisquam hominem natum sciebat. et ecce subito prodiit liber omnibus machinis impetens Erasmum. Nihil adhuc vidi stupidius, indoctius, insulsius, insanius, arrogantius, procacius, gloriosius, fucatius, maliciosius: nec grammaticam novit nec dialecticam nec philosophiam, a theologia longissime abest; caret ingenio; caret indicio, caret sensu communi; passim non intelligit hoc ipsum quod carpit, passim non intelligit quod arrogantissime docet, passim non intelligit ea quæ citat; sæpe ipse sibi contradicit; nonnunquam loquitur aliena et vix Horeste digna: in summa plura sunt illic errata quam versus. Et tamen iste est qui ecclesiæ periclitanti supponit hu-

---

[1] es] est? *3. 4.* [9] via] unica *2...4.* [12] M. D. XIX. *add. 3. 4. falso.* [29] gig. fr.] Iuven. sat. IV. 98.

meros; iste est qui excitat summum pontificem ut vigilet, iste qui nihil docet, nisi quod didicit; iste est qui nihil evulgat nisi quod prius milies olfecerit, iste est qui omnibus virtutibus et transformato in deum spiritu accedit ad tractandas sacras literas, iste est qui se dicit velle lugere fratrem insanientem, nisi tam insanis annotationibus obtemperarit. Demiror Erasmum si huic portento respondeat: nam id aiunt illum facere: ego non dignarer rabulam hoc honore. Liber huc allatus nemini non displicuit, exceptis illis quibus nihil aliud placet, vix etiam duabus lectis paginis. Deum immortalem, quæ vanitas, quæ impudentia, quæ virulentia, quæ technæ, qui fuci! Illud indignius, quod quicquid habet furcifer, mutuatur e libris Erasmi: ab illo spinas assuit sibi quibus in illum inpingat. et homo ipsa ingratitudine ingratior Erasmum vocat mortalium omnium ingratissimum. Quid est, si hæc insania non est? est quoddam insaniæ genus, quo sibi quidam supra modum displicent: et audio Lovanii theologum quendam hoc malo laborare: at Leus non minus insanit, qui sibi supra modum placet. Nullosne fuisse doctos ac prudentes amicos qui hominem ista molientem compescerent vel elleboro dato vel iniectis vinculis? Sed stultulus ad mendax speculum scripsit opinor: illic ad singula suaviter arrisit et sibi existimans talem fore vultum lectorum omnium, qualem videbat in speculo. Qui tam amarulente ausus est impetere virum cui plurimum debeant et bonæ quas vocant et sacræ literæ, mea sententia dignus est in quem conspirent omnes quibus cordi sunt optima studia, quem stilis suis confodiant ut rabiosam bestiolam, ad cuius sepulchrum veniant mictum atque cacatum omnes melioris literaturæ candidati. Ego certe adnitar pro viribus, ut ni mature resipiscat Leus, nomen illius tam invisum reddam posteris quam fuit unquam Vatinii aut Phalaridis. Iam nunc pueri mei versibus aliquot luserunt in opus insulsissimum Lei.................. .... Vos si vere Germani estis, non sinetis hominis petulantiam impunitam, quicquid de illo statuerit Erasmus, cui sæpe nocuit sua levitas.

MOGVNTIÆ. 27. MAI. 1520.

CLXVII.

HVLDERICHVS DE HVTTEN
LIBERIS IN GERMANIA OMNIBVS
SALVTEM.

Adhuc nihil cessatum nobis est ab eo die, quo semel constrictam diu §. 1.
iam et pene suffocatam nationis huius libertatem quantum in nobis esset, solvere et restaurare adgressi sumus, dum vel quærimus et investigamus quid ubique abstrusum habeatur antiquitatis, quod huic nostro commodare possit instituto, vel scribimus ipsi et in lucem edimus quæ mens conscia veri occulta diutius esse non sustinet. Quo studio cum secundo proxime §. 2.

CLXVII. A = Indic. bibliogr. n. XXIX. 1. 2 = Burckh. II. p. 54...58. (ibid. n. 2.) 3 = Wagenseil. n. XLVI. p. 243...246. (ibid. n. 4.) 4 = Hutt. Münch. III. p. 561...564. (ibid. n. 5.)

Rheno navigans ad Treverense municipium Bopardam adplicuissem, con-
venissemque Christophorum Eschenfelder, qui telonen istic agit, atque is,
qua benevolentia bonos et literatos omnes prosequitur, domum me suam
adduxisset, hospitium exhibens, ut paulo ante Erasmo fecerat, eximie libe-
raliter, deinde libros suos et suppellectilem ordine ut fit ostenderet, alia
quidem vidi satis lauta omnia, sed inter libros inveni vetulum quendam epi-
stolas aliquot continentem, quem dum inspicio primum, deinde lego etiam,
rem cognosco oblatam mihi minime contemnendam, itaque perlegere ad-
§.3. gressus sum. Quod ille conspicatus admodum cupide agere me, volens
credo imitari Homericum illum Nestorem, πὰρ ξείνια θῆκεν, et libellum
dono dedit, postridianæ navigationis molestiam eius lectione iubens levare
me. En vobis consequenter hospitalitium amici munus, o liberi. quid
enim potest iucunde adficere Huttenum, quo is frui solus velit, nec bonis
communicare statim omnibus? aut quid est iuvando publico in Germania
bono idoneum, quod latere is pati debeat? Atque utinam sic multa inve-
§.4. niam talia, ut publicandi ea mihi summa quædam voluptas est. Non me-
retur hic quidem cum iis, quos in Fuldensi nuper bibliotheca blattis et
cariei inveniens eripui, Plinio, Solino, Quintiliano, Marcello medico et aliis
quibusdam comparari, tamen siquem res ipsa potius quam oratio adficit,
§.5. nonnihil adferet publica expectatione dignum: nam ego sermonis incon-
cinnitatem sæculi illius infœlicitati condono, materiam vero quæ inibi tra-
ctatur, vel ob id credo utilem fore, quod inde perdiscent nostrates aca-
demiæ quid quo consilio indicare conveniat, ubi habebunt quæ imitentur
maiorum suorum exempla, et quod orbis cognoscet quam non cœperit
nuper contra intolerabilem pontificum avaritiam ac minime ferendum im-
§.6. positum sibi a Romanis istis iugum reclamare hæc natio. Voluerunt enim
non in re vana et momenti admodum nullius, idque sic invidiose, ut nunc
fit, locare operam hanc superiores theologi: in rebus necessariis et ne-
gotiis sua professione dignis cum periculo etiam desudandum sibi arbitrati
sunt. et tunc conscientia duce ferebantur, hodie meros palpones, meros
adsentatores invenimus theologos; qui siquando officium facere suum vo-
lunt, aut in nugis tragœdias movent, aut ut potentibus istis gratificentur,
bonis hominibus invidiam conciliant, sæpe periculum moliuntur, aliquando
§.7. etiam perniciem accersunt. quos non præstabat fodere aut quidvis aliud

---

[2] telonem *4.* [4] paullo *2...4.* Erasmo] cf. Erasmi ep. ad Beat. Rhenanum d. a. 1518. in Opp. Basil. 1540. fol. III. p. 229., in Erasmi Epp. L. B. 1706. fol. edd. p. 372. atque epist. ad ipsum Eschenveldium d. 19. Oct. 1518. datam ed. Bas. p. 188. sq. in ed. Lugd. Bat. p. 353. [5] suos *omis. 2...4.* [6] quemdam *2...4.* [10] πὰρ. ξ. θ.] hospitalia adposuit. Homer. Od. XV. 188. [14] comm. statim *3. 4.* [17] iis quos *etc.*] libro Waltrami de unit. eccl. conserv. Plynio *A.* [20] exspect. *2...4.* [21] infel. *2...4.* [23] habebant *3. 4.* [34] arcessunt *2...4.*

agere quam sic præpostere studium theologiæ tractare? nam quid indignum magis committi potest quam quod sic temere, sic inconsyderate et petulanter ac malitiose nulloque cum iudicio bonorum virorum scripta semel aut iterum tractata iam vidimus ab iis qui non errore seducti, sed livore et malitia adducti ea damnaverunt quæ, si conscientiam uniuscuiusque appelles, primo adserent ac probabunt loco? Et illi quidem strenue §. 8.
actum ab se videri voluerunt, cum in favorem Romani pontificis aut eius hic legatorum gratiam iudicii sui aculeos exercent in eos qui evangelicæ veritatis testimonio nixi superstitionem conati essent a fidelium mentibus avellere et prætentum veræ religioni fucum tollere. contra iniquos vero curtisanos, sceleratos Simoniacos ac improbos indulgentiarum venditores qui vel publice concionatus sit vel domi scriptum aliquid foras emiserit vel in senatu libere consuluerit, ex hoc theologorum genere inventus adhuc nemo est. Atqui adversum pestilentissimas complures nonnullorum ponti- §. 9.
ficum bullas, contra exactionum hic et dispoliationum genera plane infinita, contra aut istas Romæ sacerdotiorum nundinationes aut detestabilem hic etiam ecclesiastici ordinis luxuriam consulere et decernere oportebat hoc tempore; non siquis optima promoveret studia et reviviscentibus adminiculum ferret literis, in eum inquisitionis istiusmodi authoritatem obvertere et hæreseos continuo piaculum imputare. Quod facessant oro, ne vel hoc §. 10.
nomine incipiat male audire hæc natio: nam si pudendum est veri ignorantia labi, quam non convenit eo cognito ultro falsum adserere? quin potius Christiana iuvet modestia in docenda veritate uti, non furore et amentia in adfligenda æquitate ferri: frivola sunt et mox peritura quæ donant ii quibus tanto cum scelere qui adulantur, æterna se et incomparabili fraudant remuneratione. Præterea brevi duraturam hanc illorum ty- §. 11.
rannidem video et, nisi omnia me fallant, paulopost ablatum iri prædico: posita est iam enim, posita, o Christe, ad radicem arborum securis est, et excindetur omnis arbor quæ non facit fructum bonum, ac purgabitur vinea domini. Hoc iubeo non sperare iam vos, sed spectare mox iubebo. In- §. 12.
terim confidite, viri Germani, ac mutuo vos excitate: nec imperitos habetis nec imbecilles ad vindicandam libertatem duces: tantum fortes præbete vos et imperterritos, nec in mediis adeo congressibus procumbite. Per- §. 13.
rumpendum est enim, perrumpendum tandem, præsertim hæ cum sint vires, hæc conscientia, tales occasiones, tanta caussæ æquitas, et cum ad

[2] inconsid. *2...4.* [7] quum *2...4. ut ubiq.* [17] ecclifiaftici *A.* [19] litteris *2. 3.* auctor. *2...4.* [28] posita *etc.*] Evang. sec. Matth. III. 10. sec. Luc. III. 9. [28.29] exscind. *2...4.* [30] iubeo *3. 4.* [31] imperitas *3. 4.* [33.34] Perrump. est] cf. Hutteni responsoriam elegiam ad Eob. Hessi, ut veritatis caussam prosequatur, i. f.:

„Atque ita perrumpam. perrumpam aut ipse peribo,
Hæc postquam semel est alea iacta mihi".

[35] causæ *4.*

summum iam conscenderit tyrannidis huius grassatura. Hoc facile et valete. Inter equitandum VI. Calen. Iunii. Anno M. D. XX.

Vive Libertas.

IACTA EST ALEA.

CLXVIII.

EXHORTATIO AD GERMANOS VT RESIPISCANT
EX VETVSTO CODICE DESCRIPTA.

Compatiamini vobisipsis, attendite et videte, quia ceu hactenus pro his habiti apud Italos ducti clausis oculis in servitutem estis mirabili sagacitate et verbis omni versutia et calliditate plenis, speciem boni extrinsece mentientibus, unde, misera Germania, quomodo deus compatitur oppressioni tuæ, quam propter eum ista iamdudum passa es, facile credens, subito obediens, omnia ob dei timorem ad salutem necessaria existimans. Ecce iam bis concilium ad terras tuas congregatum est, ut audires, saperes et intelligeres quomodo deciperis. Sæpe sæpius ante oculos tuos reponit calumnias, servitutes, exactiones et cuncta quæ iniuste pateris, ut te non superbe, sed sapienter et rationabiliter eruas ope et adiutorio universalis concilii. Mirandum supra modum quod oppressionis immemor es. Recordare qui in urbe Romana cardinales aut prælati, et neutrum Germanum reperies cuiusque reputationis aliorum respectu. Recordare qui servi et familiares, qui servorum servi, qui coci, qui pistores cardinalium, qui stabularii, qui hydriophylaces, qui agasones, qui muliones, et reperies omnes Germanos: omnia autem despectissima officia tibi quasi ab hoc nescio quo infausto omine damnato servantur. Cogita ad quid hæc onera sustines; nonne ad solum consequendum beneficiolum, forte ad fundationem parentum aut amicorum tuorum: nec pro his omnibus sudoribus tuis facile consequeris. Superest ut affluat sudor parentum tuorum, et de substantia sua sæpissime contribuant mediatoribus, quorum studio beneficia pernicioso titulo consequeris,

---

CLXVIII. Hæc Exhortatio post libellum ab Eschenfeldero (Cinicampium vocavit Erasmus) dono datum Hutteno in exemplo cit. (Ind. bibl. n. XXIX. 1.) legitur. eandem non tam propter argumentum ad gravamina nationis Germanicæ totum spectans, longeque fervidius ab Hutteno cum epist. d. 29. Sept. a. 1520. scripta, tum in poemate *Clag vnd vormanung* tractatum, quam propter dicendi genus ab Hutteni dictione alienissimum huius stilo quamvis Meinersius (*Lebensbeschr.* III. p. 195. not. *) vindicaverit, omnino abiudicandam esse censeo, ut etiam ipsa adhortationis inscriptio abiudicare videtur.

---

3 Vive lib.] cf. ep. ad Luther. d. 4. Iun. 1520. scriptam. 4 Iacta e. a.] Ita Cæsar Rubiconem transcensurus exclamavit. *Ἀνερρίφθω κύβος· προοίμιον τὸ κοινὸν τοῖς εἰς τύχας ἐμβαίνουσιν ἀπόρους καὶ τόλμας.* Plutarch. in Iul. Cæs. 32.

11 quomodo] quō *A.* 14 bis] Constantiæ Basileæque. 22 hydr.] hydrophilates *A.* *ὑδροφύλακες*, aquarum custodes *nulli sunt; ὑδριοφύλακες*, vasorum custodes *intellegi apparet.* 24 omine] *an* nomine?

ut ipsi in extremam paupertatem redigantur. Nonne tanta est illa maledictio, sicut imaginari potest, cum clarissimum sit hæc omnia servitia, has tales beneficiorum collationes contra ius, non propter Christum, sed proprium commodum usurpatas, et cuncta illa media deo penitus displicere; et tu, cæca Germania, putas ob obedientiam omnia necessario pati debere. Seductiones istæ iam cum magno damno passæ luce clarius aperiuntur tibi, et adhuc times dicere et videre quod vides. Quid times? Excita potentiam tuam tibi a deo datam his perversitatibus tibi in tuam destructionem penitus tendentibus resistendi, et repone antiqua sacra decreta ante conspectum tuum, quæ ita per spiritum sanctum dictata in universalibus conciliis sunt edita, quibus etiam quisque Romanus pontifex obedire tenetur, nisi in tuam suppressionem et Romanæ curiæ exaltationem tendat, et dicas sanctæ matri tuæ ecclesiæ repræsentatæ per hoc sacrum concilium „Ecce, mater pietatis, contra tuas sanctas regulas universæ ecclesiæ traditas gravatur obedientissima filia tua, natio Germanica, et absque causa in miseram servitutem devorantis et cunctas pene opes deglutientis Romanæ curiæ redacta est; et nunc, quia spiritus domini replevit orbem terrenæ habitationis nostræ, quia videmus quod laqueo restricti tenemur et maximo funiculo, quod difficile hactenus rumpi potuit, ideo iuxta tria sancta præcepta conterere volumus hunc laqueum et nosipsos tua protectione liberare. Non acquiescemus amplius, si Romana curia per quascunque vias, sive gratiarum sive reservationum, beneficiorum collationes ad se traxerit; non acquiescemus, si in electivis beneficiis et dignitatibus et confirmationibus iuris ordinem infregerit; non ad annatas aut annales contributiones obligari volumus, sed tantum erit diligentissima cura nostra strictissimam obedientiam in cunctis ad animarum salutem spectantibus exhibere, pati correctiones, visitationes, reformationes, et cuncta quæ ad salutem pertinent, dummodo in illum finem a sede apostolica vel alio quocunque ad hoc auctoritatem habente fiant. Necessitatibus autem universalis ecclesiæ per nostros legatos, cardinales, qui Romano pontifici assistent, consulere, ac dum ita foret opportunum, per expensas faciendas contribuere non recusabimus, dummodo de nostro aut legatorum nostrorum consensu subsidia huiusmodi imponantur. Et quando hoc ita fecerimus, speramus coram deo ad nulla alia nos Romanæ curiæ obligari, et quicquid nobis contra præmissa mandatum fuerit, non ex mandato Christi prodire, et non acceptari posse, imo verius refutari debere, qui nobis præcepit, quod patrum præcepta servare debeamus. Et sicut dicit Gregorius 'Admonendi sunt subditi, ne plus quam expedit sint subiecti, ne cum studeant plus quam expedit hominibus subiici, compellantur eorum vitia venerari', &c.

FINIS.

---

[13]. repræſẽtata *A*. [35] Cf. Ioann. XV. 10. [36] Gregor.] Decreti Gratian. part. II. caus. II. qu. 7. cap. 57.

WITTEMBERGÆ. | CLXVIIII. | 31. MAI. 1520.

CLXVIIII.

[MARTINVS LVTHERVS]
SVO IN DOMINO CHARISSIMO MAGISTRO
GEORGIO SPALATINO
DVCALIBVS A SACRIS ET LITERIS INTEGERRIMO AMICO.

IHESVS.

Mitto literas, mi Spalatine, ad Huttenum, Siccingen et Taubenheimum nostrum. tui quæso sit officii oportune eas curare, præsertim ut Taubenheim suas statim habeat; distuli enim ipse diutius quam forte speraverat. . . . . Responde et vale. Wittembergæ, quinta pentecostes. Anno M.D.XX.

Martinus Lutherus August.

CLXVIIII. 1 = Lutheri epp. (Ind. bibl. n. 57.1.) I. fol. 267. 2 = ibid. n. 4. I. p. 451. n. 230. Germanice in *Luthers Schriften von Walch.* XXI. 695.

MOGVNTIÆ. | CLXX. | [INEVNTE M. IVN.] A. 1520.

CLXX.

HVTTENVS SVO PHILIPPO FVRSTENPERGK SALVTEM.

Quia promisi vicissim tibi, opera siquando mea uti velis, fore me tibi obvium expositum ac promptum, iccireo nunquam vereor operam tuam exigere. Et nunc quidem huiuscemodi te curæ involvo: opus mihi vehementer est ad ea quæ nunc paro, Aeneæ Sylvii, qui Papa Pius, Europa atque Asia: in Galliis impressi sunt libelli, atque alio titulo, si recte memini, Aeneæ Sylvii Cosmographia inscribuntur: præterea libello Michaelis Ricii, quem de Regibus Hispanorum, Siculorum, Hunnorum etc. conscripsit. Oro te mox bibliopolam adi, eme, quanti quanti venerint, ac

CLXX. Primum hic editur ex apographo quod est in MSS. Burckhardianis Guelferbyt. „COLLECTANEA DE VITA AC SCRIPTIS VLRICI HVTTENI“ fol. 46. ubi qui transcripsit, huic epistolæ sequentique, infra (31. Mart. 1522.) repetendæ prænotavit: „Ulrici ab Hutten Equitis ad Philippum Fürstenberg, Patritium ac Senatorem Francofurtensem, ex ipsis Hutteni autographis â Generos. Glauburgiorum Familia asservatis."

[7] litteras] *quæ omnes non extant.*

[19] Aeneæ Sylvii Bartholomæi Piccolomini Senensis (nat. 1405., papæ Pii II. 1458. † 1464.) Opera collecta Basileæ ex officina Henricpetrina (a. 1571.) fol. edita sunt, ibique Asiam tractans Cosmographia vel historia rerum ubique gestarum locorumque descriptio p. 281...386., Europa p. 387...471. continetur.

[22] De hoc Ricio Neapolitano, professore publicisque muneribus gravioribus primum in patria sua, deinde in Galliis functo, eiusque scriptis nonnulla v. ap. Iöcher. v. *Ritius.*

statim huc mitte in ædes Iohannis de Hatsteyn. Habes epistolam meam in Theologistas. Rupi universum patientiæ carcerem ac egredior qualis qualis sum. Vale. raptim. Moguntiæ.

Inscriptio: Philippo Fürstenbergk, Patricio Francofurdiensi, Amico singulari, ac viro innocenti sal.

Huttenus.

MOGVNTIÆ. CLXXI. 4. IVN. 1520.

VIVE LIBERTAS.

VLRICHVS DE HVTTEN EQVES
MARTINO LVTHERO THEOLOGO
SALVTEM.

Si quod ad ea quæ magno istic animo paras, ut video, impedimen-
tum tibi intercedit, necessario et amanter doleo. Nos hic promovimus non- §. 1.
nihil. Christus adsit, Christus iuvet, quandoquidem eius stata adserimus,
eius obscuratam pontificiarum caligine constitutionum in lucem reducimus
doctrinam; tu fœlicius, ego pro viribus. Utinam aut omnes hæc sentiant,
aut se ultro isti agnoscant ac in viam redeant. Ferunt excommunicatum
te. Quantus, o Luthere, quantus es, si hoc verum est: de te enim di- §. 2.
cent pii omnes „Captabant animam iusti et sanguinem innocentem con-
demnabant. sed reddet illis iniquitatem ipsorum, et in malitia eorum
disperdet eos dominus deus noster". Hæc nobis spes, hæc esto fides.
Redit ab urbe Eccius, beneficiis a pontifice et pecunia, quod aiunt, auctus.
Quid tum? Laudatur in desyderiis suis peccator, nos in veritate sua dirigat §. 3.
deus. atque igitur oderimus ecclesiam malignantium, et cum impiis non
sedebimus. Circumspice tamen et oculus pariter ac animum habe ad illos §. 4.
intentum. Vides, si nunc cadas, quæ sit publico iactura: nam, ad te quod
pertinet, eo esse te animo scio, ut malis sic mori, quam utcunque vivere.
Mihi quoque insidiæ sunt. cavebo quantum licebit. Si vi ingruent, vires §. 5.

CLXXI. A, B = Indic. bibliogr. n. XXX. 1. 2. C = ibid. A. 4 = ibid. 3. et 4. 5...8. = ibid. n. 5...8.

---

[1] epistolam d. 27. Mai. a. 1520. 'liberis in Germania omnibus' scriptam, quæ libro de schismate extinguendo præmissa et p. 349. sqq. repetita est, indicare videtur.

[10] Ad Martinum Lutherum *6...8.* [12] que *B.* [15] conſtitucōnū *C.* [16] felicius *C. 4...8.* [19] Captabant] Captabunt: Psalm. XCIII. 21. 23. [20] malicia *C.* [22] Rediit .... quantum licebit. *transposuit 4.* [23] laudatur] cf. Psalm. X. 3. sec. Hebr. desideriis *4...8.* in ver. dir.] cf. Psalm. XXIV. 5. [24] oderimus] cf. Psalm. XXV. 5. malignāciū *C.* [26] publica *4. quod prætulerim, sed Huttenus* publico *scripserit.* [29] Si vi .... contemnant. *omis. 4.* incurrent *corr.* ingruent *C.*

erunt adversum, non tantum pares, sed ut spero superiores etiam. Utinam
§. 6. me contemnant. Eccius me detulit ut tecum habentem, in quo falsus non est: semper enim in iis quæ intellexi, tecum sensi; at nulla fuit prius consuetudo nobis: nam quod idem dixit, conspirasse prius nos, hoc mentitus est in gratiam Romani episcopi. o hominem impudenter malum! Sed
§. 7. videndum est, ut illi reddatur quod meretur. Tu confirmare et robustus esto, nec vacilla. Sed quid moneo ubi opus non est? Me habes adstipulatorem, in omnes etiam eventus. Itaque consilia omnia tua audebis posthac credere mihi. Vindicemus communem libertatem, liberemus oppressam diu iam patriam: deum habemus in partibus: quodsi deus pro nobis,
§. 8. quis contra nos? Prosciderunt te Colonienses et Lovanienses. hæc illa sunt diabolica adversus veritatem conciliabula. sed perrumpemus, perrumpemus, adiuvante Christo, streme. Illos vero decuit vere potius, ubi negocium incideret, et libere iudicare. quo nomine monui eos quadam in
§. 9. præfatione, quam leges: mittet eam Capito. Hodie ad Ferdinandum abeo. quicquid ibi potero, nostro bono, non cessabo. Iubet ad se venire .N. te, si tutus istic satis non sis, habiturus pro tua dignitate liberaliter et adversus omnis generis inimicos defensurus strenue. Hoc ter aut quater
§. 10. iussit ad te scriberem. In Brabancia invenient me tuæ literæ; istuc scribe, et amanter vale et in Christo. Moguntiæ. raptim. II. Nonas Iunii. Anno M.D.XX.

Melanchthonem saluta et Facchum, ac bonos istic omnes, iterumque vale.

τέλος.

---

[1] eciam *C.* [2] Eckius *4.* [3] in hiis *C.* [5] graciam *C.* [10] si deus] Paul. ad Rom. VIII. 31. [12] perrumpemus] cf. ep. d. 27. Mai. a. 1520. scriptam, p. 351. [13.14] negotium *5...8.* [14] incidet *C.* [15] præfatione] *libri de unitate eccl.*, *supra* p. 325. sqq. *exhibita.* p̃facione *C.* Hodie .... ad te scriberem *omis. 4.* Ferdinandum] Austriæ archiducem, Bruxellas. [16] .N.i. e. Franciscus de Sickingen. [19] Brabantia *4.* tue lr̃e *C.* litteræ *6.* [20] Mogunt. *A. C.* Mogũt. *B.* Moguntii *5...8.* Mogun: *4.* [23] τέλος *omis. 4...8.*

Commode hic subiciemus locum quem Iacobus Burckhardus (MS. Guelferbyt. fol. p. 415.) in calce epistolarum Hutteni ad Carolum Cæs., ad Alberthum Card. Mog., ad Bilibaldum Pyrck. inscriptum enotavit: „Ludouicus Vergerius cuiusdam ἀνωνύμου, quem Vergerius Austricæ ditionis sacris litteris addictissimum vocat, libellum De natura et usu sacramentorum (an. 1559. 8°.) dedicauit Comiti Palatino Rheni. cuius libelli auctor statim in Exordio explicatis quatuor actionum generibus ex Aristotele, quod differant hisce caussis, φύσει, δόξα, βουλήσει καὶ προαιρέσει, adfirmat Huttenum hunc socium se caussæ Lutheranæ adiunxisse, δόξα, persuasione, et inconsulta imitatione. Argumentum fuit inde, quod crebro in ore habuerit temerariam hanc vocem: Se malle cum Luthero errare, quam cum Pontificiis recte sentire".

ROMÆ.

CLXXII.

6. IVNII 1520.

DILECTO FILIO NOSTRO
ALBERTO TITLI STI CHRYSOGONI PRESBYTERO CARDINALI
MOGVNTINO SACRI ROMANI IMPERII PRINCIPI ELECTORI &c.

LEO PP. X.

Dilecte fili noster, salutem et apostolicam benedictionem. Gratissimas accepimus circumspectionis tuæ literas manu propria scriptas, plenas amoris atque observantiæ, in quibus quod postulas a nobis de tota illa permutatione et recompensatione facienda quid adhuc egerimus aut posthac cogitemus agere, ut tuæ morem quantum dominus dederit, geramus voluntati, dilectus Marinus Caracciola notarius noster, ad Cæsaream Aulam destinatus nuncius, tibi uberius exponet. Quem nos ipsum cum et antea meditaremur in hanc legationem mittere, eius quidem virtute et prudentia adducti, sed illa imprimis ratione, quod eum circumspectioni tuæ gratum esse intelligebamus, supervenerunt literæ tuæ, hoc idem a nobis requirentes, quare omni cunctatione discussa negotium illi statim dedimus ut acceleraret, rebusque omnibus tibi communicatis uteretur imprimis gratia, consilio et favore tuo. Non enim te non omnia facturum certum habemus, quæ huic sanctæ sedi, cuius tu nobile membrum es, ampla cognoveris esse et honesta. Quin etiam rosam auream vetere instituto prædecessorum nostrorum Romanorum pontificum dominica quadragesimæ quarta benedici solitam, a nobisque solemni more benedictam alicui seculari principi mitti solitam, per eundem Marinum nuncium ad circumspectionem tuam dono misimus, ut ad principem quidem electorem, verum tamen novo exemplo; sed omnia indicia benevolentiæ erga te nostræ satis nobis iusta et ad innovandum aliquid videntur esse. Quare circumspectio tua gratum illud munus accipiet, quod etsi mysticum est magnasque habet in se sacrarum rerum interpretationes, tamen ad ceteras adiunctum est pignus amoris summi in te nostri. Sed de omnibus circumspectio tua a prædicto Marino nuncio nostro plenius fiet certior, cui fidem omnem habebit. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die VI. Iunii MDXX. Pontificatus nostri anno octavo.

Ia. Sadoletus.

CLXXII. 1 = Monum. piet. (Ind. bibl. n. 65.) II. p. 46. sq. 2 = Gerdes. l. c. II. p. 10. sq. Monumentor. 3 = cf. Abrahami Sculteti Annales evangelii renovati, infra ad num. CLXXVIIII. citt.

[2...5] AD ALBERTVM MOGVNTINVM LEO P.P. X. *2.* Huic epistolæ cum inferiore num. CLXXVIIII. Miegius superscripsit 'Epistolæ Sadoleti ad Archiep. Moguntinum. [6] nostram salutem *1.* [7] atque] et *2.* [10] dilectissimus *2.* [10.11] Carraciola *1.* [11] Cesarèam *2.* Aulam] maiestatem *1.* [12] et] etiam *2.* [13.14] quod ... tuæ] quâ cum Celsitudini tuæ *1.* [14] litteræ *2.* [15] illi *omis. 2.* [19] etiam] & *1.* [19.20] predecessorum *1.* [21] solenni *1.3.* [22] donum *2.* benedicta *1.* [24] benivolentia *2.* et] etiam *3.* etsi] & *1.* [28] circumsp.] Celsitudo *1.*

WITTENBERGÆ. | **CLXXIII.** | 8. IVN. 1520.

CLXXIII.

IOHANNI HESSO VRATISLAVIÆ
[PHILIPPVS MELANCHTHON S.]

Salve, mi Hesse, frater carissime. Cum aliis multis ex causis, tum hac omnium prima iucundissimæ mihi literæ tuæ fuerunt, quod significas adversum te quoque Sadducæos furere . . . . Invitat ultro Martinum Franciscus de Sickingen, equitum Germaniæ rarum decus. Huttenus ad Ferdinandum Caroli fratrem proficiscitur, viam facturus libertati per maximos principes. Quid non speremus igitur? . . . . Octava Iunii, MDXX.

CLXXIII. Corpus Reformatorum ed. C. G. Bretschneider. Vol. I. Hal. 1834. 4°. p. 201. n. 78. („Ex autographo in Cod. Rehdig. Vol. V. curante S. V. Schulzio. Apographum inest Cod. Bav. II. p. 601. Epistola et in Libro VI. pag. 324. exstat".)

FRANCOFVRDIÆ. | 12. IVN. 1520.

CLXXIIII.

IOANNES COCHLÆVS BILIBALDO PIRCKHEIMERO
S. P. D.

§. 1. Apud fratres prædicatores ex industria nullas ad te literas scripsi, observandissime domine Bilibalde, quod putabam tibi minus gratum fore vel minimum cum illis negotium. Venit deinde gener tuus ex Hollandia, quem literis
§. 2. onerare non potui propter citum eius discessum occupationesque. neque tamen grave mihi ad te argumentum suberat, nisi quod de caussa Ioannis Reuchlin, in cuius transactione testis astiti, paucis tibi verum scribere volebam. Erant a Francisco Sickingen tres doctores procuratorio nomine huc missi ex Spira et Vormatia, ut rem componerent. Nihil magis anxium fratribus, sed opportuna multumque, ut mihi videtur, æqua inita est via, utrique parti, ni fallor, tolerabilior quam curia Romana. Ferunt a fratribus provincialiter collatum esse, ut mulcta Spirensis sententiæ persolveretur, quo de nihil certi habeo, neque interrogare
§. 3. curavi. Id mihi ut testi constat, quod fratres provincialiter constituerunt in urbe Roma procuratores Iacobum Questenbergium, Ioannem Coritium, Casparem Wirt, Ioannem Peuern et Iodocum Eginger ad sollicitandum apud pontificem, ut tota illa caussa sopiatur, cum honore utriusque partis, ne ullius lædatur fama. Vidi deinde supplicationem fratrum, qua provincialiter pontificem orant cum honori-
§. 5. fica Ioannis Reuchlin mentione, ut caussam illam perpetuo extinguat. De Luthero admodum raro hic quicquam audio. Triduo cum prædicatoribus disputavi publice eorum more ac rogatu quoque, sed Lutheriani omnino nihil proponebatur. non prætermisissem certe quin pro eo arguissem, si qua extitisset illius materia. Vidi autem et eius et alterius cuiusdam responsiones contra Colonienses et Lovanienses fortissimas sane et vere Germanas. De dialogis scripsit mihi etiam

CLXXIIII. Heumann. (Ind. bibl. n. 70.) p. 48...50.

[2] Ioanni *Br.* [4] Hesse *om. c. Bav.* aliis *c. Bav.* alias *cett.* [7] de *om. c. Bav.*
[36. 37] Bononien. (*pro* Lovanien.) *edit.* [37] dialogis] Hutteni, Fortuna &c.

Adelman, sed nihil adhuc vidi. Paucis diebus his ad me ex Moguntia scripsit Fa- §. 5.
britius Capito, cuius conciones hic quoque vel maxime laudantur; petit in posterio-
ribus literis, ut mittam sibi opera Ciceronis omnia in forma portatili de littera Al-
dina. inquisivi hic, sed frustra. non scio alium certe qui te possit aut facilius aut
commodius ea in re morem gerere: habes ad nutum mercatores Venetianos, qui
nihil tibi denegant. obsecro te, si grave non sit, homini inservias: novi quod
virum diligis. pretium tibi integerrime restituetur, me sponsore, immo et de-
bitore. Si orationes Ciceronis Aldina non habeat impressio, alterius petit im-
pressionis, modo sint in forma portatili. De Hutteno id heri a doctore Glau- §. 6.
berger accepi, quod intra octo dies ex Moguntia abierit versus Hollandiam ad
Ferdinandum. addidit centum ei florenos esse numeratos, se procuratore, iussu
reverendissimi domini Moguntini. Siquid boni habes de Georgio nostro, rogo §. 7.
inter rescribendum commemores mihi: non possum pro iuvene non esse solli-
citus, cui tantum est ingenium. Bene vale et antiquo me quæso fove patrocinio.
Meus Philippus Furstenberger iam hinc discessit rusticatum simul cum uxore et §. 8.
filiabus in Rinckau, ad quem ego finita residendi necessitate procul dubio si vi-
vam descendam, ut Moguntiæ quoque amicos parem. Saluta generos tuos libe- §. 9.
rosque verbis meis, inprimis parvulam illam neptem tantopere ante ætatem fa-
cundam ac iucundam. Ex Francof. pridie Idus Iunii Anno 1520.

COLONIÆ. **CLXXV.** 16. IVN. 1520.

CLXXV.

HENRICVS CORNELIVS AGRIPPA [AB NETTESHEIM]
IOANNI ROGERIO BRENNONIO S. D.

Salve, Brennoni, et quomodo apud nos literarum militia valeat, accipe. §. 1.
Pugnatum est hactenus in theologistas, et contra prædicatores illos validos
mendicantes fraterculos belligeratum est, donec magnus ille princeps Astorotus,
hoc est ille Capniomastix Iacobus Hochstratus, ordinis prædicatorum, hæretico-
rum magister, Coloniensis conventus prior, ad internecionem omnis fidei, do-
ctrinæ et honoris cum universis sibi adhærentibus Coloniensibus theosophistis
victus et profligatus est, ipsique fratres prædicatores per universam Germaniam
pacem a Capnione et Francisco Sickingo quibuscunque conditionibus illam acce-
pturi essent, deprecari coacti sunt. Sed audi maiora, verum non tam læta et §. 2.
quorsum audacium aliquot hominum prægrediatur audax temeritas. Fuit hic
apud nos Huttenus cum aliquot Lutheranæ factionis asseclis, qui nunc in Cur-
tesanos, ut vocant, Romanosque legatos calamum stringunt: ipsi etiam Romano
pontifici infensi magnas seditiones, ni deus provideat, concitaturi, dum singulos
Germaniæ principes et potentatus magnis persuasionibus adhortantur, ut excu-

CLXXV. HENRICI CORNELII | AGRIPPÆ | AB NETTESHEYM, | ARMATÆ MILITIÆ EQVITIS | AVRATI, ET IVRIS VTRIVSQVE | ac Medicinæ Doctoris, | OPERA. | *etc.* | LVGDVNI. | PER BERINGOS FRATRES. | 8°. tom. II. p. 772. sq. sive Epistolar. lib. II. num. LIV.

[12] Georg.] Gendero. [16] Rinckau] *Rheingau.*

[21] De Cornelio Agrippa ab Nettesheim Agrippinensi (nato a. 1487. † a. 1535.) vide post alios *Meiners Lebensbeschreibb. berühmter Männer. Zürich.* 1795. 8°. vol. I. p. 213...406. Brennonius parochus Metensis Agrippæ discipulus fuit.

tiant Romanum iugum, quemadmodum populus Israel olim excussit iugum domus David, recesseruntque decem tribus Israel domo David usque in diem hanc dicentes 'Quæ est pars nostra in David vel quæ hæreditas in filio Israel? vade
§. 3. in tabernacula tua, Israel'. Sic et isti clamant 'Quæ est pars nostra inter Romanos aut quæ hæreditas nostra in episcopo Romano? Nunquid non sunt primates et episcopi in Germania, ut usque ad pedum oscula indigne subiiciamus nos episcopo Romano? Relinquat Romanos Germania et revertatur, et iam revertetur et convertatur ad primates et episcopos et pastores suos!' Vides, quorsum ista tendunt, et iam principes aliquot et respublicæ istis aures præbent. Quid Cæsaris valitura sit autoritas nescio: ego certe contemplatus hominem totum Saturnium nihil in illo bonæ spei repositum habeo: ipsa quæ
§. 4. sequuntur tempora docebunt qualem nobis elegimus Cæsarem. Ego adhuc per hunc annum Coloniæ me continebo: vere proximo migrabo rursus in Sabaudiam. Mitto ad te dialogum cui nomen HENNO RVSTICVS, qui in odium Arcimboldi legati hic conscriptus est, autore Sobio. tu mitte residuum Marci Damasceni atque experimentum Tyrii, et quid Herbantia vestra metamorphosis valuerit, scribe, et vale. Ex Colonia. 16. Iunii. 1520.

ROMÆ. 5. IVL. 1520.

CLXXVI.

VALENTINI A TETELEBEN EPISTOLA AD ALBERTVM EPISCOPVM ET ELECTOREM MOGVNTINVM.

Reverendissime et illustrissime in Christo pater ac domine, domine observandissime, humillimam commendationem. Clarissimus vir dominus Hieronymus Aleander, natione Italus, patria Tervisatus, moderni Leodiensis episcopi olim, et nunc reverendissimi et illustrissimi domini cardinalis de Medices secretarius, ac summi pontificis bibliothecarius, Hebraice, Graece, Latine apprime doctus, qui reverendissimæ et illustrissimæ dignitati vestræ has literas reddit, sedis apostolicæ per pontificem ad sacram Cæsaream et catholicam maiestatem nuntius mittitur: Eum tum quod mihi semper fuerit cognitus, tum quod nomine pontificis apud reverendissimam et illustrissimam dominationem vestram de plerisque negotiis, ut ab ipso factus sum certior, acturus esset, vacuum meis literis abire non sum arbitratus: Habet multa de fratris Martini Lutters novitate, et Ulrici Hutten temeritate, ob editos in publicum in sedem apostolicam et personam pon-

CLXXVI. Introductio in historiam evangelii seculo XVI. renovati authore Dan. Gerdesio. Groningæ. 1744. 4°. tom. I. Monumentor. antiquit. p. 147...148. (Particulam epistolæ male repetit Münch. Opp. Hutt. III. p. 568.)

³ Israel] Isai III. Reg. XII. 16. ⁶ pedem *edit.* ⁷ reveratur *edit.* ¹¹ *(i. e. Saturno regnante utrum natum an electum dicere velit Agrippa, nescio)* Saturnium *esse non Huttenum* (ut Meiners Lebensbeschreibungen III. p. 199. not. † interpretatus est) *dicit, sed Carolum V. imp. sic appellat Agrippa.* ¹² § 4. *De his in præcedentibus et in sqq. epp. pluribus agitur.* ¹³·¹⁴ Subaudiam *edit.*

¹⁹ Hunc „Valentinum a Tetleben, I. V. D. aliquot annos Romæ versatum, et multarum ecclesiarum, Moguntiæ, Magdeburgi, Francofordi ad D. Bartholomæum, et Hildesiensem canonicum et archiepiscopi Moguntini in iudiciis vicarium, consentientibus suffragiis episcopum elegit" collegium canonicorum Hildesiensium a. 1537. Chytræi Saxonia. Lps. 1611. fol. p. 375. ²⁷ vestras *Gerd.*

tificis famosos libellos, cum reverendissima et illustrissima dominatione vestra commentari, præsertim quod familiaritas Hutteni qui reverendissimæ et illustrissimæ dominationi vestræ semper curiam dicitur secutus, et locus, in quo libelli impressioni dati fuerunt, civitas scilicet Moguntina, nonnullis in Urbe non levem contra reverendissimam et illustrissimam dominationem vestram suspitionem pepererint. Apud eundem dominum Hieronymum in excusationem reverendissimæ et illustrissimæ dominationis vestræ multis verbis egi, primum quod Huttenus curiam reverendissimæ et illustrissimæ dominationis vestræ non sequeretur, neque pro familiari ab eadem habitus fuerit; deinde quod libellus ille Moguntiæ præter voluntatem seu scientiam reverendissimæ et illustrissimæ dominationis vestræ formis expressus fuerit, vel eo maxime coniici possit, quod reverendissima et illustrissima dominatio vestra in tota Germania unicus semper sedis apostolicæ clypeus fuerit, eiusque libertatem, dignitatem, honorem atque commodum fortiter et constantissime semper asseruerit tutataque fuerit, et, ut mihi videbatur, satis sibi excusatio eiusmodi probabilis et rationabilis pro reverendissima et illustrissima dominatione vestra videbatur: Quamobrem operæ pretium fore sum ratus, posteaquam tempore aliquo ipse apud reverendissimam et illustrissimam dominationem vestram fuerit commoratus, ut etiam ad pontificem pro uberiori sanctitatis suæ satisfactione et mitigatione et reverendissimæ et illustrissimæ dominationis vestræ excusatione literas perscribat. De qua re reverendissimam et illustrissimam dominationem vestram admonuisse sat erit, cui me humillime et officiosissime commendo. Dat. Rome, die quinta mensis Iulii. Anno 1520.

E. Rmæ et Illmæ
D. V.
humilis
Capellanus
Valentinus de Teteleben Doctor.

Rmæ in Xpo patri & Illmo principi et Dno Dno Alberto tt' Sancti Grisogoni S. Ro. Ecl'. Presbro. Cardinali Germaniæ Primati & Sacri Rom. Imperii Principi Electori & Domino meo observandissimo.

WITTENBERGÆ. — POST M. IVN. A. 1520.

CLXXVII.

OPTIMO VIRO
DOMINO GEORGIO SPALATINO
PATRONO SVO AC DOMINO
[PHILIPPVS MELANCHTHON S.]

Salve, mi carissime Spalatine . . . . Mitto Erasmicam et Huttenicam epistolas, ut videas. Vides de Martino alterum orbis universi, alterum

CLXXVII. Corpus Reformatorum ed. Bretschneider. Vol. I. Hal. 1834. 4º. p. 262. sq. n. 87. („Ex autographo in Cod. Basil. F. 101. epist. 25.")

9 libellus ille] dialogi Fortuna *etc.*, *ex quibus* Trias Romana *Romanensibus minime placere potuit.* 29 tt'] *i. e. tituli* H. *Gerdes.*

37 Hutteni ad Lutherum d. 4. Iun. scriptam ep. quam supra p. 355. sq. exhibuimus, vult. Erasmicam autem ad Albertum Mog. 'nonnihil D. Martini Lutheri negocium' attingentem, Lovani Caleñ. Nov. a. 1519. scriptam, a. 1520. publicatam.

nobilitatis decus optime sentire. De reliquis alias. Vale, fœlix. Wittembergæ. Res hic tranquillæ sunt, multa scio ad te scribi duriora quam pro re. Dominum oremus qui suas literas fortunet. Philippus tuus.

LOVANII. | CLXXVIII. | 6. IVL. 1520.

CLXXVIII.

ERASMVS ROTERODAMVS GEORGIO SPALATINO S. D.

Alexander iuvenis longe candidissimus reddidit mihi tuas literas exoptatissimas una cum duobus nomismatis, optimi principis tui vivam imaginem nobis referentibus; quo sane dono magis sum exhilaratus quam si mihi misisset auri talentum Atticum: ille se mihi misit argenteum et aureum, ego me vicissim illi mitto æreum: utriusque meritis respondet materia . . . . Scripsi nuper Philippo Melanchthoni, sed sic ut eadem opera putarim me scripsisse Luthero. Precor ut Christus optimus maximus Lutheri stilum et animum ita temperet, ut plurimum adferat fructus evangelicæ pietati, mentemque meliorem det quibusdam, qui cum ignominia Christi suam quærunt gloriam, qui cum illius iactura suum quærunt lucrum. In castris eorum qui Lutherum oppugnant, multos video qui mundum spirant magis quam Christum. et tamen utrinque peccatur. Utinam Huttenus temperasset stilo suo, cuius ingenium amo unice. Optarim Lutherum ab istis contentionibus aliquantisper conquiescere ac rem evangelicam tractare pure, non admixtis affectibus; fortasse res aliquanto melius successerit: nunc et bonas literas degravat invidia, nobis exitiabili, ipsi infrugifera; et periculum est, ne publica morum corruptela, cui nemo non fatetur opus fuisse publico remedio, ceu pestis exagitata magis ac magis sese confirmet. Nec semper est proferenda veritas, et magni refert quomodo proferatur. Bene vale, vir optime, meque principi tuo commendatum facito. Lovanii prid. Nonas Iulii. Anno M.D.XX,

Erasmus ex animo tuus.

CLXXVIII. 1 = Erasmi Epp. (Ind. bibl. n. 53,1.) p. 523. 2 = ibid. 53,2. p. 463. 3 = ibid. 53,3. p. 441. sq. 4 = ibid. 53,4. p. 643. XIII. 40. 5 = col. 559. n. DXII.

ROMÆ. | CLXXVIIII. | 12. IVL. 1520.

CLXXVIIII.

DILECTO FILIO NOSTRO TITVLI SANCTI GRISOGONI PRESBYTERO CARDINALI MOGVNTINO SACRI ROMANI IMPERII PRINCIPI ELECTORI ETC. LEO P. P. X.

Dilecte fili noster, salutem et apostolicam benedictionem. Allatus ad nos est liber a quodam Ulricho Hutteno vel factus vel repertus sub prooemio qui-

CLXXVIIII. 1 = Monum. piet. (Ind. bibl. n. 65.) II. p. 47. sq. 2 = Gerdes. l. c. II. p. 11. 12. Monumentor. 3 = Burckhard. II. p. 49...51. (*ex Miegio.*)

[1] fœlix], fautor *edid. Bretschn.*

[23] Nec *etc.*] Ecce totum Erasmum. [25] Lovanio 6. Iulii, Anno 1520. *5.*

[32] Epistola II. ad eundem LEO P. P. X. *2.* [34] Ulrico *1.3.* proemio *1.4.*

dem ipsius tantum contumeliarum in hanc sanctam sedem continens, ut indignissimis et rebus et verbis omnia sint referta. Quem qui ad nos attulerunt, cum et alios se eiusdem libros habere dicerent aliquanto deteriores, ipsi quidem viri gravissimi et doctissimi graviter commoti et ægerrime ferentes poposcerunt a nobis omnino, ut severitate omni tantam acerbitatem hominis parum modesti vindicandam putaremus. sed nos ex nostra et apostolica mansuetudine etsi rem minime probabamus, tamen cum quæreremus, quinam ille esset, intelleximus eum circumspectionis tuæ familiarem esse, quin etiam nobis ostensus locus est, impressos hos libros scilicet in civitate tua Moguntia fuisse, quæ res magnam in nobis commovit admirationem, cum nec noster in circumspectionem tuam perpetuus et singularis amor credere nos sineret te volente ita esse factum, et res ipsa pene cogeret credi ante oculos tuos, in sede tua, a tuo domestico et familiari non potuisse edi tantum scelus in apertum te ignorante. Itaque cum in eam potius opinionem declinemus, hæc ad tuam scientiam non pervenisse, hortamur circumspectionem tuam in domino, et ab eadem qua te prosequimur benevolentia requirimus, ut interponere auctoritatem tuam efficereque velis, ut talium compressa temeritate, quæ in hanc sanctam sedem iniquis animis efferuntur, aut ad modestiam se convertant, aut ea in maledicos severitatis tuæ indicia edantur, quæ et ipsos et cæteros possint a tanta petulantia coercere. Quod circumspectionis tuæ honori inprimis ac dignitati, quæ huius sanctæ sedis nobile membrum est, erit consentaneum. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die XII. Iulii MDXX. Pontificatus nostri anno octavo. Ia. Sadoletus.

CLXXX.

Statim, ne argumenti continuationem interrumpamus, subicienda esse videtur, quamvis paulo post scripta sit, præsertim cum diem ipsa non indicet,

[MOGVNTIÆ ?] [M. IVL.? A. 1520.]

ALBERTI MOGVNTINI AD LEONEM X. P. R.

responsio 1520. ex MSS. Capitonis.

Beatissime pater et domine, domine clementissime, post humillima beato- §. 1.
rum pedum oscula. Vicesimo quinto die Octobris accepi quinque brevia qua decet reverentia et observatione a reverendo domino Marino Caracciolo et a

---

4 = Hutt. Münch. III. p. 567. sq. (*ex Burckh.*), qui inscripsit „Fragmentum epistolæ Leonis X. ad Albertum ... in qua de Hutteni adversus Curiam Romanam tentaminibus vehementissime queritur, eiusque oppressionem exoptat". („Abrah. Scultetus Annal. Euangel. renov. Dec. I. ad ann. 1520. ex autographo Leonis excerpta quædam dederat". BVRCKH.)

CLXXX. Dedimus hanc ep. ex 1) Gerdes. l. c. II. p. 12...14., unde repetiit 2) Christian. Wilh. Spieker, *Gesch. Dr. Martin Luthers.* Berol. 1818. 8. I. p. 167...169. *appendicis;* ex hoc 3) Hutt. Münch. III. p. 569...572.

[3] quum *3. et sic infra.* [4] egerrime *2.* [5] ut] et *1.* [7] probamus *4.* [9] scilicet *omis. 4.* Maguntia *2.* [12] pæne *3.* [16] beniyolentia *2.* [17] sanctam *omis. 1. 3.* [19] ind. tuæ sev. *2. 4.* [20] cohercere *2. 4.* imprimis *2.* [21] Datum *etc. omis. 4.*

§. 2. domino Hieronymo Aleandro, nuntiis sanctitatis vestræ. Primo significatur,
quemadmodum sanctitas vestra domino Caracciolo negotium dederit et abmandaverit
nuncium ad Cæsaream maiestatem, quod illum mihi gratum intellexisset,
simulque rosam auream consecratam gratissimum munus dono mittit; altero
præcipit sanctitas vestra, ut eidem domino Caracciolo, deinde tertio, ut et domino
Hieronymo Aleandro nuncio pœnaliter misso ad exsequendam bullam
Lutherii diligenter et studiose adsim; quarto vero præscribit, qua via mihi
incedendum ad excitatam a Lutherio hæresin exstinguendam; postremo de Hut-
§. 3. teno compescendo. Principio itaque, beatissime pater, habeo gratiam maximam
sanctitati vestræ, tum quod dominum Caracciolum miserit nuncium, ut videtur
idoneum et utilem sanctitati vestræ, cuius equidem honorem et commodum respexi
in eo expetendo, tum quod auream rosam, hoc est solenne munus et
animo meo longe omnium gratissimum, donaverit, quæ res novo vinculo meum
obsequium vestræ sanctitati astrinxit, ut qui pridem fui diligentissimus, modo
§. 4. sim multo diligentior ad obedientiæ officia. Nam hactenus licet iniussus, debiti
tamen memor magna sedulitate laboravi, non solum Hutteni libellos flagitiosos
auferre de manibus lectorum, qui publicati erant priusquam eius rei vel tenuis
suspicio ad me veniret, sed etiam seditiosissimos furores Lutherii etiamnum
subnascentes opprimere studui, et in hoc commonefeci primum quantum scio
sanctitatem vestram qui nunc, proh dolor, vastissimo quodam incendio prope-
§. 5. modum universam Germaniam corripuerunt. Equidem vero nihil non tentavi,
quod ex consilio theologorum et iurisprudentum acceperam ad rem fore conducibile.
Præterea abalienavi a me quoscunque olfeceram abalienatos a studio
sanctitatis vestræ, quod videre est in Ulricho Hutteno, nuper carissimo mihi,
quem famulitio meo statim exclusi, postquam eram certior factus de libello,
quem scripsit in reverendissimum cardinalem S. Sixti, deinde ex Magdeburgensi
diœcesi Moguntiam reversus cognovi abominanda quædam ab eodem illic publi-
§. 6. cata et excusa a cive quodam Moguntino. Nihil potui in Huttenum, qui se
munitissimis arcibus in hunc usque diem continet, et fortissimam manum equitum,
ut audio, congregare potest quoties ei lubitum est, adeo ut mihi prope
formidabilis sit. Egi quod res tulit: omisso Hutteno, cuius copia, uti dixi,
non erat, iniuriam attentatam in impressore vindicavi, quem novo exemplo per
lictores in carcerem durissimum coercendum curavi, obsecrantibus etiam multis
§. 7. ex proceribus ne facerem. Deinde cavi, ne quis eiusmodi contumeliosa et in
diminutionem auctoritatis sanctæ sedis Romanæ scripta venderet aut emeret sub
meis diœcesibus. Quo edicto simul complexus sum Lutherana, tametsi ea su-
§. 8. periore anno studiosissime prohibuerim. Cæterum quid subinde conatus sim
apud reliquos principes, perlongum est narrare; tantum dico, sicut res est,
et vestræ sanctitati persuasum magnopere velim, nullum me lapidem non mo-
§. 9. visse nihilque reliquisse intentatum, ut incrudescens malum arceretur. Quo
quidem nomine multos cogor nimis iniquiores ferre, qui diversæ factioni videntur
studere, quorum nonnulli blandissime commonent, de lapsis moribus
nescio quibus corrigendis, et præ se ferunt, utinam non falso aliquale pacis
studium. Horum tamen odia strenue contemno, cogitatione beneficiorum, quæ
in me plena quod aiunt manu effudit beatitudo vestra multo plurima, quorum
memoria semper extabit apud me recens, et extimulabit, si alioqui segnis es-
§. 10. sem, ad satisfaciendum in omnibus voluntati sanctitatis vestræ. Quamobrem,

[1] Primo] p. 357. [5] tertio] cf. n. CLXXVI. [8] postr.] n. CLXXIX. [15] obsequia *3.*
[20] quondam *3.* [34] Cf. infra ad d. 15. Dec. a. 1521.

sanctissime pater, in præsentibus mandatis de Lutherii bulla publicanda in diocesibus Moguntina et Magdeburgensi et suffraganeorum meorum reverendorum, non tam verba quam mentem perpendens, communicato cum dominis nunciis consilio totus incumbo ad parandum nobis favorem secularium principum, sine quibus frustra niteremur, et omnis noster conatus in nervum exiret. Quid §. 11. autem speremus, aut quo successu videatur negotium processurum, prænoscere certo non possum, nisi quod in spem veni non mediocrem, optimum quemque virum deditum esse paci et multis annis firmatæ religioni, quando tales tumultus in commune discrimen arripiant omnes nequidem eius patroni. Aperta enim §. 12. fenestra inobedientiæ et sublato e medio impietatis metu, quæ rerum deformitas, quæ licentia malorum! Quare sanctitas vestra, beatissime pater, id de me expectet quod de obsequentissima sua creatura. Postremo habeo gratiam semper §. 13. maximam, quod vestra sanctitas Valentino Teteleben centum ducatos remiserit mei causa in negotio coadiutorio. Cum his valeat diu incolumis beatitudo vestra, cuius pedibus beatissimis humillime me commendo.

[EBERNBVRG?] **CLXXXI.** [EXEVNTE IVLIO? A.] 1520.

VLR. HVTTENVS V. CAPITONI SAL.

Nuper obnixe deprecatus sum exemplum pontificis literarum ad Al- §. 1. berthum ut curares mihi. Idem nunc quoque oro quantum possum ut facias. Tilmanno ibi utere; is te iuvabit atque omnia molire ut habeam: nihil æque hoc tempore mihi quæritur. His lectis ocyssime Carbacchium accersi, et mone siquid habeat a Francofurdio, ut mittat. Fratrem meum invenies apud Franciscum; ei dari oportet quæ scribitis aut quæ mittitis. Scribite quæ hominum sermo de poemate Germanico, quod asperius arbi- §. 2. trantur quam me deceat. Vale et rem communem, sic est enim, studiose cura. multos habes istic quorum potes uti opera; Brassicanum, si est, ex me saluta. Me excarnificant crebræ istæ et toties iteratæ ab amicis §. 3. expectationes. utinam statim a principio ausus essem meo consilio agere:

CLXXXI. *A* = MS. biblioth. antistitii Basil. fol., in cuius dorso est: VARIÆ ECCLES. BASILIENS. TOM. I. WOLFGANGI CAPITONIS SCRIPTA. fol. 117[b]. 2 = Röhrich (Ind. bibl. n. 85.) S. 628. n. VIII.

---

[2] Magdeburgense *1.* [12] semper] spr. *1.2.*

[17] Hutenus *2.* [18.19] Albrechtum *2.* [20] Tilmanno] Kreych? [23] aut quæ mittitis *omis. 2.* [24] de *ipse Hutt. correxit, scripserat* ex *De poemate* Klag über den Luterischen Brand *interpretatus est h. l. Röhrichius; magis esse videtur ut* Clag und vormanung *etc. indicetur.* [26] Brassmannum *2.* *Wirtenbergensem* Ioannem Alexandrum Kohlburger *Argentoratensis Harundinetus nosse debebat.*

nam isti consultores minus ac minus placere mihi incipiunt. dii bene fortunent. §.4. De Cæsare magnifice omnia pollicetur Franciscus, putatque non futurum nobis adversum, etsi comburendo Luthero gratificatus est pontifici consulentibus sacrificis, qui illius ætate abutuntur in maximis nonnunquam rebus. Iterum vale.

[*Inscriptio:*] Wolfgango Capitoni Theologo venerabili salut.

WITTENBERGÆ. **CLXXXII.** 3. AVG. 1520.

[MARTINVS LVTHERVS]

IOANNI VOIGT

SACRÆ THEOLOGIÆ MAGISTRO AVGVST. EREMITÆ MAGDEBVRG. SENIORI SVO.

IHESVS.

Salutem. Ex quo nondum vos audio in registro mortuorum, credo vos adhuc vivere, et nondum ultimas ad me scripsisse literas. Sermonem de missa per vos mitto reverendo patri provinciali, et positiones Melanchthonis, mirabiles valde sed veraces. Scribit contra me Lipsensis asinus multos libros, et quidam in Italia Cremonæ contra me scripsit, indoctissimus, sine nomine, credo ordinis prædicatorum esse. Eccius dicitur adhuc nihil expedivisse in urbe. Franciscus Sickingus per Huttenum promittit tutelam mihi contra omnes hostes. idem facit Silvester de Schawenberg cum nobilibus Francicis, cuius literas pulchras habeo ad me. Nihil timemus amplius, sed iam edo librum vulgarem contra papam de statu ecclesiæ emendando: hic papam acerrime tracto et quasi Antichristum. orate Dominum pro me, ut prosit verbum meum ecclesiæ suæ. Valete. die S. Stephani inventionis. Anno M.D.XX.

Frater Martinus Lutherus.

CLXXXII. A = Lutheri epp. (Ind. bibl. n. 57, I.) II. fol. 6. 2 = Ind. bibl. n. 51, 4. I. p. 475. Cf. etiam Burckhard. II. p. 126. *Germanice exstat in Lutheri scriptis a Walchio editis* XXI. 710.

1.2 Deus bene fortunet. 2. *(Christianius esse putavit procul dubio.)* 7 Hutenus *addidit recentior manus.*

16 provinciali] Id est D. Staupitio *adnot. A.* 17 Lips. asinus] Alveldius? 19 [*adnotatur in H.* Hæ literæ in primo Tomo Germanico Islebensi excusæ sunt. Folio 26. b.] Francisc.] *cf. supra epp. d.* 28. *Ian. et* 28. *Febr. a.* 1520. *scriptas.* 21 Schauenberg *2.* 22 adeo (*pro* ædo) *A.* librum] *an den christl. Adel der deutschen Nation.* 24 Domnium *A.*

GELNHVSÆ. | 8. AVG. 1520.

CLXXXIII.

VLRICHVS DE HVTTEN
D. CAPITONI THEOL. SALVT.

Iam tandem ardere hoc incipit incendium, quod mirum est, ni mea §. 1.
tandem ruina extingui oportebit. Atque hac in re plus animi est mihi,
quam illis virium. Age, age. perrumpendum est. Hactenus fuerim mitis. §. 2.
Nam sanguinem video sitire Romanos leones. At nisi me omnia fallunt,
sanguinem mittent prius ipsi, et vincula prius ac illos tam crudeliter intentatos
mihi carceres ferent. Si ignoras enim, principi Moguntino binis
literis mandat Leo ·X· ut captum me et vinctum Romam mittat, magnis
adiectis ni faciat minis ingenti cum terrore. Hoc pontificis officium est. §. 3.
Quam gestiunt gladii mihi. Scribe Erasmo et reliquis nostris, ut res agantur.
et vale. Si quæ dabuntur ad me litteræ, serva dum habeas ex meis
aliquem qui perferat. Iterumque vale. Ex Geylnhaussen VI. Idus Augusti.
raptim.

Pro calcographo scripsi Ferobino Hutteno, ut intercedat. Eius tamen §. 4.
causa non desinet mihi esse cordi, et forte consilium his rebus inveniam.

[*Inscriptio:*] D. Vuolfgango Fabr. Capitoni
Theologo insigniter docto
Salut
Hutenus.

CLXXXIII. A = MS. Basil. *ad n. CLXXXI. cit.* fol. 112. 2 = *Röhrich* (Ind. bibl. n. 85.) p. 627. sq. n. VII.

STECKELBERG. | 15. AVG. 1520.

CLXXXIIII.

V. HVTTENIVS ERASMO ROTEROD. SALVT.

Audisti unquam maiori amentia ferri quenquam, aut furiosius insanire, §. 1.
quam Leonem X. qui se vocat hodie? Is repetitis literis mandat principi

CLXXXIIII. A) = Ex MS. bibl. Freyio-Grynæanæ Basil. (MS. T. 19. fol. 38.) ex-

[6] fueram 2. [7] Nam] Iam 2. [9] ignoras ....., principi 2. *(vocabulum enĩ non agnovit.)* [12] mihi] missi 2. [13] literae 2. [14] Geylenhaussen 2. [16] chalcographo 2. *(De Scheffero archiepiscopi iussu in carcerem abducto vide supra huius ipsius epistolam ad Leonem* X. p. 364. § 6.*)* Ierobino 2. Frowinus hic aut Stolzenbergensis est, Ioannis filius, Francisci Sickingensis amicus, aut, quod minus crediderim, Ulrici nostri frater natu minor. [17] caussa non desinit 2. [18] *Inscriptionem omisit* 2.

[25] Huttenus *3. et sane* Huttenius *mira forma est.* [26] quemquam 2. 3.

Moguntino, vehementibus etiam interpositis comminationibus, ni faciat, ut
vinctum Romam mittat me. Quo in homine magisne demirer, quod hoc
petere ausit, si speret impetrare etiam, quam a tali tantoque viro quod
deposcat? Atque igitur nunc demum cæcus ille iudicandus est, sed mentis
§. 2. lumine qui careat. Habet et legatum apud Carolum, nostri periculi moli-
torem longe officiosissimum. Hoc illud est, quod parturire istos audieba-
mus, homines acutos. Me quidem valde arbitrantur timere, quanquam
auditi sunt nuper, esse condiciones admodum honestas, si de pace agi
§. 3. mecum patiar. Hoc tentant post quam vident elapsum. Nam Moguntia
excesseram paulo ante quam forte constitutum erat illis, quod se dignum
esset facere, monitus ab amicis, simul ipse quiddam suspicatus. Te iubeo
§. 4. quiescere penitus, ac stilo temperare, ut te nobis serves. Atque hic audi,
quid amicitia fretus nostra moneam. Negocium Capnionis cum arderet,
videbaris imbecillius, quam te dignum esset, metuere istos. Et in Luthero
nuper, quantum potueras, adversariis persuadere conatus es a communi
reipublicæ Christianæ caussa tuenda longissime abhorrere te, qua de tamen
§. 5. sciebant illi, quod sentires multo aliter. Hoc non admodum decore visus
es agere. Scio enim cui amico scribam, et quam te non deceat mali
consulere hanc monitionem meam. Invitus hominum sermones audivi, sed
§. 6. tunc defendi amici famam, cum nonnihil ibi displiceret ipsi mihi. Nunc
quia agitur mea caussa, nihil te cælo. Atque igitur sine hoc abs te im-
petrare eum, qui te maximi semper fecit, et nunc etiam demereri optime
velit, siqua forte possit, ne quid eiusmodi sinas excedere tibi, quale in
§. 7. Luthero et Capnione perspeximus. Scis quanto cum triumpho circum-
ferant epistolas quasdam tuas adhuc illi, in quibus cum fugis invidiam,
sat odiose aliis eam concilias. Sic obscurorum epistolas iugulasti, olim
valde probatas tibi; et in Luthero quod non movenda moverit, damnas,
§. 8. cum tu ipse eandem Camerinam tractaveris in tuis passim libris. Neque
tamen adsequeris, ut isti credant, non summe istiusmodi velle te. Ita et
nos lædis, et illos non placas tibi. imo irritas magis et invidiam provocas,
§. 9. rem tam apertam dissimulans. Quare de mea causa etsi huic posset magni-

---

scripsit meo rogatu Ed. Wölfflin v. cl. *Primus ediderat hoc Expostulationis Huttenianæ Spongiæque Erasmi quasi præludium* 2 = Hagenbach *in annalib. litterar.* Theologische Studien und Kritiken. Jahrg. 1832. Heft. III. Hamburg 1832. 8°. p. 631. sq.; *iterum quasi nondum editum publicavit* 3 = Röhrich (Ind. bibl. n. 85.) p. 629. sq. n. x.

---

[1] criminationibus *2. (per errorem).* [4] cæcus *2.* [5] legatum] Aleandrum (Miltitzium *coniect. Hagenb.*) [7] quamquam *2. 3.* [8] conditiones *2. 3.* [9] tentant, post, quam *A.* [11] quoddam suspicionis *habere videtur A.* suspicans *2.* suspiciens *3.* [13] Negotium *2. 3.* [17] scribant *3.* [21] cœlo *A.* celo *3.* [23] si qua *2.* [28] Camerinam] materiam *2. (infeliciter palude evitata.)* [29...31] Ita et nos ... dissimulans *omisit 2.* [30] ledis *A.* [31] caussa *2. 3.*

licentius contingere nihil, quam si scriptis tuis probetur, tamen si qua invidia te oneres metuis, saltem hoc concede mihi, quo ne cuiusquam terror extorqueat tibi, ut eam eleves, potius altissimo silentio præteri: scio enim quantum nocere mihi possit unum verbum abs te scriptum, quo videaris aut arguere institutum meum, aut certe non probare. Hæc ut amico libere scripsi. Tu optime vale. ex propugnaculo Huttenico XVIII. Calñ. Sept. 1520.

Des: Erasmo Rotero
damo Theologo A
mico summo.

LVCERNÆ. | 21. AVG. 1520.

CLXXXV.

MYCONIVS D. HVLDRICO ZVINGLIO
THEOLOGO CHRISTIANO EVANGELISTÆ TIGVRINO AMICO PRIMO.

Nunquam scivi, optime Zuingli, quam fueris ad persuadendum in scribendo accommodus, nisi dum proximis literis me convenisti. . . . . De orationibus quinque nobis relatum est, quas Huttenus habuerit vel scripserit contra Wirtembergium. miror quod non ad nos etiam pervenirunt . . . . Vale felicissime in Christo. Lucernæ XII. Cal. Sept. 1520. Salvum te optant mei omnes.

Myconius tuus.

CLXXXV. Ex Huldrici Zuinglii Opp. cur. Schulero et Schultessio. VII. 1. p. 145. sq. Tigur. 1830. 8°.

WITTEMBERGÆ. | 11. SEPT. 1520.

CLXXXVI.

[MARTINVS LVTHERVS]
ERVDITISSIMO ET INTEGERRIMO VIRO MAGISTRO
GEORGIO SPALATINO
A SACRIS PRINCIPALIBVS ETC. SVO IN DOMINO MAIORI.

IHESVS.

Salutem. Literas tuas ex Altenburgo datas heri accepi, mi Spalatine . . . . Scribam itaque id quod res est, nihil unquam in me fuisse, quod

CLXXXVI. 1 = Lutheri Epp. (Ind. bibl. n. 57, 1.) I. foll. 282. sq. 2 = ibid. n. 57, 4. I. 485...87. n. CCLVII. (*Germanice ap. Walch. XV. append. XIII.*)

[2] metui. Saltem *3.* quo ne] quom*(inus) 2.* [6] propugnacl. Huttenico *4.* Propugnac*(ulo) 2.* (*omisso v.* Huttenico) Eberuburg *interpretatus est Hagenb., per errorem.* Huttenico *omis. etiam 3.* [7] *Inscriptionis loco* Huttenus *dedit 2., omnino omis. 3.* [9] V. Hutten9 *rec. man.*

[15.16] hab. contra vel scr. Wirt. *edit.*

in personam pontificis raperetur: quid enim et facilius et verius scribere possum? Cæterum sedem ipsam et ne atrocius tractem inter scribendum, cavendum erit mihi: aspergetur tamen sale suo. Hutten literas ad me dedit ingenti spiritu æstuantes in Romanum pontificem, scribens se iam et literis et armis in tyrannidem sacerdotalem ruere, motus quod pontifex sicas et venenum ei intentarit, ac episcopo Moguntino mandarit captum et vinctum Romam mittere. O dignam, inquit, cæco pontifice dementiam. Videbis exemplar, ubi recepero ab Henrico Stromero: is enim petivit videre. Malorum causæ accedit, quod episcopus Moguntinus per conciones mandavit, Hutteni nomine expresso, libros eius contra Romanum pontificem neque legi neque emi, sub excommunicationis sententia, adiecto in fine 'eandem sententiam de similibus libris', ubi meos occulte taxat. Verum si et me ita nominatim tractaverit, iungam Hutteno et meum spiritum, ita me excusaturus, ut episcopum Moguntinum non sim lætificaturus: forte finem tyrannidi suæ ipsi sibi accelerant hoc consilio. Ad me redeo . . . . Tu hæc boni consule, et vale in domino; cura autem, ne et principi nostro pateat accessus passim, ne et ipsum petat veneno aliquis: nihil non tentabunt Romanenses, nec potest satis Huttenus me monere; adeo mihi de veneno timet. Wittembergæ. Undecima Septembris. Anno M.D.XX.

Martinus Lutherus.

[WITTENBERGÆ.] **CLXXXVII.** [M. SEPTEMBRI 1520.?]

PHILIPPVS MELANTHON
IOANNI SCHWEBELIO.

Salve, optime Iohannes. Falleris si cuius credis mihi iucundiores literas esse quam tuas . . . . Romanistarum feces nihil metuimus: si deus pro nobis, quis contra nos? Mitto tibi legendam Hutteni epistolam, unam ex multis. . . . . Tu per occasionem responde.

Philippus tuus.

CLXXXVII. 1 = Centuria Epp. theologicar. ad Ioa. Schwebelium. Bip. 1597. 8°. p. 8. sq. n. IV. 2 = Corpus Reformatorum ed. Bretschneider. Vol. I. Hal. 1834. 4°. p. 263. n. 88.

---

8 sqq. Cf. supra p. 364. § 7. 23 literas] *recentiores quam ep. d. 4. Iun. 1520. scriptæ, sed non exstantes. utinam reperirentur.*
25 epist.] *ad Lutherum d. 4. Iun. a. 1520. scriptam.*

[EBERNBVRG.] **CLXXXVIII.** [SEPT. 1520.]

CAROLO ROMANORVM ET HISPANIARVM REGI
VLRICHVS DE HVTTEN EQVES GERMANVS
ORATOR ET POETA LAVREATVS
SALVTEM.

Etsi multa esse video quæ te occupatum habent hoc tempore, ardua §. 1.
illa et longe maxima, princeps Carole, rex invictissime, tamen nullum esse importuuum compellandi te tempus arbitratus sum, quo eodem cognitum sit accusationem intendere adversarios apud te mihi. Quum igitur intel- §. 2.
lexissem paucos ante dies quendam istic pontificis oratorem vehementer conari hoc, ut tu mihi succenseas, statim has fortissimo viro, tuo consiliario et a bellicis ministro, amico meo Francisco de Sickingen, cum ad

CLXXXVIII. A. 1...9. = Ind. bibl. n. XXXI. A. 1...9. 6[a] = Ind. bibl. p. 59*. v. 9.

Ein vnbekanter liebhaber der göttlichen warheit, vnd des vatterlands, entbeüt allen freyen Teütschen heyl.

☞ Wolauff lieben frommen Teütschen, es ist zeyt, dz wir vnsere yetzo lang hår verlorne freyheit, widerumb zů erlangen vntersůchen. Hye habt ir den rechten anreitzer, der vns ob gott wil, die grossen hӧpter, als Keiser, Fürsten, vn den Adel zů hilff in diser sachen erwecken sol. Dorzů, vñ anderem seinem loblichen fúrnemen, geb jm glück vnd heyl der allmechtig Gott, welchem zů eeren, vns allẽ zů nutz vñ gůt er dißes on zweyfel vorgenõmen hat. Vmb gemeynes nutzs willen hab ich ettliche seiner schrifften, als mir die zů henden kõmen, auß dem latin ins teütsch transferiert, so vil das die zyer latinischer sprach (die in ettlichem nit zůverteütschen ist) hat leiden mӧgen. Got geb eüch allen vil heyles, vnd ein bestendig vest gemút, Christliche warheit, vnd freyheit des vatterlands zů vorfechten. Hyeneben lassent eüch den frommen Hutten befolhen sein.

Trotz Romanist.

¶ Dem vnüberwindtlichsten, großmächtigsten fürsten vnd herren, herrn Carle Rӧmischen vñ Hispanischen Künig etc. entbeüt Vlrich von Hutten Poet vnd Orator seine vnterthänige schuldige dienst allzeit bereit.

Wiewol ich sych dz vil grosser dapfere vnd nӧtlicher geschäfft dir dise zeit anligen, o §. 1.
vnüberwintlichster fürst vñ Künig Carole, yedoch hab ich gemeynt, kein zeit mir vnbequåmlich sein dich anzůsůchen, in welcher mine widerwertigen mich bey dir auch beschuldigen. Heierüb als ich kurtz vorschiner zeit bericht bin, wie einer des Bapsts | Des bapst bottschaft. §. 2.
geschicktẽ, mit grossem fleiß dich über mich zůerzürnen vnterstehe, hab ich so bald dem starckmütigẽ hilt, deinem ratthiener vñ hauptman Frantzen von Sickingen, | Franz vō Sichingen.
meinem besunderen gůtten freunde, als er yetzo zů dir reyßen wolt, dise geschrifft dir vor-

Indic. bibliogr. n. XXXI. A. a.

[2] Hispaniorum *8. 9.* [3] Vlricus *2.* [4] OR. ET P. LAVR. *omis. edit.* [9] Quum *h. l. omnes* [10] quemdam *7...9.* [12] Sichingen *A. 1. 3. 4. 5. 7. 8.* cum *et sic in sqq. 7. 9.*

§.3. te proficisceretur iam, perferendas tradidi. Accusatum me huc mittitur ab
episcopo Romano, atque hoc tu solum fieri putabas. sed ego quod moni-
tus sum nuper, itidem certiorem faciam, subornatos iam multo ante ab
istis, qui extinguendo mihi, sive ferro id sive veneno patrari posset, operam
§.4. darent: idque in tua aula, ubi tunc negocium mihi erat. Neque hoc patiar
ignorare te, quod certum habeo, imperatum a Leone X. quibusdam hic
principibus, ut comprehensum me vinctum Romam mittant. Hæc instituta
ante sunt quam apud te reus fierem; et tamen qui hoc sunt conati, accu-
§.5. sationi adhuc locum esse volunt. Quod per maiestatem te tuam obtestor,
tuamque imploro fidem, ne patiare tantum impetrari abs te, quantum au-
dent petere improbi: petunt autem, ut per te liceat vinctum abducere equi-
tem Germanum, eius corporis, cui tu caput impositus es, membrum.
§.6. Quod ob malefactum? Certe profecto nullum, ipsis etiam illis qui petunt
testibus. At qua de caussa? Quia Christianam adserui veritatem, novitias
pontificum detestatus fabulas; quia ad pristinam et huic nationi tuoque im-
§.7. perio debitam respexi libertatem, externum detrectans iugum. Nam quale
hoc peccatum est, quod hinc aliquid illorum decessit lucro? Si nescis
enim, hoc inprimis stomacho fuit ipsis, quod passus non sum tantum ma-

§.3. ter zůbehendigē beuolhen. Vnnd hatt die sach diße gestalt. Es schicket der Bapst von Rom
herauß mich bey dir zůbesagen. vnd ich glaub, du wänest, solichs allein, vnd weyters
Hutten vō den Romanisten gewarnet. | nichts von jm beschehen. Hierumb wil ich dir nitt vorhalten, was mir
nechst der halben warnungs weiß vorkōmen, es seyen ettliche durch meine widerwertigē
bestelt, fleiß zůhaben, wie sye mich mit gyfft, oder eyßen vmbringen, vn̄ das an deinem
§.4. hoff, darin̄ ich domals meiner geschäfft halben ettlich tag verharrete. Dir sol auch nit vn-
Der bapst erfordert Huttē gefangē gen Rom. | wissen sein, was der Bapst Leo (als ich wor gewissen hab) nechst vnter-
standen. Der hatt ettlichen Fürsten gebottē, mich jm gefangen gen Rom
zeüberantwortē. Wiewol nun diße ding man vorgenōmen ee ich bey dir geschuldiget, so
§.5. vermeynen doch die solichs gethan, irer vorsagunge bey dir fügliche statt zůhaben. Der
Bitt an Carolum. | halben ich dich deiner Künigklichen grösse, deiner fürstlichen trewen vnd red-
licheit ermane, bettend, du wöllest nit lassen vmb dich erwerbē, alles das böße leüt bitten
gedörsen. Nun bitten sye (als ich vornem) du wöllest jnen verhengen, vnd macht geben,
mich gefangē geen Rom hinwegk zůfüren, einē vom adel, vnd ein glid des cörpers dar-
§.6. über du ein haupt gesetzt. Vmb was übelthat willen? Fürwar keiner. das ich mich vff
Vrsach Huttens verfolgūg. | die selbs so mich vorklagen zeyhe. Aus was vrsach aber? Vmb das ich die
Christenlichen warheit bezeüget, newlich erfünden, ettlicher Bäpst fabelen widersprochen hab.
Das ich auch trachtende nach der alten, disem land vnd deinem reych zůgehörendē freyheit,
§.7. hab gegen dem außlendischen joch abscheüung vnd widerspalt getragen. Ist nun der hal-
ben etwas dem gewin̄ vn̄ nutz der Romanisten entgangen, das hoff ich mir nit für ein
misselhat gerechnet werden soll. Es ist jn aber (wiewol dir das villicht noch vnwissend)
Huttēs bewegung. | allein das selbig, vn̄ anders nichts vordrußlich gewest. Haben auch kein andere
vrsach wider mich, dan̄ das ich nit hab leyden mögen, deiner grösse vnd herrlicheit so vil

---

4 exst. *7...9.* parari *7...9.* 5 negotium *3. 6a...9.* 14 causa *6a. 9. et sic in sqq. fere ubique.* 17 peacatum *5.* 29 fürstlihen *a.*

iestati tuæ decedere, quantum illorum ad se trahit cupiditas; et quia in-
dignum duxi nostra virtute, novis cottidie depilationibus patere hanc pa-
triam, novæque semper expositam esse prædæ; eique sui iuris monstrator
fui, suæ dignitatis monitor. Quod ipsum si scelus est, tamen quia tuus §. 8.
sum, ad alienum vocari supplicium, quia te principem agnosco, ad exter-
nam rapi pœnam non debeo: nisi carceres hic tu non habes, et gladios
non habes, aut laqueos, quibus sontes punias. sed habere te non igno-
rant, sibi licere omnia volunt. Quod videre te oportet, cavendum quid §. 9.
sit, neve plus nimio in ius concedi tuum tibi patiaris, non dico 'si hoc
dederis' (nam daturum nullus est metus, ne suspicio quidem), sed patienter
si orari etiam abs te huiusmodi tuleris. Atque hoc sollicite adcurandum §. 10.
tibi existimo, quia omnis in te uno posita Germania est, ne quos ornare
etiam debebas, non tueri eos videaris, neque quos officii erat tui evehere,
deprimi eos sinas. Ubi si tempus spectandum non esset, tamen exempli §. 11.
rationem habere te conveniebat. quo tandem devenient enim res Ger-
manæ, quæ reliqua libertatis nobis spes, aliis nostræ virtutis opinio erit,
si neque tuo inservire honori licet, neque accommodare patriæ tutum est?

abgeen, als täglich derselbigen Romanisten begird zů ir zeücht. Vnnd das mich hat ein vn-
billiche sach, vñ der Teütschen weßen vñ gemůt vngemäß duncket sein, dißе nation täg-
lich vñ on vnterloß vff vil seltzame vñ newe weg von jnen geschetzt werden, vns teütschen
stätigs der Römischen rauberey vnterworffen sein. Hab der halben meinē landßverwanten
wo zů sye recht haben angezeigt, vnd sye ire eer, nutz, vnd billicheit zůuertädingen er-
manet. Ob dañ solichs, als nit geacht werden mag, schon vnrecht gethon | Ob Hutte schon unrecht hett. §. 8.
were, so solt doch ich als einer von den deinen, zů einer frembden straff nit gefordert,
noch dieweyl ich dich vor meinen herren erkenne, vnnd auch kein ander gebott oder gewalt
über mich hat, zů außlēdischer gefengknuß oder gericht bezwungen werden. Es sey dañ,
das du im Römischen reich kein gefengknuß, kein schwert, noch anders do mit man übel-
thäter strafft habest. Es ist jnē aber dorumb zů thůn, das sye in dei- | Des bapst vñ Romanisten fursatz.
nen gewalt gegriffen, vnd aller ding allein macht haben wöllen. darin dir zůsehen gebürt, §. 9.
vñ zůuerhůten, das nit zůweyt bey dir jngebrochen, od' deiner macht zůuil entzogen werde.
Wiewol ich kein verdacht, ich geschweng forcht habe, das du in dißem ires gefallen hand-
lest. Dir wil aber nicht dest weniger gebüren jnen yetzo also zůbegegnē, das sye hinfürr
soliche ding an dich nit meer begeren. Vnd magst wol gůten fleiß habē, seytēmal alle sa- §. 10.
kommen, ich werd überwindē. Sol ich aber mit gewalt vnd macht kriegen, so bin ich vil
besser nit, dañ ir mich habē wolt, wiewol ich der (wo eüwer hilff gewiß) on forcht bin,
werd dan nocht nit, ob ich schon von euch verlassen, in farhe gesetzt, auß vertrumen
meines gewissens, verzagen, dañ ich hoffe zů gott, vnd er wirt mich erlèsen. vff das nit §. 31.
als ein grimmiger leo mein seel verzucke wo nit yemāt sein würde der mich rettet. Mich
haben vmbgeben vil hunde, vnd der radt bèß williger leüt, hat mich belegert. Sie warten
vff meine seel, als ein leo bereit zů dem raub. Aber got wirt abwèden alles übel zů
meinen feinden, vnd in seiner gètlichen warheit, wirt er sie zerstrewen. Dann er wirt
mich erlèsen auß den stricken der iagenden Curtisanen, vnd von dem scharffen wort, des
bapstes Leonis. Der selbig wiet yetzo über mich, vnd durch brènende anreitzung seiner §. 32.
begir, wirt er vngestümmigklich gegen mir gehetzt vnd getribē. Ist aber so weyt vō hiñ,
das ich villeicht seinet halbē in sicherheit wår. Hierumb mir diser zeit allein vor dē Curtisanē,
vnd andern des Bapstes anhenger, im teütschen land, farhe zůstat. die selbigē
(als ich gůt wissen hab) nit nach lassen, sonder auß schmertzen irer durch mich angefochtē
vñ verhind'ten practickē, sůchē sie weg, mich zů veruolgē. Wiewol nůn on zweifel irem

10.11 cf. Psalm. XXI. 9. 11 repiat S. 9. 12 circumded.] Psalm. XXI. 17. 13 susceper.] Psalm. XVI. 12. 14 avertet ... illos] cf. Psalm. LIII. 7. 15-16 venantium 2.

hi urgent; quibus etsi iratus est deus, tamen obsistere vos decet. nam
§. 33. suorum manu impios punit deus. prius misere divexarunt hanc nationem; nunc perniciem moliuntur, eis præsertim quos mysterium suum prodere vident. Quod feretis, Germani, neque vos huic furentium libidini opponetis? Atque ut plane intelligatis a quibus insidiæ mihi fiant, hi sunt quibus authoribus quibusque ministris ea fiunt quæ ego nisi reprehendissem,
§. 34. iam salvus essem, si laudassem, etiam beatus. hi ut compiletur nove cottidie patria hæc, adiumento sunt, consilium dant, opem advertunt, impii Curtisani, detestabiles Symoniaci, qui istam miscent abominabilem publice praxim, qua Christo illuditur, veritati fucus fit; Germaniæ non tantum quando in pecunias eius et possessiones impetus istinc fit, detrimentum adfertur, sed populi etiam mores pessimis inductis ab urbe Roma exemplis
§. 35. depravantur: ab ipsis enim sunt istiusmodi malorum caussæ, qui cum tanto suo commodo ministri sint Romani pontificis, hoc faciunt posse illum a quo longissime alioqnin aberat; horum opera fit, ut regnet superstitio, vera exulet pietas; hi animarunt Romanos pontifices in tantum, ut constitutionibus ad lucri sui intuitum latis evangelicam abolere magna ex parte

bösen lebē nach, gott selbs über sie erzörnet ist, so wil doch auch gebüren, sie meinēthalben anred vnd rach nit zů erlassen. Dann durch die hende der seinen strafft gott die übelthäter.
§. 33. Vormals haben sie teutsch Natiō erbermlich vmbgetribē. yetzo dencken sie, alle die ire heimlicheit offenbaret habē, zů verderben. Wollen das die teutschē leiden: Solt nit irem so hochfertigē můtwillen entgegē gedacht werden: Vnd das ir recht verstandt habē wer mich veruolge, vnd mir nachstelle: das seind die vrsacher stiffter vnd handler aller der ding, die, wo von mir in meinen büchern vnd geschrifften nit gestrafft vn̄ gescholten weren, möcht ich sonder anfechten vnd entgeltnüß bleiben, hete ich sie aber gelobt, wer ich selig
§. 34. gemacht. Dise keren allen fleiß an, geben hilf radt, fürschub vnnd fürdernüß dar zů, das teütsch landt ye mer vnd mer, von den Romanisten beraubet vnd geschundē werde. Ich meine die vntrewen Curtisanen, die verfluchtē Symoneischen ketzer, die ein verhaßte, schandtliche, lästerige practick in gebrauch habē bracht, darauß gott geschmächt vn̄ verspottet, die warheit verblendt, teütsch Nation nit allein durch abnemung vn̄ beraubung ires geldes vn̄ zeitlicher güter beschädigt, sond' auch durch böß exempel vnd beispil, so sie vō Rom
§. 35. herauß bringen, an gemeinen sittē verkert vnd geergert wirt. Dan̄ seitmal sie als diener, außrichter, vnd schaffner des Bapsts jm zů dē vnbillichen überschwencklichen gewalt, dar zů er an ir fürschub nie kommen wär, verholffen, habē sie allen bösen hendlē vnd wesen vrsach geben. Durch diser fleiß regiert der aberglaub vn̄ bleibt die wore gottes eer außgeschlossen | Durch dise seind die bäpst dohien behertziget wordē das sie die warhafftig euangelischen geschrifft, des merteils vertruckt, vn̄ etliche gesetz allein zů irē gewin̄ vnd eigē nutz

---

[6] auctor. *ubiq.* 7...9. [9] Simon. 7...9. Istam 1. [10] Germaniæ 2. [11] isthinc 8. [12] inductis *omis.* 8. 9. [13] ipsiusmodi 8. 9. [16] vero 5. exsulet 7...9. [18] nach] rach 1. [22] gedacht] *Malim* getracht [24] waren 3. [25] aber] eben 3. [31] zeitlicher] zeitlichen 3. [32] Dann] Denn 3. [35] diser] diesen 3. [37] vertruckt = unterdrückt

doctrinam adgressi sint; hi illam alunt Romanam voraginem, illum pascunt insatiabilem istic gurgulionem, qui patrimonia hic nostra devorans hanc illinc revomit morum perniciem. atque hi effecerunt, ut huic illi nationi §.36. huic laqueum induerint, quem vereor ne haud solvatis nisi destructis his, ne haud nisi aboleantur hi, enodetis; hi sunt quasi quidam in patriæ malum nati illices; hi Romanæ mensæ aucupes, qui quod Roma voret, capiunt; et capiunt tam nimis multum quam non satiatur illa vorando. Ape- §.37. rite oculos, Germani, et videte qui vos hic dispolient, qui apud exteros infament, omnisque vobis malæ fortunæ, omnis depravati status authores sint. atque ecce vobis sceleratos indulgentiarum mercatores, sacrilegos gratiarum, dispensationum, absolutionum et omnis generis bullarum institores, qui sacrarum rerum mercatum in ecclesia dei instituerunt, cum prophanarum ille emptores et venditores templo olim eiecerit; qui istas archi- §.38. tectant fraudes, illas concinnant dolos, unde hæc est servitus, hæc nationis huius captivitas; qui me impeditum reddiderunt, in has turbas, hanc inquietudinem coniecerunt; qui hoc mihi discrimen, hoc periculum conciliarunt, haud aliam ob caussam, quam quia suas artes prodidi, crimina detexi, rapinis obstiti, grassaturæ impedimentum attuli, quoniamque per me quadam ex parte effectum est, ut nonnihil ipsorum decesserit lucro, veræ

beſchꝛiben haben. Diſe åtzen den Rĕmiſchē geltſchlundt, und ſpeiſen den unerſåttlichen geitzwoꝛm, der hie unſere våterlichē güter verſchlindt, und vō doꝛther widerumͤ von jm ſpeyet zerſtĕꝛung güter ſittē. Diſe habē es dohin bꝛacht, das uns die Båpſt einē ſtrick §.36. angelegt, den wir (ſie werden dañ außgereütet) nim̃er aufſknüpffen mĕgen. Diſes ſeind die bĕſen anreitzer, zů ſchaden des vatterlāds geboꝛē. diß ſeind des Rĕmiſchē tiſches weid leüt, die für vñ für der ſelbigē freſſerei zů jagē. Vñ nit mind' iagē ſie zůuil, dañ auch Rom ſolcher ding unerſåtlich iſt. Hierumb thůnd auff ewere augē ir teutſchē, und ſecht §.37. wer euch hie beraub, vñ in fremden landē zů nachred bꝛinge, von wem ir am meinſten ſchadē, nachtheil, und ewers ſtadts ergernüß habt. Nempt war der ſchalckhaftigē aplaßkremer der ſchedlichē kauffleüt, die eüch gratiē, diſpēſatiō, abſolution, und allerley bullē zům marckt bꝛingen, Die treibē kauffmanſchatz, mit geiſtlichen vñ heiligen dingē, in der kirchē gottes, darauß er etwā trib und ſchlůg, die doch nür ſchnĕde und weltliche war kaufftē und verkaufftē. Diß ſeind die kunſtreichen werckmeiſter aller bĕſer ſünd, die liſtigē §.38. vñ geſcheiden ſtiffter alles betrugs, von denen herkumpt vertruckung vñ geſencknüß diſes lands. Solche habē mich in verhindernüſs bꝛacht, unrůwig, und leidig gemacht, in farhe und not geſetzt, umb keiner anderen vꝛſach willē, dañ das ich ire kunſt außgebē, ire ſchand entblĕſſet, irer raubery zů gegē geweſt: irer unbarmhertzigē ſchinderey verhindernüß gethon. | Vñ villeicht durch mich nit wenig irem gewiñ entzogē, dem rechtē warē Chꝛiſten

[2] inſatiabilem *3.* [4] his] suis *7...9.* [5] parriæ *3.* [9] infatuent *3.* omnibusque *8.9.* [11.12] institutores *1.7...9.* [12.13] profan. *7...9.* [13] emptores *etc.*] Evang. sec. Matth. XXI. 12. sec. Marc. XI. 15. sec. Luc. XIX. 45. [19] parre *4.* [23] dann] denn *3.* [27] meiſten *3.* [32] bĕſen *3.* [35] ich *omis. 3.*

§. 39. pietati multum accesserit. Semper tumultum fugi, seditionis author esse nolui; atque ut intelligatis quam non fuerit meum consilium publicam isti statui eversionem moliri, Latine scripsi, quasi secreto admonens; neque vulgum habere statim conscium volui, aut populares mox contingere aures,

§. 40. quamvis cur hoc facerem, plus satis caussæ haberem. Nunc quia sanitatis capaces esse pie admoniti non videntur, sed fraternæ adhuc correptioni exitium obvertunt, nihil vel sic gravius consulam; tantum vim fieri queror mihi, et iniuriam fieri queror, vestramque, Germani, opem invoco, vestrum

§. 41. auxilium imploro; non quidem, ut hos perdatis, sed ut me servetis. neque enim adhuc author esse volo, licet tot modis lacessitus, ut, quia male fecerunt, puniantur; tantum ne posthac faciant, caveri peto. Hoc si non

§. 42. orem ego etiam, ipsa utique caussa impetrare debuit. Quæ siquando ita cordibus vestris incesserit, ut oculis iam obversatur, neque mihi querendi

§. 39. glauben etwas zůgågen. Allweg hab ich vffrůr vermittē, vñ nit wöllē des gemeinen volcks entbörung vꝛſach geben, vnd das ir merckct, das mein meinung nie geweſt, vmbkerung des geiſtlichē ſtands zů erweckē, ſo hab ich biſʒher, was des ſelbigen miſʒlebē vnd vngeber antrifft, in latin geſchꝛibē, als jn heimlich ire gebꝛechē anzeigēd. Dañ wiewol ich das zůthůn gůte fůg: vñ mer dañ gnůgſame vꝛſach gehabt, ſo wolt ich doch diſe ding dem ge-

§. 40. meinē hauffen noch nit offenbarē. Dieweil ich aber yetzo ſich, das ſie durch keine gůtige vermanung ſich bekeren wöllē, ſonder gegē bꝛůderlicher getrůwer vermanung, mörderꝛ vnd auſʒtilgūg wendē, ſo will ich dannoch auch alſo, nichtz årgers gegē jnen fürnemen, ſond' wie ich auch yetz von jn, vmb das ſie m'r gewalt vnnd vnrecht thůn clagē, ewer gnadē vnd gunſt hilff bew.rbē, vnd beiſtand anrůffen, nit das ir ſie verderbet, ſonder das ich

§. 41. durch eůch voꝛ jnen mög enthaltē werdē. Dañ wiewol ſie mir ſo manigfeltig, vnd offt vꝛſach gegebē, will ich doch auch noch nit, das ſie vm̃ ire miſſethat geſtrafft werden, ſonder des jnen geweret, ſollichs hienfür gegen mir oder jemants fürzůnemen radten vnd weiſʒen. welchs der billicheit zů achtē, das ob ich ſchon nit vmb euch begerte, ſolt es die ſache auſʒ

§. 42. ir ſelbs von euch erlangē. Vnd zweifel nit, das wo ir die ſelbig alſo zůhertzen nemmet, als ſie euch ſcheinbarlich voꝛ augen iſt, mir hernach euch vm̃ hilff anzů ſůchen, nicht von nöten ſein werden. Des ich mich auch auff diſʒ mal meiner yetzgehapten bitte vnnd begierde, vnnd der ſachen billicheit nach zů eůweren treůwen genaden vnnd günſten | als vnabwendtlichen anhengern der Euāgeliſchē warheyt, liebhaber götlicher gerechtikeit, beſchirmer deſʒ vaterlandſʒ gemeiner freiheit, vnd voꝛvolger alles vnrechts, ſchanden vnd laſter, verſich vñ getꝛöſte. Vnd wil das alſo voꝛ eůch beſchehē, alzeit vnterthånigklich vñ freintlich, mit allem meynem voꝛmegē wider zů verthienen, willig vñ gefliſſen ſeyn. Geben vnter mey-

---

[1] pieiati *1.* [5] Cf. Eberlini a Günzburg Der VIII. bundtsgnoſʒ infra ad fin. a. 1521. exhibend. [23] isti statui] istic statim *7...9.* [4] statim habere *8 9.* [5] cassę *5.* [13] observatur *1.7...9.* q̄rēdi *1.* , quęrendi *3.* [16] Vngebühr *3.* [17] jn] ihr *3.* [22] auch] euch *3.* [24] vor] von *3.* [26] des] daſʒ *3.* geweret] gelehret *3.* [29] ſcheinbarlich] = ſichtlich [30] Des] Das *3.* [33] voꝛvolg|ger *1.* [34] will, daſʒ alſo von *3.* [35] Vermögen *3.*

amplius caussa erit, neque vobis opem ferendi necessitas imponetur. Valete et videte. Quarto calen. Octob.

DIRVMPAMVS VINCVLA
EORVM
ET PROIICIAMVS A NOBIS
IVGVM IPSORVM.

nem angebornen Insigel vff Sanct Michaels des ertz engels obent Im jor nach Crist gebürt. Mccccc vñ xx |

Seitmal ich auch verstandẽ hab, wie das etliche mir zů nachteil, meine bůcher vnd geschrifft, bey den vnuerstẽdigen übel außlegẽ. vnd anders, dañ die an jn selbs verstanden werdẽ mégen, verteütschẽ, domit ich mich dañ bey yederman alles verdachts erledige, vñ auch gemeinem mañ, wie billich oder vnbillich ich gehandelt, vnd ob ich dem Bapst oder seinen Romanistẽ ye vrsach geben hab, mich obẽ angezeigter weiß zůueruolgen, erkentlich sey, so habe ich mir fürgenõmen, Alle meine Bůcher, die ich bißher in latin geschriben, vnd drucken hab lassen, darinnẽ dañ (als ich nůn erst sieh) dem Bapst seines gefallẽs nit von mir gelebt, in teutsche sprach, so best ich jmer mag, vnd sich das schicken will, zů tranßferierẽ vnd außlegen. Dann ich gantz kein abschew trage, sonder beger von hertzen das yderman wissen hab, welches die braut sey, darumb man mir tantzẽ zůgemůt. So zweifel ich nit, wo die selbige meine geschrift ins teütsch kommẽ (als dañ ob gott will, bald geschehẽ sol) man werd erfinden, das ich anders nit, dañ erbarlich, eerlich, vnd als eim frummẽ vom Adel nit vngebürlich geschriben. Das hab ich meiner notdurfft nach zůuor anzeigen vnd verkündẽ wéllen. Vlrich võ Hutten, qui supra. ⁖

LIPSIÆ. — **CLXXXXV.** — 17. SEPT. 1520.

CLARISSIMO VIRO
BILIBALDO PIRCHEIMERO
NVRENBERGENSI SENATORI
ANDREAS FRANCVS CAMICZIANVS S. D.

Miraberis, Bilibalde, eius ad te venire epistolam, cuius ne fama quidem antehac pervenit . . . . Nuper ubi, ut fit, salutatum Stro-

CLXXXXV. 1 = Duae Epistole: Hé-|rici Stromeri Auerbachij: ꝛ Gregorij | Coppi Calui medicorũ: que statũ | reipublicae Christianae hoc se-|culo degenerãtis attigũt. | Adiecta est Andree Franci Camiczi-|ani Epistola ad Pircheimerũ: | subiunctis etiam in fine | libelli in Leum epi-|grammatis. | Lipsiæ apud Melchiorẽ Lottherũ, Anno &c. M.D.XX. (16 folia in 4º.) 2 = Pirckheimeri Opp. (Ind. bibl. n. 59.) p. 329. sq. 3 = Discursus epist. (Ind. bibl. n. 60.) p. 40...42.

[2] M.D.XX. *add. 8.9.* [3..4] DIRVMP. &c.] Psalm. II. 3. [9] Beschluß red. *suprascriptum est in versione Germanica 1., de qua* vide Indic. bibliograph. p. 59*. A. a, *quæ præter orthographiam quam dicunt, omnino cum hoc epilogo convenit, nisi quod subscriptio* Vlrich... supra. *omissa est.* [11] erledigen *3.* [16 best] baß *3.* [20] als *omis. 4.* [21] ein Frummer *4.*
[25] PIRCKHEIMERO *2.* BIRCKHEYMERO *3.* [26] NVREMBERGENSI *3.* [27] Camictianus *3.* (*Andreas Franck, von Camenz in der Lausitz*, prof. et a. 1522. rector Lips.) [28] n. q. f. *2. 3.* foma *2.*

merum medicum venissem, et ille in oraculis turbæ valetudinariorum promendis occupatior mei rationem non admodum haberet, inieci manum literis Huttenicis et aliorum Germaniæ nobilitatis procerum ad eum, quibus legendis oblectarem me, donec molestum consultorum agmen profligasset (nam tantum usurpavi mihi apud illum pro iure amicitiæ), tum inter fasciculos duas repperi epistolas bene longas, sed bene Christianas, sed doctas, etiam interim lectu iucundas, unam eius ipsius Stromeri; alteram Gregorii Coppi, eiusdem monetæ amici. avidus utranque legi . . . . Unice gaudeo Huttenum nobis ex Brabantia reducem atque salvum; familiaritas inter nos nuper per literas admodum est. quod si scripseris homini, rogo te per omnes gratias, nostri memoria eius de me opinionem augeas: sic enim fiet, ut facilius me totum in amicitiam recipiat: nam ego illius amore iam multo prius captus adeo sum, ut etiam toto pectore cupiam præsens videre vas illud fictile, in quo tantus tanti animi thesaurus lateat, etiamsi optima eius pars in editis libris appareat, et Stromer, ut est facundissimus, nuper anxie mihi quærenti illustri quodam sermone totum Huttenum delineaverit. Iterum vale. Lipsiæ Anno dominico M.D.XX. Septembris XVII.

WITTEMBERGÆ. **CLXXXXVI.** 3. OCT. 1520.

[MARTINVS LVTHERVS]
ERVDITISSIMO ET INTEGRO VIRO
MAGISTRO GEORGIO SPALATINO
A SACRIS PRINCIPALIBVS
SVO IN DOMINO MAIORI.

IHESVS.

Salutem. Multas ex te literas accepi, mi Spalatine, mirorque nondum ad te pervenisse eas, quibus respondi tuis ex Butstet datis . . . . Nova apud nos nulla, nisi bellum Prussinum. Episcopus Moguntinus libellos Hutteni et qui contra papam editi publice mandat inhiberi, provocaturus malum in caput suum. Huttenus ingenti spiritu accingitur in Romanum pontificem armis et ingenio rem tentans. Adrianus noster nescio qua furia raptus in me graviter insanit, forte occasionem quærens discedendi. nihil homini feci; conciones meas insectatur, paratus me docere evangelium, qui Moisen suum non intelligit. varie interpretamur eius vesaniam; sed sine, tempus hæc revelabit. Vale in Domino. Vigilia Francisci. Anno M.D.XX.

Martinus Lutherus | August.

CLXXXXVI. 1 = Lutheri Epp. (Ind. bibl. n. 57,1.) I. fol. 284. 2 = ibid. 57,4. I. p. 491. sq. n. CCLX. (Germanice in *Luthers Schriften v. Walch.* XV. *Anh.* XI.)

---

[2] litteris *3.* [7] eius *omis. 2. 3.* [8] utramq; *3.* ex] ex *3.* [9] litteras *2.* Earum nihil superest. [14] editis] eius *2. 3.* [15] querenti *edd.* [16] deliniaverit *edd.* [17] Septembris 27. *2.*

[26] Buttstet *2.* [27] Cf. supra p. 364. § 7 et n. CLXXXIII. sqq. [30] Matthæus Adrianus Lovaniensis Hebræus, natione Hispanus. Cf. Luth. ad Spal. epp. 2 d. 7. Nov. 1519. et Melanchth. ad Io. Hess. d. 7. Apr. 1520. Foppens Bibl. Belg. p. 865.

LOVANII. **CLXXXXVII.** 8. OCT. 1520.

ERASMVS ROTERODAMVS
ALBERTO CARDINALI MOGVNTINO S. D.

Gestientem advolare isthuc in tuos complexus hactenus aliquot negociola detinuerunt; verum si posthac cœlum dabitur commodius, adero brevi Coloniæ. Epistolam quam tuæ celsitudini de Luthero scripseram, editam doleo. ego certe bono animo scripseram, sed non in hoc scripseram, ut ederetur; neque cuquam a me fuit exemplaris copia. incluseram eam literis ad Huttenum obsignatis, admonens ut si videretur expedire, redderet in tempore; sin minus, premeret aut aboleret. Quo magis admiror quo consilio factum sit, ut et ederetur per typographos, nec tibi redderetur: si hic casus fuit, fuit infelicissimus; sin perfidia, plus quam Punica fuit. Utinam hic Ioannes Faber ordinis Dominicani tuæ celsitudini tam esset commendatus, quam merentur hominis eximiæ dotes, ingenium promptum et expeditum, iudicium excussum, eruditio solida et abstrusa, lingua felicissima, mores candidi facilesque. Video tyrannidem quorundam nimium succedere; nec aliud mihi succurrit, quam precari, ut res tota cedat in gloriam Christi, utcunque cedet nobis. Bene vale, meum decus. Lovanii postridie Nonas Octobris Anno M.D.XX.

CLXXXXVII. 1...4 = Indic. bibliogr. n. 53,2...5. 1) p. 464. 2) p. 412. 3) p. 614. XIII. 42. 4) fol. 584. n. DXXXVI. 5 = Erasmi Epp. selectiores. Basil. 1719. 8°. p. 347. sq.

MOGVNTIÆ. **CLXXXXVIII.** 15. OCT. 1520.

HEDIO ZVINGLIO.

Tametsi longe a te absum, charissime Zuingli, volo tamen præsens esse modo præsentibus literis. Moguntiam me vocavit Capito, ubi sum a sacris concionibus, donec redierit a coronatione regis, et fortassis deinde quoque, si visum fuerit Christo: nam Capito renunciaturus est officio, factus a consiliis domini Moguntini. quam prosit in ea conditione, vix credis: Lutherus in hoc districtu dudum esset combustus, Lutherani ἀποσυνάγωγοι, nisi is aliter persuasisset principi. Miram tragœdiam recensuit nobis heri Buschius, qui a Colonia advenit: Reuchlinus condemnatus est Romæ in gratiam monachorum; triumphant superbissime schedulis affixis nullibi non Coloniæ in portis, in ecclesiis etc. neque temperant a convitiis. condemnationis summam lingua vernacula adiecerunt, in

CLXXXXVIII. Zuinglii Opp. (Ind. bibl. n. 81.) VII. 1. p. 147. sq.

[4] negotiola *3...5.* [6] Epistolam] d. d. 1. Nov. a. 1519., supra p. 315. exceptam. (Quasi lernam malorum huius ep. editionem centiens accusat Erasmus.) æditam *1. 2.* [7] ædcretur *1. 2.* [17] Lovanio 8. Octobris, Anno 1520. *3.*

[26] a cor. reg.] '23. Oct.' [29] ἀποσ.] excommunicati [31] „Ab Hogstrateno e Roma verosimiliter emissus falsus rumor".

qua traducunt episcopum Spirensem et quosdam alios magnates. Id fit præsente episcopo: nam iam agit Coloniæ. nonne apertissima contumelia? De Luthero bullam misit papa, vere bullam, ut audio. angelos cœli, h. Petrum, Paulum, omnem creaturam prorsus excitat in Lutherum et adhærentes; 'trucidentur, comburantur', et huiusmodi. quodsi talis est bulla, qualem ille nobis depinxit, parum habet apostolici pectoris, nihil lenitatis Christianæ. O liberam Germaniam, ubi nostra libertas? nec lingua libera est. Latitat Huttenus, cui a Romanensibus paratum fuit venenum; subornati, qui caperent vinctum Romam ducentes aut trucidarent. nec tamen diu latebit, quin monachi sentient, quibus hæc provincia fuit commissa: sunt enim furiæ pontificis. Princeps Saxoniæ magna liberalitate utitur in doctos; aiunt neminem illo integriorem et magis principem. Lutherus erumpet de vitiis personalibus et ad futuras nundinas habebimus multa tonitrua. Tu nihil cessa, adesto bonis viris, adesto pietati Christianæ apud tuos, ubi plurimum potes. Monachi nihil non tentant. velim Christus tandem adspiceret res afflictas, quod impetrandum sedulis precibus et gemitibus, ut ille, inenarrabilibus. Vale in domino. Cum rediero Basileam, copiosius: nam non datur vel relegere. Moguntiæ. 15. Oct. 1520. Ὁ σός.

STECKELBERG. **CLXXXXVIIII.** 26. OCT. 1520.

HVTTENVS BONIFACIO AMORBACHIO SALVTEM.

Dubitas ad me scribendum an sit, quasi vero ad quenquam alium aut prius sit, aut sæpius sit. Quanquam si hoc propositum tibi est, ut quibusdam me oneres immodicis laudibus, facile patior perpetuo silere te. Scito enim nihil in amicis gravius ferre Huttenum. Itaque et si carere tua amicitia non possum, ferre istam tamen in te pompam nequeo, quod ut ingratum abs te mihi accidit, ita iucundum fuit quod ἀπὸ τῆς καρδίας sacramentarium te mihi offers, quem idcirco et accipio libenter, et complectar tenacissime. Quod scribis cottidie in manibus habere te opuscula mea, nescio an verendum hoc sit, ut meliora posthabeas. Nullum pro me discrimen recusas. At ipsum illud fortasse opus non est, discrimen ut adeas, quanquam si fuerit, sperabile est in te profugium, hoc peto ut me amare desinas, et sæpissime familiariter per literas ut colloquaris. De Eckio recte facis quod ineptum balatronem odisti. Meretur hoc enim, et ut contemptissime rideatur a bonis omnibus. Optime vale ex Steckelberg vij Caleñ. Nouēbris.

Per amanuensem.

CLXXXXVIIII. A = MS. ad n. CLXIIII. adnot. 2 = Röbrich (Ind. bibl. n. 85.) p. 630. sq. n. XI.

---

[12] de vitiis person.]? Locus corruptus: *fort. l.* de convitiis papalibus [15] ille] Paul. ep. ad Rom. VIII. 26.

[20] quemquam *2.* [23] etsi *2.* [25] ἀπὸ τ. κ.] *ex corde*, *ex animo.* [26.27] complector *2.* [30] quamquam *2.* *post* fuerit *addidi* , [32] balatorem *2.* [33] Steckelbergà *2.*

EBERNBVRGI. **CC.** 13. NOV. 1520.

ERASMO ROTERODAMO VLRICHVS HVTTENVS S. D.

Male mihi cedat quidquid hoc est quod tanto cum periculo incepi, §. 1.
hoc temporis, nisi me sollicitum magis habet tua salus, quam mea fortuna, Erasme optime. itaque cum quo spectet res, plane videas, miror
quid ibi agas, ubi et magna est, ut usquam alibi, nostrarum partium infensio et Decimi mandata grassantur nunc, ut audio, atrociter. Quin etiam §. 2.
exustis Lutheri libris secure te consistere existimas, quasi non illius damnatio tuæ causæ sit præiudicium, aut tibi parsuros putandum sit qui Lutherum damnaverunt. fuge, heus tu, fuge, ac te nobis serva! Mihi periculi satis multum quidem est, etiam infinitum, sed tantundem animi periculis indurati et fortuna quæ ferat; tua alia causa est. fuge, optime Erasme, fuge dum licet, ne siquid adversi (quod abominor) cadat, iam tum non sit hoc ipsum integrum, et necesse sit dicere hoc, quod sapiens nemo dixit, 'Non putaram'. Iam palam clamant isti omnium horum auto- §. 3.
rem esse te, atque ab hoc fonte profluxisse quidquid est quod male nunc habet Leonem, te præivisse nobis, te erudiisse, te primum incitasse libertatis studio hominum mentes, te esse illum a quo pendeamus alii. Quod §. 4.
etsi huiusmodi non est, quia tamen nosti quocum genere hominum res nobis est, nullam debes concipere tantam spem, ut te his locis credas. Odiosæ sunt hac in causa literæ, quanto magis qui has intulit, qui eruditione Germaniam implevit. Age autem Derthusiensis ibi ad Decimum §. 5.

CC. 1 = Patriotisches Archiv für Deutschland. Siebenter Band. [v. J. J. Moser.] Mannh. u. Leipz. 1787. 8º. p. 25...32. („Das Original befindet sich in dem Gräflichen Leyischen Archiv zu Bliescastell, dessen gelehrten Aufseher, dem verdienten Gräflichen Hofrath, Herrn Klein, die gefällige Mittheilung der Abschrift zu verdanken ist, von dem auch die dem Text beygefügten Noten herrühren. Wie das Schreiben dorthin gelangt ist, davon findet sich keine sichere Spur, [procul dubio ex chartis Sickinganis expugnato Nanstallo s. Landstuhl dispersis] um so gewisser ist, daß solches dem Erasmus nicht zu Handen gekommen. Wahrscheinlich nahm der Bote, der den Erasmus aufsuchen sollte, seinen Weg über Mainz und kam mit dem Brief nicht weiter". Moser l. c. p. 23.) — Utinam satis accurate descriptum exemplum huius epistolæ haberemus. Ut solitus fuit, errores ab aliis admissos non solum recepit omnes, sed non nullos etiam suos adiecit 2 = Hutt. Münch. IV. p. 49...53.

---

[6] ibi] in Brabantia. *Moserus adnot.* Moguntiæ aut Coloniæ. *quod 2. exscripsit.* [9] passuros *1. 2.* [15] Non put.] cf. supra p. 400. v. 12. [17] habet. Leonem te *1.* habet Leonem te *2.* [21] hæ *2.* [22] Derthus.] „Absque dubio Guillielmi Enckefort Silvaducensis, Episcopi Dertusensis, [10. Sept.] Anno 1523. ab Hadriano Papa Cardinalis nominati". Moser. *Inde Münchius fecit:* 'Ohne Zweifel Wilhelm v. Enkenfort, welchen Pabst Hadrian im Jahr 1532. zum Bischof ernannte.' *temulenter.* Ante cardinalatum cum aliis XXX d. 26. Iun. a. 1517. acceptum ipse Hadrianus VI. Dertusensis (*Tortosæ*) episcopus fuerat, et hunc h. l. vult Huttenus. Cf. Ciacconii Vit. pontiff. III. p. 387. 441. sq.

epistolæ, convitiis cum illo expostulantis, quod te in Germania ferat harum rerum magistrum, cuius momenti est? Plane fugiendum tibi existimo, si non magni facias tuum rasum, tamen ut ne tanto præside spolientur
§.6. studia, tanto patre orbæ sint literæ. Si dubitares adhuc, nihil fidum satis esse nobis vel ab Aleandro doceri oporteret, quem quis putasset pecunia sacerdotali adversum nos conduci posse? et tamen non oppugnat acrius
§.7. hoc tempore alius. Tu autem leniter et subblandiendo tot iam annos tractato pontifice, etiam laudato, quid meruisti aliud quam ut infense oderit et perditum velit? id quod magis etiam facere volet, quando iam videbit
§.8. contra suum furorem arma expediri. quod iam ante factum esset, nisi Francisci consilium fuisset regem tentare prius, spe concepta fore ut hoc ipse rex agat aut certe agentibus nobis conniveat; neque non factum arbitror, nisi omnia invertet sceleratus ille Sclavus corona Cæsari oblata,
§.9. cuius præmium poscimur Lutherus et ego. Ergo igitur eripe isthinc te; nam mihi armis agendum est, quod tibi ne obsit, prædico ante iam. Quodsi non probas institutum tu meum, causam tamen cur hæc paro, improbare non potes, ut libera sit Germania; nam tunc vigebunt etiam
§.10. literæ et honor erit studiis. Difficile hoc tibi est præstare, inquis. difficillimum, sed tamen conari pulchrum est, quidquid eveniat etiam: nam eventis rerum pugnare non est meum; quod fortuna momentum habeat,
§.11. ibi animo et virtute conabor. Quodsi cui occurram occasioni, quis impediet optatum his consiliis exitum contingere? sin contra eveniet, tamen nullum est tam prudens pontificis consilium, quod extinguere hoc a nobis excitatum semel incendium liceat: profecto enim ardebunt ista, quantumcumque reluctantibus ipsis, etiam si nos opprimant: iam alios enim pariet
§.12. vehementiores etiam libertatis adsertores cinis iste noster: atque eo magis ago hæc, quod futurum hoc scio; conaborque omnia et undecumque licebit, ansam nobis arripiam, nihil non tentabo; a quo nullæ minæ, nulla quæ abducant pericula satis sunt. Semel infixum in libertate animam dirimi non patiar. an possem pati, cui tam inhonesta proposita sit servitus, nisi rebellem? egone mollibus serviam sacerdotulis, delicatulis istis cynedis parcam, impudicos adorem pontifices, hominum nullius bonæ frugis imperata faciam, cum toties summis imperatoribus negasse hoc maiores meos sciam, nec ea sit quæ tantam indignationem ferat, mea natura? prius
§.13. omnia perdidero. Quod ut ne dubites quo agitem animo, iam persuasi ipse mihi fatale hoc esse Hutteno pro patria periclitante, quod constanter adeo proposui, ut clariorem nullam, quam quæ pro communi libertate
§.14. obeatur, mortem esse existimem. Agite igitur, optimi cives, adeste popu-

---

5 Aleandro] Alexandro *1. 2.* 11 Franc.] de Sickingen. regem] Germanicum, Carolum V. electum imp. Romanorum. 13 Sclaiius Corolla *1. 2.* Aleander natione Istrus fuit. 27 scio] scis *1. 2.*

lares, propellantur improbi a Germania domini, solvatur turpis servitus,
pudendum abiiciatur iugum! Germanos esse nos meminerimus, neque hic
quisquam sit, quem delectet vivere, si non possit libere. Aliquid, non §. 15.
omnia præcidet, si, quod isti sperant, intercedet regis edictum; neque
omnia ille refugia clauserit, omnia subduxerit auxilia. Quem ego tamen
credo abductum nunc pessimo consilio, non diu facturum etiam hoc: aliquando enim ad se redibit, neque semper Romanensium palponum consiliis subvertendum se præbebit, cum quia tot exemplis commoneri eum facile est 'nihil esse ibi fidum', tum vero quia tempus adesse videtur, quo
hæc aboleatur tyrannis. Quod etsi a me fieri non possit, tamen initia §. 16.
sumere poterit; ubi qui sunt isti qui ad quietem hortantur? quasi vero
forti viro, qualis esse laboro, quiescere sit despicabilem servire servitutem,
hoc præsertim tempore quo ad summum conscendit hæc indignitas, quo
isti nihil non licere sibi volunt, quo sacra profanaque omnia impie, ut
nunquam prius, miscentur, quo mentiri et fraudare regium est et pontificium, diripere et furari etiam sacrum. Hinc tu laude conatus es revo- §. 17.
care hos; benigne id quidem, sed vincente ipsorum dementia nihil eblanditus es. Iam non est igitur tempus, ut desperata sanitate, cuius in tantum capaces isti non sunt, abiiciamus putrida cadavera, exuramus et aboleamus? quod si vi et armis conemur efficere, ut his obsæviamus furiis,
eritne qui fortitudini nostræ temeritatis appellatione obructabit? Fuerit. at
nos hanc gloriam existimabimus; neque sequemur tamen gloriam, sed
libertatis studio periculis ultro nos obiiciemus: neque enim servire poterimus, quibus etiam servientes in Germania videre alios grave est: et fortasse invitis hominibus suæ libertatis authores erimus. Quæ idcirco pluri- §. 18.
bus ad te scripsi, ut ubi quæ hic parentur scires, cognoscere tibi liceret
quam non sis tutus illic, ubi maxime obsistitur remergenti tandem libertati et tenacissime hæret servitus. Quare consilium est meum, ne tanti
facias illud istic ociolum, ut in summo periculo conquiescere in animum
inducas. Multum te capiunt Basilienses tui; quæ mora est, quin eo con- §. 19.
cedas quamprimum, præsertim nusquam liberiores cum sint homines, suapte alioqui natura, nunc Lutheri etiam scriptis et meo quodam poemate
Germanice scripto mire inflammati? In summa isthinc te eripe et manifestum discrimen prudenter declina. Hoc te ego hortor, quem ut id fa- §. 20.
ciam, cum ipsi persuadere tibi non possent, communes amici pie admodum exorarunt. Da aliquid omnium votis, si non parcis tuæ saluti: novum hoc tuum in commune beneficium erit. cede nostris precibus, qui

---

[3] Aliquid non omnia præcindet *1. 2.* [5] ille] illa *2.* Quem] Cæsarem. [6.7] aliq. enim *etc.*] Commode hæc referri possunt ad commentarium, quem ut inde instrueretur Cæsar, Huttenus tum composuit, *Anzeig wie allwegen sich die Bäpst gegen die Kaiser gehalten.* [8] commoveri *1. 2.* [20] obræviamus *1. 2.* [21] fortitudine *2.* [25] autores *2.* [29] otiolum *2.* [32] poemate] *Clag vnd vormanung* etc.

istorum terrorem contemnis; concede amicorum desideriis, si istorum vim non fugis. Non tanti fuerit Erasmo Lovanium, ut illius ergo sui fructu universam fraudare velit Germaniam: nimis magni constiterit unius urbis
§.21. amor, si hanc publico præferas desiderio. Memineris venenum esse clam, et sicas esse memineris, si manifesta non times. Hoc qui te amant efflagitant, quorum tandem studiis concede et te nobis in commune serva ac
§.22. optime vale. Ex Eberuburgo per amanuensem. Idib. Novembris Anno MDXX. quæ in puerum meum contulisti, in ipsum me collata arbitrare. Reddam vicem. Ipsum non remittam hinc; neque enim carere possum fido ministro.

Inscriptio: DESYDER. ERASMO ROTERODAMO,
Theologo Christianiss. amico adorabili salut.
Moguntiæ, Coloniæ aut ubi ubi est.

EILENBERGÆ. — CCI. — 15. NOV. 1520.

CCI.

[MARTINVS LVTHERVS]
PIO ET ERVDITO VIRO
D. GEORGIO SPALATINO
A SACRIS PRINCIPALIBVS SAXONICI HEROIS
SVO IN DOMINO CHARISSIMO.

IHESVS.

Salutem. Bullam quam misisti, accepi, mi Spalatine, expectamusque reditum vestrum fœlicem quotidie, cum multis novitatibus et una vetustate, quæ est aulam Carolinam nullius spei esse. Gaudeo Huttenum prodiise, atque utinam Marinum aut Aleandrum intercepisset. Excommunicatio bullatica nobis non timetur, quanquam episcopos istos duos audiamus processuros, quos rursus et ego pulchre excipiam et insignibus suis ornabo. Dux Georgius furentissimus apud se paulum coercitus esse dicitur externe. Philippus noster Melanchthon respondet, sub nomine Faventini Didymi, Thomæ Rhadino, id est Emsero personato . . . . Vale in Domino. Eilenbergæ, M.D.XX. Tertia feria post Martini.

Martinus Luther.

CCI. 1 = Lutheri Epp. (Ind. bibl. n. 57,1.) II. fol. 7. 2 = ibid. 57,4. I. p. 523. sq. n. CCLXIX. (Germanice in *Luthers Schriften v. Walch.* XXI. 721. n. 211.)

---

7 „Quæ nunc sequuntur, ab Hutteno propria manu scripta sunt". *Moser.*
10 magistro *2.* 11 Inscriptionem *omis. 2.*
17 GEORGIO SPALATINO. *1.* 20 Iesus *2.* 22 felicem *2.*

EBERNBVRGI. | CCII. | 25. NOV. 1520.

CCII.

MARTINO BVCERO VLR. HVTT. SALVT.

Quod neque adhuc scripsi ad te neque misi quicquam, in causa est §. 1.
quod non habui cui recte committerem, nam haud dum Colonia rediit
puer librarius. Arsit Coloniæ quoque Lutherus. Ergo ibit in ignem sanctaque veriloqui morietur Musa Lutheri. Sunt qui mentem adolescentis §. 2.
principis invertant suis maleficis præstigiis, quos Franciscus arbitratur non
diu valituros: nam inter Carolum et Leonem non arctam fore amicitiam
omnes arbitrantur: adversumque nihil potuit impetrare; quin etiam Francisco ipsi, qui nunc pollet apud regem, ipse rex pollicitus est non passurum se inauditum me incognita causa vel iudicari vel opprimi. Quod §. 3.
quale sit futurum videbimus. proximo conventu qui Vormatiam indicitur,
experiemur qualis quisque et quam tueatur sententiam: nam tunc emergent quos Franciscus arbitratur esse complures qui nos vincere velint, aliquos qui et ipsi parati sint pugnare. Ferdinandus dicitur Austriæ rex et §. 4.
uxorem ducet Ungaram puellam regii generis. Ipse Carolus proximo vere
revertetur in Hispanias. De Gallo et Helvetiis mirum est silentium. Ma- §. 5.
ximo cum dolore plurimorum omnis generis et ordinis hominum arserunt
Coloniæ Lutheriana, tantum sacrificulis quibusdam arrisit negotium. Audio
ita pertinaciter favere Luthero ex nobilibus quosdam, ut Franciscus existimet ad seditionem eximie periculosam processuram rem esse, si Coloniæ
adhuc fuisset Fridericlius Saxo: nam paulo ante abierat. Expectamus §. 6.
Moguntiæ quid fiat, nam et ibi tentabunt adversarii. Lutherum audivi
hodie nescio quid emisisse, quo Leonem X. excommunicet et anathema
faciat. Capnion appellavit, quem Franciscus tuebitur modis omnibus. §. 7.
Hogostratum ovantem legimus. Bulla expedit se et excrevit mihi inopinanti in longum. Si non misisti Vormatiam libros colligatos, mitte pro- §. 8.
pere. ibit ad te, quamprimum reversus fuerit, puer bibliopola, et forte
alios adferet itidem compingendos, ubi cura ut nitidiuscule adparentur.
Libros da ad Tilonium; sed utinam iam dederis, nam mitto nunc qui, si

CCII. 1 = Röhrich (Ind. bibl. n. 85.) p. 620...622. n. 11. ex archio eccl. Argentorat.

[7] Rectius quam Sickingus Lutherus in præc. epist. auguratus est. [9] impetrare]? impetrari [10] regem] Carolum V. [11] inc. c.] sine causæ cognitione, i. e. in iudicio non auditum indefensumque. [15] dicitur]? dicetur [24] emisisse] libellus 'Adversus execrabilem Antichristi bullam', ineunte Nov., Germanice Wider die Bullen des Endchrists exeunte eod. mense publicatus est. [26] Hogostr. ov.] Huius dialogi, qui Huttenicorum simillimus Burckhardo visus est, sed cuius auctor nescitur, plura eodem fere tempore publicata sunt exempla. Cf. infra ad n. CCXXII. Bulla] Leonis X. contra Lutherum, ab Hutteno adnotata. excreuit] exacuit *1*. [30] Tilonium]? Fortasse Theobaldum Fettich medicum vult, de quo in

§. 9. adsint, huc pervehendos curet. De te scripsi Capitoni, qui de suffraganeatu respondit mihi, quod non placet. Certum est venturum ad conventum potentissimum quempiam pontificis legatum; ab eo videbimus quid possit impetrari, et poterit credo quantum satis erit, ubi experieris meam operam, qualis pro te sit. Interim vale et feliciter vale. Scis unde et quis scribam. VII. Kal. Decembr.

Inscriptio: Martino Bucero, Presbytero Theologo
amico innocentissimo Sal. 25. Nov. 1520.

EBERNBVRGI. — CCIII. — 28. NOV. 1520.

CCIII.

VLRICHVS HVTTENVS MARTINO BVCERO SALVTEM.

§. 1. Monitus heri sum a quodam tui pariter ac mei studiosissimo, ut ne patiar tantam fidem habere te vigili Vormatiensi: nam esse hominem fluxa fide, neque amare, ut tu reris, nostra studia, iamque magis ac magis propter Lutherum et me irasci literis animumque habere omnibus nostri ordinis hominibus infensum. Huius rei possem signa ostendere tibi, si coram liceret; itaque vide ne tibi malum pariat bonitas tua, et si te sal-
§. 2. vum esse vis, ne committe secreta posthac illi tua. Scripsi Materno, ut libros ad te mittat, Origenem, Ambrosium, Anastasium et Cyrillum, quos ubi acceperis, eleganter cura illigandos. Reliquos libros mitte ad Tilonium per primum quemque vectorem. Cottidie expecto puerum meum,
§. 3. qui ubi venerit, mittetur isthuc aut Spiram. Lutherus arsit Moguntiæ, sed nullo, credo, suo sensu. hoc præstare possunt incendiarii isti, præterea
§. 4. nihil. De te iterum scripsi Capitoni, neque cessabo negotium tuum agere. Aleander hospitio accipitur a Vigili Wormatiæ: sic monuit Tilonius. Etiam Francisco locutus sum de te; quodsi quæ vis urgebit, scribe ad me celerrime, ut refugium prospiciamus tibi. Vale ex Eberuburgo iiij Kal. Decembr.
§. 5. Mitto aureos tibi tres, et cum haec scripsissem, venit in mentem puerum amanuensem meum mittere Vormatiam et Spiram. Tu vide ut cum meis e Vormatia ipse curet has tibi reddendas; tu interim (nam nunc fa-

---

CCIII. 1 = *Röhrich* l. c. p. 622. sq. n. III. (item ex Argentoratensis eccl. archio.)

Epp. O. V. II. 9. in carmine rithmicali Schlauraffii et in ep. Lampi dictum est; sed potius 'telonium' scripserim, ut de quodam officiali, portoriorum exactore Vormaciensi sermo sit. [3] potentiss. *1.* [8] 25. Nov. 1520. in *1.* addita sunt, quasi ab ipso Hutteno post inscr. scripta essent.

[12] vig. Vorm.] "episcopo Vorm. Reinhardo de Kiebur". *Röhrich.* [19. 24] Tilonius] cf. not. ad præced. ep.

cile potes propter regis commeatum euntibus ultro citroque vectoribus)
cures libros qui compacti sunt, ocissime Vormatiam, quos revertens ille
Spira possit, cum ista omnia inveniat, curare huc mihi, neque sit mora.
Habebas nescio quot Conquestionum Latinarum exemplaria, quæ dicebas §. 6.
nolle ad se accipere bibliopolas vestros; at nunc propter tantæ peregrini-
tatis adventum credo diligenter adcurante te magna pars divendi poterit.
reliquum quod posse distrahi desperas, cum libris Vormatiam mitte. age
autem, si non habebis vectorem statim Vormatiam euntem, Spiram vero
habebis, mittas Spiram libros ad Maternum, qui de puero meo scit ubi
sit. Sed is ultra unum diem Spiræ non morabitur: nisi igitur mox potes
mittere, potius vide ut Vormatiam transportentur, quod commodius fieret.
Oportunitatem specta in his omnibus. Mitte simul inclusum tuis literis indi- §. 7.
cem rerum nostrarum, id est quæ et quot exemplaria acceperis, ut divendi-
deris, quam commutationem feceris, quanti quemque librum emeris, ut sciam
quid tibi debeatur. Si divendidisses interim aliquid librorum, ut superes-
set pecunia, id retinebis, quod usui sit colligandis reliquis libris qui e Spira
mittentur. Vale et negotium nostrum diligenter cura. ex Eberuburgo.

Inscriptio: Martino Bucero literis instructissi-
mo amico innocenti ac bono.
28. Nov. 1520.

---

[4] Conquestionum] cf. supra n. CLXXXVIII. sqq. [20] 28. Nov. 1520. quasi inscriptionis partem adiecit *1*.

Röhrichius refert lectores ad epistolam Beati Rhenani ad Bonifacium Amerbachium Avenione tunc degentem, Basileæ postridie Trium regum [7. Ian. 1521] scriptam, in bibliotheca antistitii Basiliensis servatam, hanc:

„Aleander Moguntiæ Lutheri libellos exussit. Priori die nihil fuit actum: nam cum carnifex in suggestu stans quæsiisset, num legitime damnatus esset is cuius isti libri forent exurendi, respondit universa populi multitudo, nondum damnatum esse. Ad hanc vocem carnifex desiliit, præfatus se nihil a [? e] medio tollere nisi secundum leges riteque damnatum. Res tota versa fuit in risum et convicia, quibus sic proscissus est Aleander, ut optarit istam se provinciam nunquam suscepisse; parum abfuit quin lapidibus obrueretur; vocabant eum Iudæum, proditorem, nebulonem et quid non? Postero die cum omnia querelis impleret iniuriamque diceret Romano pontifici factam, cuius edicta contemnerentur, effecit suis minis apud cardinalem Moguntinum et canonicos, ut aliquot libelli in foro per vespillonem seu cadaverarium (nam carnifex hoc facere detrectabat) incenderentur. Editum est in illum carmen amarulentum, quod ædibus in quibus divertit, multisque locis affixum noctu ferunt".

STECKELBERG. **CCIIII.** 29. NOV. 1520.

[Frowin von Hutten an seinen Bruder Ulrich.]

Fr. lieber Herre vnd Bruder, Ewr schreiben mir gethan, hab Ich alles Inhalts vernommen vnd als Jr anzigt, das Jr mir In mejn anligender not sachen nit wist zu hilffen, ist nit gut vff mejner syten, vnd wer vil besser gewesen, man het mejns rades erstlich gefolgt, dan mir nye lieb was mich in die buntniß als Jr wist zu geben, dieweil euch aber die sach allen so wol gevil, hab ich das spil angefangen, got weiß, wj ich es ausfüre, dan ich hab mir nit gering last vff geladen, doch wer ich nit verbunden, wolt ich es mit Eren wol außfüren; aber geschecn Ding sein nit zu wenden. So weiß ich euch von meiner sach sunderlich nichs zu schreiben, dan ich selbs nit weiß wj sj sthett, bin aber willes In kurtz, So schirst es meyner gelegenheit nach statt haben wil, mich selbs bj euch zu fügen vnd die vnd andre sach halb mit euch red vnnd handlung haben vnd In mitler zeit flis haben, wj ir mir geschriben, das hab ich vch vffs kurtzt In antwort nit bergen wollen, den euch als mejn lieben bruder mit bruderlicher trew zu begegnen bin ich geflossen, vnd ist mir uwer antligendt nit lieb, damit befel ich vch got zu gesondtheit mit vil guter nacht, des glichen lorenz mejn Bruder auch. Dat. vff Donerstag nach katharinen Jm XX. Jar. Frorben von hutten.

Dem hochgelarten vnd Ernuesten Ulrich vom Hutten zu steckelberg mejn fr. lieber Bruder zu Eygner handt.

CCIIII. 'Aus dem Original im Archiv der kurfürstl. Regierung der Provinz Niederhessen zu Kassel' in: G. Landau, Die hessischen Ritterburgen und ihre Besitzer. 3r Band. Cassel 1836. 8°. S. 345. f. („Daß Ulrich auch auf seine Brüder mächtig einwirkte, „diese aber nicht seinen Muth hatten, zeigt [?] der nachstehende Brief seines Bruders „Frowin vom 29. Nov. 1520, den Ulrich zu Ebernburg erhielt, wo man ihn nach deren Eroberung fand." S. 345. cit.)

[EBERNBVRGI.] **CCV.** [EXEVNTE NOV. S. INEVNTE DEC. 1520.

VLRICHVS DE HVTTEN EQVES
GERMANIS OMNIBVS SALVTEM.

§. 1. Ecce vobis Leonis Decimi Bullam, viri Germani, qua remergentem ille veritatem Christianam remorari conatur, quam respiranti longa tandem compressione libertati nostræ, ne vires recipiat ac plane reviviscat, obiicit et opponit. Cui nos talia molienti non obsistimus, aut publico consilio, ne longius pervadat neve aliquid pro hominis irrequieti cupiditate et au-

CCV. 1...3 = Indic. bibliogr. n. XXXII. 1...3. 4 = Burckh. et 5 = Wagenseil. ibid. post n. 5. cit. 6 = Hutt. Münch. IV. p. 5. 6.

15 geflossen] ? geflißen
29 Decimi] X. *3...6.*

dacia efficiat, multo ante cavemus? Quæso vos per immortalem Christum, §. 2.
quando opportunum magis tempus fuit, quando melior occasio dedit se
aliquid Germano dignum nomine gerendi? Omnia videtis eo tendere, ut
spes sit, quanta nunquam prius, extinctum iri hanc tyrannidem, isti morbo
medicinam adfuturam. Quod audete tandem ac perficite! Non Lutherus §. 3.
agitur hoc in negotio, sed ad omnes pertinet, quicquid est; nec in unum
quempiam hic stringitur gladius, sed publice oppugnamur: nolunt recla-
mari suæ tyrannidi, suas fraudes detegi nolunt, suosque aperiri fucos, suo
furori obsisti, suæ grassaturæ impedimentum fieri. Hoc ipsum est quod §. 4.
indignantur quodque fremunt usque adeo, ut se minime decore agant ibi.
Quod manifeste videntes vos, quid tandem agetis? quod consilium inibitis?
Me quidem si audietis, Germanos esse vos memineritis. Quæ una commo-
nitio satis esse debet, ut hæc vindicetis. Ego nunc vestro et communi §. 5.
nomine periclitor, sed libenter: primum enim facti conscius mihi sum
pulcherrimi; deinde non spero iam, sed pro certo habeo etiam, omnes
vos eadem aliquando ausuros mecum. Hæc vero Bulla ut publicaretur nunc, §. 6.
author fui ob id, ut cum legeretis, facile ab una disceretis omnes. Valete.

[EBERNBVRGI.] — CCVI. — [EXEVNTE NOV. VEL INEVNTE DEC.] A. 1520.

[HVTTENVS AD P. M. LEONEM X.]

Hæc super Bulla tua habuimus, Pontifex Leo, quam præstabat Romæ §. 1.
contineri apud sanctum Petrum ut perpetuo lateret, quam tanto cum pu-
dore (si te modo pudet dedecoris) foras et in lucem emitti. Quare ne non
semper aliquid recte moneamus te, precium operæ est isti tuæ licentiæ
modum statuere et petulantes huius generis Bullas frænare, ne plus æquo
se effundant. Paulus iubet etiam a specie mali abstinere te; tanto minus §. 2.
debes apertum te offendiculum præbere populo Christiano, cui iam persua-
sum ipsi quoque est, in Germania præsertim, ex pontificalibus constitutio-
nibus, ut nunc vulgo sunt, tanto quamque deteriorem esse, quanto sit re-
centior. Noli vero commutare veritatem dei in mendacium, et humanas §. 3.
vestras constitutiones, ab avaritia et ambitione depromptas, divinis præferre
mandatis et dei verbo. Illud inprimis desiste amore lucri divinæ scripturæ §. 4.
sensum iniquis detorquere modis et ab se alienum reddere ac fascinare

CCVI. 1...6 = ut ad præced. n. CCV. adnot. est. (6) p. 45. sq.]

[1] per vos *6.* [2] tempus magis *5. 6.* [4] numquam *4.* exstinctum *4...6.*
[6] negocio *3.* quidquid *3.* [17] quum *4...6.* legeritis *5. 6.* M.D.XX. *add. 5. 6.*
[24] pretium *4...6.* [25] frenare *3....6* [26] Paullus *5.* Paul. I. ep. ad Thess. V.22.
[27] debet, *5. 6.* [31] auaricia *3.*

fidelium mentes, ne veritati obediant. Nam quid conaris tam manifestis
tuis flagitiis boni speciem inducere, cum possim, si in concertationem me
perduxeris, unum in Germania episcopum ostendere omnibus, a quo vi ac
§. 5. fraude extorsisti quater sexagies mille aureos? Est hoc tondere oves? aut
spelunca latronum facta est domus domini? Tandem cupiditatibus tuis ob-
siste, atque istam tempera rapacitatem tuam, confidens in verbis mendacii
ac dicens cottidie 'Templum domini, templum domini' et 'Pax, pax', cum
non sit pax. Nam ut hominum genus fallas, his fraudibus non potes illum
§. 6. latere cordium scrutatorem, qualis sis. Memineris vero flagelli inundantis,
ubi transibit, ne veniat super te et pseudecclesiam istam tuam totamque
§. 7. semel conculcet pessimorum Romæ hominum colluviem. Quid enim Romæ
habes præter infinitum illum musicorum tuorum et adsentatorum gregem,
nisi meros fures, meros impostores, fraudatores, prædones aut aliter malos
homines; qui quasi aucupes ponunt laqueos et pedicas ad capiendum cot-
§. 8. tidie hinc aliquid? Parcius præterea lacesse veritatis adsertores, ne malum
ultro tibi concilies! Iam hoc enim clamant cum propheta passim multi,
'Quia corruit in plateis veritas', et æquitas non potuit ingredi; et facta est
§. 9. 'veritas in oblivionem, et qui recessit a malo, prædæ patuit'. Quare meum
est consilium, ne umquam in mentem veniat tibi, ulterius persequi Luthe-
rum cum iis una quos ille commovit. plures sunt enim quam ut vel tibi
§. 10. vel ulli episcopo liceat tantum animarum, si possitis etiam, perdere. Vides
iam ante mussitatum esse passim contra te, quod tam leviter et nulla de
caussa istud tuum fulmen iaculeris. quod non consyderas, si in contem-
§. 11. ptum aliquando venerit, quantum offendiculi vulgo pariturum sit. Igitur
mansuesce et caritatis non fictæ illius, sed Christianæ et syncerae officium
fac; exhibe te formam nobis ad imitandum, ac illud cura, non ut ex-
plearis tu, sed ut nos pascamur. Quod ubi decreveris, tum scientia post-
hac pasce nos et doctrina, non bullis: iam pertæsum est harum enim.
§. 12. Indulgentias vero tuas nauseamus, ut æque nihil. Pontificiæ dotes sunt
sapientia, puritas, castitas et rerum omnium contemptus: has amplectere.
sic enim fiet, ut colat te Germania, cum amare viderit, non oppugnet,
ubi terrere persenserit. decet autem benevolentia vincere te omnes, vi
cogere neminem. Hæc libere, sed vere, ut et res sunt et tempora ferunt.
Vale, ex Germania.

DIRVMPAMVS VINCVLA EORVM
ET PROIICIAMVS
A NOBIS IVGVM IPSORVM.

[1] coneris *3.* [2] flagiciis *3.* quum *et sic infra 4...6.* [6.7] Ierem. VII. 4. VI. 14. VIII. 11. [7] quotidie *6.* [9] scruatorem *1.* flag. in.] Cf. Isai. proph. XXVIII. 15. 18. [12] greegem *1.* [14.15] quotidie *6.* [15] Partius *3.* lacesso *1.* [16] propheta] Isai. l. c. LIX. 14. 15. [18] predæ *3.* [19] umquam *4. 5.* [23] causa *3. 6.* consideras *3...6.* [25] charitatis *3.* sinceræ *3...6.* [28] pertesum *1...3.* [29] nihil *1.* [34] M.D.XX. *add. 5. 6.*

ERFVRDIA. **CCVII.** 5. DEC. 1520.

EPISTOLA
CROTI RVBIANI DOCTISSIMI AC PIENTISSIMI VIRI
AD DOCTOREM MARTINVM LVTHERVM.
SALVTEM PLVRIMAM DICIT.

Non conceditur tempus multa scribendi, neque tibi otium legendi epistolas §.1.
longas, praesertim otiosas. Satis mihi sit, familiariter salutare Martinum no-
strum, quem corruptis his temporibus Evangelistam dedit coelestis clementia,
quamquam sanctuli patres atque theologi casti ita persequuntur odio, ut exci-
dionem doctrinae dominicae volenter admitterent, modo te auferre poterint. Si §.2.
illa merces Christi militibus persolvitur in his terrenis fluctibus, merito venera-
mur sanctos ob veritatem defensam, ludibria ac verbera expertos, sectos, serra-
tos, occidione gladii mortuos. Constans fama est, quam minime terreare ty-
rannorum minis, quam sis intrepidus mortis contemptor, quam optes ultro pro
Christo subire mille pericula: animum quidem probamus, et spiritum domini
agnoscimus, sed veremur, ne ista tua sancta alacritate periculum mundo pariatur.
Non enim Martino sublato mox alius simili scripturae felicitate prodibit; festina §.3.
lente, ubi radices sanctae doctrinae iacti fuerint altius, uti nunc est secundus
successus, tum dices 'Cupio dissolvi, et esse cum Christo'. Interim dicentem te
'Si deus pro nobis, quis contra nos?' non aliter quidem audire volumus quam
quod ipse quoque de vita tua curam suscipias. Quam multi pereunt in bello §.4.
nimia animi alacritate, ubi alios servat propria custodia! sic etenim nos tuetur
divinus favor, ut sua providentia nostram curam velit excitari; alacres quidem
vult, at non improvidos, fortes non audaces: qui sui ipsius curam negligit, is
mihi deum videtur tentare. Importunus, credo, videor tibi esse monitor, verum
libenter admitto hanc culpam, in qua multos socios habeo, quoniam multum
periculi tibi instare passim existimarit ex obvia illa tui animi promptitudine,
quam multi incuriam interpretantur. Audivi ego his auribus robustum centau- §.5.
rum, Canonicus erat, publice profitentem, non difficile negotium sibi fore, modo
velit, Lutherum furari, et furatum in manus maximi pontificis tradere. Circum-
spice, Argus sis. Nescis, quam multos dites, aurum plures accipiunt, non paucis
Episcoporum Cardinaliumque cum ingentibus praemiis proposita sunt vocabula.
Turba innumerabilis est invidia exagitata. Si Colonienses mei in libris tuis Evan- §.6.
gelium Christi, immo verius Christum cum Evangelio publicis comiciis exurere
non sunt veriti, tentare quid non audebunt in perniciem tuam? exposita est
magna pecunia pro libris exustis: quid ultro? non in auctorem? in hunc locum
grave est odium coelestium syderum, quorum influxu insaniunt perpetuam insa-

---

CCVII. „Diese Epistel ist erst zu Wittemberg A. 1521 in aedibus Carlstadii heraus kommen, welchen Abdruck J. C. O. [Olearius] in Arnstadt besitzt, nebst andern raren collectaneis, so zur Hist. Croti gehören, welche aber noch nicht völlig kan zu Stande gebracht werden, weil Zeit und Verleger fehlet. Indessen aber wird solche hiemit communiciret, weil diese darin enthaltene Singularia dem curieusen Leser dienen können".

Fortgesetzte Sammlung Von Alten und Neuen Theologischen Sachen. Lpz. 8°. 1723. S. 704...709.

---

10 aufferre 18 iacti] *sic* 19 Cf. Paul. ep. ad Phil. I. 23. 20 Paul. ep. ad Rom. VIII. 31.

niam subiecti homines. Renovatur mihi memoria vetus de tragœdia reverendi
§. 7. Kapnionis, cuius annuo spacio spectator fui. Et lingua et calamus deficiet, si
velim recensere theologorum insaniam, quorum affectus inveni muliercularum
perturbationibus agitatiores. O si cum suo artificio prodirent obscuri viri, quo
pro merito suo illustrarentur denuo tenebricosi patres, qui aliter nec volunt
nec possunt illustrari quam sua luce, hoc est, quam capiunt a suo cœlo. Sed
§. 8. prodibunt spero. Non tantum peccarunt Lovanienses, quoniam quicquid illorum
insaniæ est in hoc iudicio, id a Coloniensibus ac ab Hochstrato initium cœpit:
ille non quiescet donec misera anima in perdito corpore luctabitur. Lovanien-
§. 9. sium error in multis veniam videtur habere. Colonienses de industria peccant,
quorum sceleratus dux nuper periisset gladio Hutheni non procul a Lovanio, ni
indignam sibi putasset Hochstraticam mortem generosi animi iuvenis: dimisit
trepidum sanguineque carentem. Sed minis maximis in te et Kapnionem cesset
§. 10. perturbare: sed nescit finem furor. Multas postea techuas struxit sceleratus,
quas longum foret narrare: tempus indicabit, ubi vindicta sumpta fuerit a se-
ditioso patre. Sedit mecum Vuldæ V dies, paucos post dies ubi cum Hochstrato
fuerat congressus. Vellem scires artes sanctissimorum patrum, tum in Italia,
tum in Germania, quoniam et in hanc Roma migravit: Scribere non licet: tan-
§. 11. tum est, insidiæ magnæ sunt ubique. Lusimus quædam de Brachio domini contra
Brachium seculare, quod invocant qui nil impium non invocant. Sed quo labor
qui brevis esse volui? in contrarium vitium rapior: da veniam, Martine, pontifex
sanctissime, amor in te meus fecit me loquacem, et partem temporis abstulit.
Quod volui cum doctissimo Philippo communicare, ille me provocavit valde docta
epistola ad rescribendum, quanquam tarde reddita. Nam dum me quærit una
§. 12. cum tua in Italia, post semestre spatium me invenit errantem in Germania. Fuit
enim mihi is annus inconstantissimus, tum in Italia, tum in Germania: ubi
inprimis volui quiescere, inprimis erat peregrinandum, quod his diebus accidit,
quandoquidem cum nuper essem in itinere ad Rubianos meos, substiti hic Er-
furdiæ apud veteres amicos. Biduum non abiit, ibi nil tale opinanti præfecturam
scholastici ordinis demandarunt. Recusavi, sed recusans ob ignominiam coactus
sum subire: igitur contra officium providi patris familias, propriis neglectis
aliena curo, in republica studiosorum, quam Eccius tuus conatur perturbare.
§. 13. Sed Philippum salutabis reverenter nostro nomine veniamque nobis ab illo im-
petrabis, si breviter, aut nulla scribemus. Uxorem duxit, fortunet Deus sanctis-
simam societatem, ut videat beatus pater filiorum suorum in circuitu mensæ suæ.
§. 14. Cum Mutiano iam annos aliquot contendo, contemptore coniugii et præcone vitæ
sacrificulorum, ego contra, coniugium præfero. itaque qui meum consilium se-
quuntur, uxores sibi collocant. Raptissime Erfurdiæ in pervigiliis Nicolai, M.D.XX.

---

12 cf. locum ex Hochstrato ovante paullo infra p. 441. exhibitum. 13 *malim* carentem, sed m. m., ut te 19 Lusimus quædam] cf. seq. Hutteni epistolam § 12. 28 Rubianos meos] i. e. Dornheimenses. 29.30 præfect. schol. ord.] rectoratum universitatis hodie vocant. 35 ut videat ꝛc.] Cf. Psalm. CXXVII. 3.

EX EBERNBVRGO. **CCVIII.** 9. DEC. 1520.

VERBI DIVINI PRÆCONI INVICTISSIMO
MARTINO LVTHERO
FRATRI ET AMICO DILECTISSIMO
VLRICHVS HVTTENVS SAL.

Misertus profecto fueris, si videas conflictationes hic meas; ita est §. 1.
lubrica hominum fides. Dum nova auxilia contraho, desciscunt vetera.
Multa quisque metuit, multa causatur. imprimis terret homines superstitio,
qua inditum animis est adversari Romano pontifici, etiamsi iniquissimus
et sceleratissimus si sit, facinus esse inexpiabile. Connitor tamen, neque §. 2.
unquam cedo adversis. Omnium solus constantissime nos tuetur Franciscus,
quem tamen nuper vacillare pene coegerant qui monstrosa quæpiam illi
quæ tu scripsisses, sed nunquam, arbitror, scripsisti, persuaserant. Quod
ubi comperi, statim officii arbitratus sum esse mei id conari, ne tantum
nobis præsidii occuparetur ab adversariis. Effeci hoc legendo tua, quæ
ille paucissima admodum ante vix degustaverat. Primo statim ut docilem, §. 3.
quantum mea fieri potuit facultate, reddidi, cœpit arridere illi negotium;
paulo post ut vidit quo tu ex fundamento quam molem extruxeris, 'Hæc
audet' ait 'quispiam convellere, aut si audet, poterit?' Paulatim magis ac
magis incendi animum, adeo ut iam ita deditum nobis habeam, ut nullam
sinat præterire cœnam, quin aliquid tuum aut meum audiat. Est autem §. 4.
acerrimi homo iudicii, et quo tu sine literis doctiorem videris neminem.
tum quæ facundia, ut quodque arripit efferendi et amplificandi! Meliorem
hac in re assertorem et aptiorem invenire non poteramus. Atque igitur
sunt qui invertere illum nobis conentur magna adsidue opera, sed non
pervalituros certo scio: ita perspectam habeo hominis fidem. Quinetiam §. 5.
cum ab amicis quibusdam et necessariis tentaretur paucos ante dies, ut
tanto in dubio positam causam desereret, pertinacissime restitit, causam
se minime dubiam tueri adfirmans: nam Christi esse et veritatis. præterea
reipublicæ Germanæ competere, ut nostra accipiantur monita, etiam ut de-
fensetur fides. Nolo tamen latere te, Luthere, authorem fuisse eum, quo §. 6.

CCVIII. 1 = Io. Frid. Hekelii Manipulus primus epistolarum singularium &c. Dresdæ 1698. [*alia exemplaria habent* Plaviæ Variscorum. 1695.] 8°. p. 105...109. 2 = Apographum Hekeliani exempli in MS. Guelferb. Burckh. foll. 355...358. 3 = Burckh. II. p. 127...133. 4 = Wagenseil n. LIII. p. 284...287. 5 = Hutt. Münch. III. p. 617...620.

[6] videas] fueris *4.5.* *(sine sensu).* [7] descistunt *4.* [8] caussatur *3.* Inprimis *3...5.* [10] si *omis* *3...5.* [11] umquam *3.4.* [12] pæne *3...5.* [13] numquam *3.4.* persuaserunt. *4.5.* [17] cepit *1.2.* [18] paullo *2...4.* exstruxeris *3...5.* [19] Paullatim *2...5.* [22] litteris *3.4.* [24] adsertorem *3...5.* [25] opere *1.2.* assidue *2...5.* magno opere *3...5.* [26] praevalituros *4.5.* certe *4.5.* [27] quum *ubique* *3...5.* [28] positam *omis.* *4.5.* caussam *2.3.bis.* [29] affirmans *2.4.* [31] auctorem *3.4.* autorem *5.*

ne aliquid in hunc usque diem manu fecerim, sed eo consilio, ut quanto
diutius contineam me, tanto favoris plus accedat causæ, tantoque magis
insolescant adversarii, putantes victum et mole oppressum mea. Sequutus
§. 7. sum monitorem amicum. Interim et apud Cæsarem egit causam meam,
qui illi promisit non passurum se opprimi me, neque indicta causa damna-
turum. Iam hoc agitur, ut expectemus proximo concilio quid statuatur.
existimant omnes de nobis tractatum iri magnis etiam concertationibus.
§. 8. Quod videbimus quale futurum sit. Tu te confirma et constanti animo
veritati adhære. In Cæsare tamen spei admodum est parum: habet enim
sacerdotum circa se magnos greges, atque illorum quibusdam est obnoxius
etiam; qui omnes ætate ipsius abutuntur ad consilia nunquam ipsi profu-
§. 9. tura. At Francisci opera solida est: quanquam et Cæsarem existimat ille
hoc principum conventu intellecturum tandem, quid tribuendum sit infidis
pontificibus. Et futurum nonnulli arbitrantur magnæ inter utrumque in-
fensionis hoc tempore initium, ubi suum officium Franciscus faciet. Potest
§. 10. apud Cæsarem valde multum; sed opportune aggredi parat. Quibus de
rebus satis. Mitto Bullam Decimi, a me, quantum brevissimo per Chri-
stum tempore et diebus admodum paucis fieri potuit, sugillatam aliquot
§. 11. locis. Aiunt et te scripsisse, quod non magis vidi quam alia quæ nar-
rantur circumferri. Quod miror, ad me cur non mittas statim tua, cum
§. 12. possis habere qui ad Franciscum perferant multum facile. Scribitur et
dialogus Bulla mihi, festivitate arbitror non inurbana; quem editus ut fu-
erit, accipies statim; simul seculare brachium tracto. Exclamavi et in
tuorum librorum incendium versibus Latinis et Germanicis; utrosque mitto.
item poema Germanicum, propter quod nullam satis pœnam arbitrantur
sacrifici, qua plectar; ita ferunt omnes honestatis limites egressum me:
quod Christus indicet quid reipublicæ suæ profuturum sit, qua via his
malis mederi oporteat. illi quidem diu iam damnatum pronunciaverunt,
§. 13. sed spero absolvi a deo quos ipsi damnaverint. Arserunt tua iam ter.
Quid tum? igitur a nostris partibus discedunt homines? imo verum scribo
tibi, Luthere, magis incensa multitudo est, magisque inflammata. Tantum
illis profuit unam atque alteram cartulam exustam curare. quinetiam pa-
rum abfuisse Moguntiæ ut lapidibus obrueretur Aleander, amici scribunt.
Qua de re quandam statui edere satis prolixam epistolam, in qua rem

---

[2] caussæ *3. 4. et sic ubiq. per ss* [3] Secutus *3...5.* [6] exspectemus *3...5.* [10] magnas *4. 5.* [11] numquam *3. 4.* [12] quamquam *3...5.* [16] adgredi *3...5.* [17] Cf. Ind. bibliogr. n. XXXII. [22] festinate *4. 5.*! [23] sæculare *3...5.* Tractatus de sæculari brachio nullus superest, neque alia eiusdem notitia. cf. præc. Croti epist. § 11. et p. 401. § 6. [25] poema Germ.] *Clag und Vormanung* &c. Exclamavi] Cf. Ind. bibliogr. n. XXXIII A et B. [28] pronuntiav. *3...5.* [30] Immo *3...5.* [32] chartulam *3...5.* [33] lapidib. obr. Al.] Similiter Hedio. cf. ep. d. 21. Dec. 1520. datam, p. 438. [34] quamdam *3...5.* epistolam] Non extat.

totam sum complexus, ut in illo incendio successerit eis. Tuum nomen §. 14.
apud omnes hic venerabile est. Quid agatur istic, facies operæ pretium
si copiosissime huc perscribas, et quid in quoque spei sit, quid libere
quisque audeat. Spalatino scripseram, principis animum ut exploraret, §. 15.
mihique quantum liceret, ea de re perscriberet: scire enim cupio quid
in ipso præsidii sit: non tibi enim uni hoc habere cognitum utile videtur,
sed iis etiam qui manum opponere et arma huic negotio volent. quod
insta et ipse, oro te: nescis enim quantum futurum sit in rem nostram,
si vel auxilio ipse armatis esse velit vel connivere ad pulchrum facinus,
hoc est ut nobis liceat intra suam ditionem quærere diverticula, siquando
res poscat. Ipsum hoc ubi resciero, statui aliquando invisere vos: nam §. 16.
diutius videor continere me non posse, quin ut videam te, quem sic ob
virtutem amo, advolem. Hæc celeriter: nam diligentem esse non licuit,
cum properarem. Franciscus amicissime salutat te, iubetque esse salvum
et sanum, etiam animo auctum. Et tu ex me vale, frater carissime atque
optime. Ex Ebernburgo V. Idus Decembr. Saluta Philippum, Spalatinum,
Faccluum et omnes nostros.

PSct. Quia suspicatus sum scripta mea curaturum te denuo istic edi, mitto exemplaria emendatiora, unde describantur per notarium. Rescribe ocyssime et copiose. Capnion huc veniet propediem. Ita facturum rescripsit Francisco. Prædicatores trepidant. Videbimus rei eventum.

KOBVRG. 10. DEC. 1520?

Vide infra d. 10. Decembris a. 1521.

WITTENBERGÆ. 15. DEC. 1520.

CCVIIII.

[MARTINVS LVTHERVS]
PIO ET ERVDITO VIRO
DOMINO GEORGIO SPALATINO
A SACRIS PRINCIPALIBVS
SVO IN DOMINO CHARISSIMO.

IHESVS.

Salutem. En Hutteni librum ad me per Crotum, ut vides, missum, mi Spalatine. Principi curabis suum reddi exemplar; ego meum teneo. Deus bone,

---

CCVIIII. 1 = Lutheri epp. (Ind. bibl. n. 57,1.) I. fol. 294ᵇ. 295ᵃ. 2 = ibid. 57,4. I. p. 533. n. CCLXXVI. (Germanice *in Luthers Schriften v. Walch.* XXI. 734.f. n. 218.)

[6] uni] *posui pro* iam *quod omnes habent.* utile videtur] *posui pro* videor *quod edd. habent.* [15] atque] ac *4.5.* [18] PSct.] PSa. *3...5.* [19] edi] edidi *4.5.!* [20] ocissime *5.*

[31] Iesus. *2.* [32] librum] Conquestionum procul dubio.

quis finis harum novitatum? Papatum hactenus invictum incipio talem habere qui convelli etiam possit ultra omnium spem, aut ultima dies instat. Credo ad te iam dudum pervenisse exempla literarum quæ repetiisti. . . . .
Anno M.D.XX. octava conceptionis.

Martinus Lutherus August.

[MOGVNTIÆ.] **CCX.** 21. DEC. 1520.

CASPAR HEDIO
VLDRICO ZVINGLIO
AMICO INTEGERRIMO S. D.

Nactus sum concionaturam Moguntinam, ut vocant; successi Capitoni; placet conditio, quæ honestissima est; evangelium audiunt avidissime . . . . Lutherum hic combussimus ex decreto pontificis, sed ridicule, et sunt qui deierant non fuisse Lutherum, sed Silvium Aeneam; quidam Eccium aut Silvestrum fuisse asseverant. Quicunque fuerit, facta est hæc contumelia Martino. Parum abfuisset quin Aleander fuisset iniectus merdæ. Decretum fuit in consilio principum, ut Martinus veniret Wormaciam, redditurus rationem scriptorum. Dii boni, quam obstant legati Romani! nolunt ut audiatur homo hæreticus; minantur multa, sed frustra, ut opinor, conabuntur. Audiemus brevi, quo res vergat . . . . 1520. Thomæ apostoli.

Caspar Hedio tuus.

CCX. Zuinglii Opp. (Ind. bibl. n. 81.) p. 157. n. 51.

HAGANOIÆ. **CCXI.** 25. DEC. 1520.

DOCTISSIMO ET ELOQVENTISSIMO
VLRICHO AB HVTTEN
EQVITI GERMANO
PETRVS FRANCISCI POETA S. D.

§. 1. *Novarum rerum autumnus advenit, Huttene eloquentissime: feliciter nobis proveniunt impostores. Nuper paucis assibus quinque vidimus venum-*

CCXI. 1 = Defensio Christiano|rum | de Cruce. id est, | Luthérano|rum. | *Cum pia admonitione F. Thomæ Murnar, lutheromastigis, | ordinis Minorum, quo sibi temperet à conuicijs & stultis | impugnationibus Martini Lutheri. | Matthæi Gnidij Augusteñ. | ✦ | Epistolæ item aliquot. | Ad eruditos Germaniæ. | Ad Martinum Lutherum. | Ad strēnuissimum Germ. Vlrichum Hutteñ. | Ad populum Germaniæ.* | Sequitur bibliopolæ signum eiusmodi:



4°. s. l. et a. Epistola legitur fol. C iij. Bis eadem transcripta extat in MS. Burckh. Guelferb. fol. 4...6. et impressa 2 = Burckhard. III. p. 301...303.

*dari apud urbem Lytheranorum: ex quibus tres licitatus est Simon amicus
noster, patricius Augustensis; cæteri a foro subducti. Alter Hieronymus* §. 2.
erat Aleander, Iudæus baptizatus, metallisque deputatus est. Murnaro §. 3.
*cucullione quum non egeret admodum Simon, mihi tribus obolis vendidit,
quem tibi nunc mitto, et si cupis, etiam dono. Idoneus mihi videtur, e quo
optimum possis depingere quadruplatorem scripturus quippiam in Curtisanos.
subinde si quid acturus es in Cordigeros discalceatos, nemo tibi hos prodet
facilius, quibuscum certat odio plus quam Vatiniano; alioqui eiusdem hæreseos,
nisi quod mollioribus induitur vivitque licentius, interdiu monachus
vagus, noctu Milesius strenuissimus. Et ut propius hunc tibi acupingam,* §. 4.
*is est qui in Lutherum volumina edidit hactenus, qui omnes in se commovit
eruditos, omnibus bellum indixit, paratus etiam in hanc horam subvertere
universam rem literariam. Quid igitur tibi mitterem gratius quam talem
impostorem, talem ac tantum hostem? Facito illi ut lubet, abutere pro lixa,* §. 5.
*pro stercorario. unum oro, tam vilem ne existimes sycophantam esse,
quin hunc non posteris reserves spectandum: nihil enim eum in hæc mala
perduxit, quam nominis immortalitas, quam ut adsequeretur, ei se dedit
periculo. Eram hunc dedolaturus velut Eccium illum, ni mihi non fuisset* §. 6.
otium: tibi id muneris delegabo, tuus est. Vale, ex Haganoia. viij. Calend. Ianuar. Anno M. D. XX.

CCXII. EXEVNTE A. 1520.

[E DIALOGO HOCHSTRATO OVANTE.]

. . . . HOCHSTRATVS. *Verum ex tanto hoste præsidia nobis sunt. nam [Eccius] instructus plurimis literis pontificum ad synagogas uni-*

CCXII. 1 = HOCHSTRA|TVS OVANS. DIALOGVS | FESTIVISSIMVS. | INTERLOCVTORES. | Hochſtratus, qui & Eroſtratus dicitur. | Frater Lupoldus, huic in itinere comes. | Eduardus Lens, ex homine commutatus | nuper in canem. | Lege, & cum ouantibus lætaberis. | (*16* folia *4*⁰. *s. l. et a. Post dialogum leguntur 27 disticha, quibus inscriptum est* IN LEONEM X. SI | MONIS SVCCES|SOREM MO|MVS. | *et in uersa ultimi folii, cuius recta pagina vacua est, dodecastichon inscriptum* INTERLOCVTORES AD | LECTOREM |). *Minus mendosum est hoc exemplum quam*

2 = HOCHSTRA|TVS *etc. ut 1. nisi quod typorum formæ differunt et* Canem. (*non* canem.) *habet.* (*14* folia in *4*⁰. *s. l. et a.*) *Carmina exempli 1. et ipsius dialogi quasi epilogus qui in 1. sequitur verba* ‘I præ, ſequar’. *non leguntur, sed hæc epiſtola:*

NOVARVM RERVM STVDIOSIS, | Velamus Alanus S. D.

Noua quæ nunc ſunt, ut omniū intereſt ea maxime nota eſſe, lubēs | expo-

---

[2] ceteri *2.* [3] baptiçatus *1.* [6] quidpiam *2.* [10] Milesius] i. e. luxuriosus, dissolutis moribus. [13] litterariam *2.* [18] Pirckheimeri libellum Eccii dedolati indicat.

versitatum, ad regem, ad principes Germaniæ, his diebus advenit, haud dubium, ut est impotentis iræ, Luthero per Bullam et excommunicationem conculcata insultabit contumeliose, veteris illius opinionis reliquias profligabit, omnia librorum Lutherianorum exemplaria igne abolebit. LVPOLDVS. *Io, erit in rem impressorum, nova iterum excudent, quibus hinc promptiores invenient emptores, cum ferme cupiamus quæ vetita sunt pernoscere.* LEVS. *Claudendæ igitur videntur officinæ excusoriæ, ne in nostram perniciem codices pleni iudicio multiplicentur, quibus debemus renatam eruditionem, a qua nobis tanta incommoda.* HOCHSTR. *Non omnino claudendæ, nam Dormisecuræ, Mammotrecti, Capredi et huius generis Christiani autores parum multi sunt, numerum indies augendum curabimus. Quamobrem nunc operam dant Rhomanenses, ut nos autoritate etiam Cæsarea præficiant iudices libris ubique excudendis, ita ut sine nostro suffragio nihil prælis admittatur. hoc ingenio forte supprimemus, immo extinguemus literas et posteritatem similem nobis reddemus, siquidem ad autorum naturam lectores propemodum demutantur.* LEVS. *Vereor ne equites Germani in suis arcibus, quas habent munitissimas, faciant excudi tum bonas literas, tum nostræ tyrannidis criminationes: emptorem, si id fieret, saltem occultum nihil desiderabunt, et maiori tum odio gravabimur, qui sic videmur nostra vitia magis ut latrant quam ut corrigantur laborasse.* HOCHSTR. *Idem ego formido, nihilo tamen secius pertentandum est, quoniam huius consilii si non autor, certe dux erit nobiscum Hieronymus ille Aleander, qui multis, ut scis, videtur in utraque lingua non omnino pessime doctus, sibi autem uni longe omnium doctissimus, adeo ut inter academicos Romæ quoties indulgetur genio, toties*

---

nam. Venit his diebus Hieronymus Aleāder, uir ſua opinione | longe maximus, non ſolum propter linguas, quas eximie callet. Si | quidem hebræa illi uernacula eſt, græca a puero illi coaluit, latine | antē didicit, diutina profeſſione, ſed etiā admirabilis ſibi uidetur ob | antiquitatē generis. Nam Iudæus natus eſt, quæ gens immodice glo|riatur de Abraham, uetuſtiſſimo ſe originem ducere. An autē bapti|ſatus ſit, neſcitur. Certū eſt eum non eſſe phariſeū, quia nō credit re|ſurrectionē mortuorum, quoniā uiuit perinde atq; cum corpore ſit | totus ſemel periturus, adeo nullum a ſe prauum affectum abſtinet, | uſq; ad inſaniam iracundus eſt, quauis occaſione furens, impoten-|tis arrogantiæ, auaritiæ inexplebilis, nephandæ libidinis & immo-|dicæ ſummū gloriæ mancipiū, quanquā mollior eſt quā qui poſſit | elaborato ſtylo parare gloriam, & peior, quā qui uel conetur in ar-|gumento honeſto. At illi, ne neſcias, ceſſit fœliciſſime ſimulata de-|fectio, ad Chriſtianos. Nactus enī hic eſt anſam adaptatam illuſtrā|di Moſi ſui & obſcurandi Chriſti gloriam, quæ hoc ſeculo cepit re-|floreſcere, flacceſcente ſuperſtitiōe & peſtiferis hominū traditiuncu|lis. Itaq; inſtructus literis pontificiis nuper uenit perditurus, quantū | poteſt, optima quæq;. Id uos candidi lectores ſcire uolui. Valete.|

Hæc affixa fuerunt Coloniæ, Dominica poſt
omnium ſanctorum, M. D. XX.

Hoc exemplum secutus est

3 = Münchius Epp. obsc. viror. Lips. 1827. 8°. p. 325...350. *qui, ut solitus fuit, ex aliis neglegenter transcribendo vel de ipsius libelli editione falsa protulit.*

Huttenum huius dialogi non auctorem esse sed adiuvisse scriptorem idem ille Spongiæ Erasmicæ locus probat quem Münchius, ut Huttenicum faceret dialogum, protulit: „Hæc ... sibi conscius est qui scripsit dialogum *[Hermannus Buschius?]* et qui illi fuit in consilio *[i. e. Huttenus]*."

solus per integra sæpenumero convivia loquatur, non solum Latine, sed, quod paucorum est, multa Homerica subinde modulatur voce sonora, gesticulanti vultu sibique impotenter blandienti, quamquam ad propositum argumentum raro quæ profert quadrent. huic est ab omnibus consentiendum, huic ego quoque lampada trado, non tamen a curriculo nisi mortuus discessurus, hunc orabo, post me in arenam ingressus mea gesta confirmet. Subsidio mittam proximis diebus Ortuinum Graculum, præconem theologorum, theologum ipsum, cui nunc tantum otii non est ut adsit, nam ei accumbendum sine intervallo teneræ uxorculæ, ferenti denuo uterum mox parturitioni maturum. Adhærebit individuus sodalis Eccius noster, quem quidam Lipsiensis sophista nominavit ob animi robur Keccium, qui ab urbe reversus modo in Misnia suos triumphos ebuccinat, cuius modestia, fortissime Lee, quantum momenti attulerit ad prohibendam veritatem nemo nescit. Quid vultum ducis? LEVS. *Quod modestiam Eccii toties crepas, qui confidentia, audacia, temeritate Leum et Erostratum si non superat, certe fæliciter æquat; impudentiam Eccii dicendum puto.* HOCHSTR. *Non repugno, sed eadem est modestia, siquidem in scholis est summa modestia nullum tenere modum, qua dote abundet Eccius secundum Erostratum, idque beneficio deæ Pervicaciæ, quæ relicto fratre suo Marte nostro se agmini commiscuit, præcipue mihi et pugnacissimo Eccio, cuius beneficio ille evasit disputatione Pannonica, Italica et Saxonica superior.* LVPOLD. *Superior, ais, qui fuit Italiæ ludibrio, Pannonibus fastiditus, e gradu depulsus Saxonibus?* HOCHSTR. *Hebetes habes aures, qui me nihildum intelligis. etenim revera superior fuit Eccius contentione, clamore, impudentia: adeo illi atque mihi vincendi spem exacuit Pervicacia nostra, qua fervidus aliud atque aliud certamen continuo deposcit. Et quamvis mea gloria victo Capnione satis floreat, tamen cum me postea in expugnando Hutteno profiteor, ut non ita mihi multum sit ex huius victoriæ laude repetendum.* LVPOLD. *Quid, obsecro, commeruit?* HOCHSTR. *Ut in eum pessima exempla edantur.* LVPOLD. *Quam ob rem?* HOCHSTR. *Quæris? In pontificem et, quod magis doleo, in me scripsit odiosissime, nihil veritus utriusque maiestatem multis ambos criminibus palam orbi reos agit; defendit ab Hermanno comite Nuenario Erostratum iamiam imminentem. Et pridem egresso Lovanium factus obviam, equo insidens, comitatus duobus ministris sic me terruit, ut parum abesset quin conciderem metu. 'Erostrate' inquit ore et vultu truci et voce aspera 'nunc poenam lues, nunc periisti, flagitium!' admota interim manu gladio quo accinctus erat, ceu iamiam percussurus: me vero exanimato et nescio quid parante deprecari et forte fugam meditante, neque enim spem vidi salutis, subdit iterum 'Persiste, furcifer, non reddam ego quod commeritus es: meus enim ensis non debet imbui tam vili sanguine; sed scias multorum gladios iamiam intentos in iugulum tuum. periisti, certum est.' et his dictis discessit, me multa excusante et orante. Impune factum esse tantum facinus feram? Nequaquam. malo vita carere quam vivere inultus. quin ei mox dicam scribam collectis centum articulis ex illius dialogis, et recusantem se ad diem sistere diris devorebo autoritate Christi, et confodiam telo excommunicationis.* LVPOLD. *Profecto, ut nunc sunt mores, istis telis*

---

9 uxorc.] Pfefferkorniæ. 13 momenti] monumēti *2.* 21 Pann. It. Sax.] Vindobonensi, Bononiensi, Lipsiensi. 32 Hermano *1.* 36 aspersa *2.* 41 peristi *2.*

non vulnerantur, sed irritantur et vires triplices recipiunt adversarii illis ipsis petiti . . . .

CCXIII.

[A. 1520?]

ORATIO
AD CAROLVM MAXIMVM AVGVSTVM
ET GERMANIÆ PRINCIPES
PRO
VLRICHO HVTTENO EQVITE GERMANO
ET MARTINO LVTHERO
PATRIÆ ET CHRISTIANÆ LIBERTATIS ADSERTORIBVS
AVTHORE
S. ABYDENO, CORALLO, GERM.

Scitis ac item experti estis, principes invictissimi, quam vilissimam ac longe miserrimam servitutem perpessi simus, annis iam multis, sub tyrannis quibusdam, eo crudelioribus, quod sub pietatis prætextu et Christi caduceo, quem præferebant, meros Busirides referrent et lupos rapacissimos, Romanensibus inquam, quos hodie vocant, qui libertatem nostram, quam ille nobis donavit summus ac piissimus legisdator noster Christus, menduciis et imposturis quibusdam conati sunt subvertere . . . . . . Quum itaque eo prolaberentur res nostræ, ut neque spes esset ultra potiundæ libertatis, et rapiendi neque modus esset neque finis, providentia quadam et dei opt. max. dispensatione hæc ætas duos prudentissimos et eloquentissimos viros nobis produxit, Martinum Luther, præter insignem eruditionem miræ pietatis, et alterum Vlrichum ab Hutten, equitem Germanum, militarem hominem, sed qui inter militandum etiam optimas literas non neglexerit, ut nescias cui strenuuius militaverit, Bellonæ an literis. His indignum simulque intolerabile visum est, qui diutius serviamus, et iugum illud Pharaonicum nisi sunt abrumpere. Primum quidem scriptis minoribus clementiuscule, alter propositionibus, alter lepidissimis dialogis lusit. in iis multa copiose et erudite ex scripturis divinis disseruerunt de pietate Christiana, de modestia, de synceritate, de frugalitate, veritate, iusticia, fide, scientia, castitate, et non paucos in suam traxerunt sententiam, donec iam omnes resipuerint; nemo-

---

CCXIII. Oratio | ad Carolum maximum, Auguftum, | & Germanię Principes, pro Vl-|richo Hutteno, equite Ger|mano, & Martino | Luthero, | Patriæ, & Chriftianę libertatis | adfertoribus | • | Authore S. Abydeno, | Corallo, | Germ. | ⁂ | (10 *foll. in 4°. s. l. et a.*)

---

[12] De hoc *ψευδωνύμῳ* Abydeno, Corallo, cuius etiam in Hutteni laudem compositi 'Dialogi | feptem, feftiue candidi. | Momus. | Carolus. |' *etc. in 8°. s. l. et a.* in ipsa eorum inscriptione esse feruntur, quorum eundem Huttenum auctorem fuisse multi temere suspicati sunt, nondum constat. Iure consultum, non theologum neque artistam eum, sed certe Huttenum non fuisse mihi videre videor. Abydenorum sycophantia ex veterum proverbiis, pellitorumque Corallorum, Mysiæ inferioris populi, inpolita asperitas vel ex Ovidio nota sunt. [26] bellone *ed.*

que est qui non vel Lutheri sit vel Hutteni, id est qui non in illis Christi spiritum Christique doctrinam agnoverit . . . . Sed quum non possent perferre homines delicatissimi, tum maximus pontifex Romanus ille ausus est nonnihil temere agere in optimos viros, consiliumque iniit, ut occideret, ratus, ut si semel tollantur illi, statim universum extinctum sit incendium. Pro se tamen nihil egit, quod notiora sint illius facinora, quam ut defendi possint vel testibus ὑποτυπώσεως egeant . . . . Tota lis est de vindiciis secundum libertatem et quod illos liberius monuerint. nec negare possunt se reos esse ii qui nobis in hoc negocio obsistunt. Quod cum ita sit, quid monere non debuerunt Martinum et Huttenum, quod illos non puduit facere? . . . . Videte igitur, invictissimi principes, quam indignum sit male mereri de bene meritis, qui ne nos periremus, sponte se dederunt discrimini, et anathema optarunt esse pro fratribus qui sunt in Christo: magis vero honorandi sunt, non quod hæc velint ipsi, sed quia dignum est pro pietate, pro patria, pro vobis principibus pugnantibus vicem reddere magnificentiæ, quo ad illorum virtutes egregias posthac ceteri quoque audeant et maiora conentur adgredi . . . . Hactenus rationem reddidi, quamobrem se opposuerint Romano pontifici Huttenus et Martinus, necdum dixi quod institueram, et quod res ipsa efflagitat, videlicet quam iniuste conetur perdere innocentes. Idem ille toties repetitus Christianorum Epicurus, præposterus Cato, ambos venatus est ad mortem, nec rationem habet homo pertinacissimus, quam male mereatur de optimis viris. Esto illi hulcus tetigerit Huttenus, quis autem non aliquando impegit in verbo? Si prorsus scelus est corrigere prælatos, ille neque præmonitus est, nec coram testibus correptus. Quo igitur iure ita impræmeditate trahendus in mortem? Si fur, si homicida, si veneficus esset, utique nihil fuisset temere agendum: subinde tempus dandum esset, quo purgaret sese: quanto magis nihil agendum frivole in eum qui tot habeat testes innocentiæ, qui a tam multis semper probatus extitit, a tot doctis, tot nobilibus, tot principibus, tam longo tempore et ex tam claro stemmate cognatus. Quis quæso libere posthac prædicabit evangelium, si tam grave erit audire verum? . . . . Fuisset primo monendus; deinde si pertinacior (qualem tamen ille se negat extitisse), palam in ius vocandus; postremo apud suum iudicem. Iam neque in palam conventus est, neque apud iudices delegatos, vos inquam duces Christianissimos: sed idem actor et iudex, calumniator et lictor: immo summus ac maximus ecclesiæ pastor (ut ipse inquit) propriam ovem crudelissime expetivit in necem, quam utique, si non mercenarius esset, servare debuerat, non perdere, et linum fumigare non extinguere, sed reaccendere. quasi vobis enses non sint, si supplicio dignus sit, nisi ille sacerdotio iungeret etiam latrocinium. Vestra hæc iniuria est, quos tales existimat qui æquum nesciatis proferre iudicium. Veneno impetiit hominem clam suffecto monacho eius factionis qui a pecuniarum contactu temperant quidem, verum a spurcitia et mulieribus non temperant. Quis unquam hoc quæso audivit a pontifice? si tam grave crimen est veneficium, neque dissimulatur in homine privato, quanto magis in episcopo non est connivendum? Si nebulo, si sycophanta hoc egisset, trucidaretur: quo-

---

[7] ὑποτ.] informationis. *ὑποτυπώσιος est in ed. 1.* [21] Chr. Epic.] *In marg.:* Epitheton Pontificis. [24] Si prorsus &c.] et [39] quasi] Similia ipse Huttenus Carolo imp. et Germanis in conquestionibus scripserat. Similiter in sequentibus.

modo ergo non mille mortibus venit obnoxius qui cum in exemplum positus sit probitatis, præter rapinam, crimen per se turpissimum, admittit etiam veneficium, et quod gravius est, incaute et inauspicato? Quid igitur aliud fecit quam occidit? cum in iis non tam voluntas spectatur quam factum. O religionem, o sæculum, o Pontificem! Qui tot perdidicit grammaticos, tot rhetores, tot etiam theologorum abdita penetravit, qui nihil non est rimatus in scripturis, in optimis authoribus, in historiis, qui tam longe lateque peragravit studiorum academias, agite quæso, o serenissimi principes, fasne est illum tam misere interire? hæc merces erit tot actorum laborum? hunc vinctum tradetis Sibaritis eviratissimis? hoc præmium erit militis Herculani, tam vobis officiosi, tam emeriti de patria, de omnibus hominibus? Si talia decernetis præmia patriæ libertatis vindicibus, quid cum furibus agetis et sicariis? Si hoc permittitis, iam quoque et vobis imminebunt mala similia, siquidem timendum erit, ne si semel obtinuerint (ut contigit ferme) magis nos serviles faciant quam olim Cares vel Messenios. Decernunt hoc leges ipsæ, ut in malis caussis propensiores sint iudices ad absolvendum quam ad damnandum . . . . De veritate hic in iudicium vocatur, quam ut defendatis, vobis ab Altissimo data est potestas . . . . . Venio ad Martinum, de quo nihil nunc habent aliud, quam quod toties Romam accersitus contempserit venire . . . . Ignoratis quid doctissimo et eidem probissimo viro Ioanni Reuchlin nuperrime fecerit? Hunc cum absolutum, liberum, victorem, triumphatorem decrevisset adversus publicum hoc orbis malum, Hochstratum, nuper tamen modica demultus pecuniola rursum velut reum condemnavit et litem semel extinctam refricavit. et certe nulla erat caussa Capnionis, neque acerbe quicquam egit in pontificem. Quid si illum haberet qui demetuit sibi messem indulgentiarum, extirpavit nundinas sacerdotiorum? . . . . Nunc, ut aliquando dicendi finem faciam, nihil aliud oro, o principes, quam ut utriusque partis caussam attentius consyderetis: si persuadere vobis possunt Romanistæ et Curtisani aliqua lege scripturarum approbari rapinas, fraudes, versutias, calliditates, circumventiones, pompam, luxum, tyrannidem et siqua sunt huiusmodi, quibus iamdudum accusati sunt, nihil moramur quin illi vicerint: sin autem hoc non poterint, nos utique vicimus. neque aliam vindictam aptamus, quam ut de cætero omnes Curtisani, mendacia indulgentiarum deleantur de Germania. Sic tandem fiet, ut neque armis, neque ferro sit opus illos extinguere, sed ita abacti citius fame atque inedia disperibunt de terra. Hoc si feceritis, rem deo optimo maximo facietis gratissimam, et nos a tam durissimo iugo liberos reddetis, quo liberius serviamus Christo, cui honor, virtus et gloria in sæcula æterna. DIXI.

CCXIIII.

[1520.?]

PIIS CHRISTIANIS.

Convenit nunc, Lector candide, quo iis obviam eamus, qui nituntur opprimere Evangelicam veritatem, ut Antichristis, nihil interim probantes ex

---

CCXIIII. ORATIO CON|STANTII EVBVLI MO-|uentini, de uirtute Clauiũ, & Bulla condemna|tionis Leonis Decimi, Contra Martinum | Lutherum, Ad inuictifs. &

solida syncœraque scriptura, omnia vi, ac sine ulla autoritate tam stolide, ut nihil stultius, tam inconsiderate ut nil imprudentius, tam crasse ut nihil incultius, asserentes, ac affirmantes. His igitur inquam occurrendum est Antilutheranis, quo tandem oppressi sileunt ac magis muti quam pisces delitescant. nam nihil aliud ab his quam mera convitia, dicta improba, facta stulta, audimus. Ex quibus præcipuus omnium est Leo ille rugiens, qui minis, fulmineque suo nos deterrere vult, posteaquam ne μὺ quidem potest Evangelica ac simplici scriptura afferre. In hunc igitur Lenonem, seu Leonem, spicula acuite vestra, omnes docti, ac sanæ mentis viri, quo victo ac prostrato, eo facilius furiosum hunc et insanum Theologistam Murnar (qui aptior est puellulis colludere, quam scriptura sacra quicquam approbare) queamus prosternere, ac sedare cum suis sequacibus. Clamant itaque ac scribunt, prædicant docti fere omnes, hortantur nos, ut tandem consulamus nobisipsis viri Germani, nimirum hoc ipsorum erat, ad vos spectat, ut periculum faciatis aliquando in his Murnaris, Ecciis, Hochstratis, et aliis his monstris similibus, qui inter nos hic habitant, sic tandem respondebunt facta vestra eorum verbis aut scriptis, ne frustra videatur tandiu rogitasse, invocasse, desiderasse, Germanos, Huttenus nobilissimus ac consummatissimus Theologus Martinus Lutherus, Pro quo Luthero nobis cœlitus misso, gratiam habeamus Servatori nostro Iesu Christo. Omnes in Christo cum Luthero. FINIS.

CCXV.

Io. Frid. Christius de morib. scriptis et imaginib. Ulrici Hutteni. Hal. 1727. 4°. p. 11. sq. §§ XI. XII. hæc duo epigrammata, ipsius Hutteni ac Martini Lutheri imaginibus adscripta, quorum prius etiam in MS. Burckhard. Guelferb. p. 66. transcriptum est, Hutteno adiudicari voluit, „quia sine dubio stilum atque acrimoniam Hutteni" sapiunt. Quod mihi aliter videtur.

Vlrich von Hutten ꝛc.

Mich nennt den Hutten yedermann.
    Zů schimpff, zů ernst ich fechten kan,
Schwert, feder halt in gleicher macht,
    Mein gműt gots huld halt hoher acht.
On einig ansehn schreib ich frey
    Der Churtisanen bůberey,
Wie sye Teutsch landt berauben gantz,
    Durch jr pfrűnd tuschen vnd finantz.
Des mich verfolgt der Bapst on recht,
    Vnd thut gewalt mir edelknecht.
Das klag ich gott, vnd Carle glich.
    Ich habs gewogt, Rom sich fűr dich.

ſereniſſi-|mum Romanorum Imperato|rem, & Hiſpaniarū Re|gem Carolum, ac | Principes Ger|maniæ. | Cognoſce domine uiam inſtorum, & | impiorum uiam deſtrue. | (12 *foll. in* 4°. *s. l. et a.*)

Doctor Martinus Luther
Augustiner zu Wittenbergk.
1520.

Der Luther heyß ich, das ist wor.
Dann mein leer lauter ist vnd klor,
Fleußt auß den worten Christi schlecht,
Sant Pauls, vnd ander gottes knecht.
Kain mensch mich mag verdammen nicht,
Er fahr dann an mir als ein wicht.
Die Kirch ich pflantz auf jren zweig,
Jn kainem weg die worhait schweig,
Treff Babst, Bischöff, Prälaten an,
So bleibt doch Gots wort ewig ston.
Zů gut der gmeinen Christenhait,
Das red ich bey meiner seligkait.

Pari iure alia multa atque hæc etiam imaginum epigrammata (quæ sæpius, e. gr. in annalibus 'Fortgesetzte Sammlung von Alten und Neuen Theol. Sachen. Leipz. 1733. 8º.' p. 355. repetita leguntur) Hutteno adscriberes:

CHRISTIANÆ LIBERTÀTIS PROPVGNATORIBVS
M. LVTHERO.

Numina cœlestem nobis peperere Lutherum,
Nostra diu maius sæcla videre nihil.
Quem si Pontificum crudelis deprimit error,
Non feret iratos impia terra Deos.

VLR. AB HVTTEN.

Si quæ fides Superis, potitur si limine Divum
Iuppiter: aut spes est si qua relicta piis,
Hac dextra oppressis reparabitur aurea quondam
Libertas. Nescis? Alea iacta diu est!

CCXVI.

CONSILIVM INIQVORVM.

Wollt vnns der Keyser seyn gunst geben.
Zu dispntieren vmb das leben.
Mit dem Luter dem ketzer groß.
Wolten wir jm baldt gen ein stoß.
Das wir in gein Rom wolten bringen.
Das er dem Bapst zu disch müst singen.

CCXVI. Ein sprichwort. | Was ein Münch gedenckt | Das darff er thun. | Darüber steht Spriritus quidem promptus | Caro autem infirma | *s. l. et a.* 4º. *(38 foll. quorum postremum vacuum est.)*

Der hutte wer auch dahin gerecht.
8 So würden all ding wider ſchlecht.

. . . .

. . . .

54 Der Bapſt vnnd Keyſer ſtand vns bey.
Geyſtlich vnnd weltlich furſten frey.
Wie wol nit all, dochs meherer teyl.
Fürent wir all am narren ſeyl.
58 Die Cortiſanen all zu moll.
Wöllent dem Luther auch nit woll.
Dar zu ſophiſten auch juriſten.
Vnnd all ander mager Chriſten.
62 Den Luters ſach nit gantz gefelt.
Die werdent vns all zugeſelt.
Drumb ob ſchon karſthans mit der haw.
Wurdt ſchreien kutz katz, fluch murmaw.
66 Der Luter kompt oder des gleychen.
So ſolt doch keinr vom andern weichen.
Biß wir die bücher alle ſant.
Mit ſampt dem Luter hant verbrant.
70 Dar zu den Hutten ſeinen gſellen.
Sprecht Amen, all die ſollichs wellen.

EBERNBVRG. | CCXVII. | 31. DEC. 1520.

CCXVII.

1.

Vorred Vlrichs von Hutten [zu dem Geſpräch büchlin.]

Dem edlen, hochberümpten, ſtarckmütigen, vñ erneuſten Frantzen von Sickingen, Key. ma. rat, thiener vñ haubtman, meinem beſondern vertrawten vñ treſtlichen güten freünd, entbeüt ich Vlrich von Hutten meinen freüntlichen grüß vnd willigen dienſt. §. 1.

Ein freünd in nöten. On vrſach iſt das ſprichwort (In nöten erkennt man den freünd) nit in gebrauch kommen. Dann worlich darff nyemant ſagen, dz er mit einem freünd verwaret ſey, er hab dann den in ſeinen nottürfftigen anligenden ſachen, der maſſen, das er jn iñwendig vnd außwendig kenne, verſücht vnd geprüft. Wie wol nun der glückſelig zü- §. 2.
achten, dem nye von nöten ward, einen freünd diſer geſtalt zü probieren, mögen doch

---

CCXVII. 1 = Indic. bibliogr. n. XXVII. 1. 2 = Burckhard. II. p. 150...158. qui non exacte scripturam primi exempli sequitur, ut nec 3 = Wagenseil. (Ind. bibl. n. 71.) p. 295...298. et in libro *U. v. Hutten* nach seinem Leben *etc.* p. 284...288. 4 = Hutt. Münch. V. p. 157...160., ubi pro more suo editor tum formas tum sensum verborum corrupit.

---

25 eruneſten *1.* 29 rat *omis. 4.*

auch ſich die der gnaden gots berůmen, ſo in iren noͤten beſtendige vnnd harthaltende freünd
erfunden haben. Vnder welchen ich mich dann nit wenig, gott vñ dem glück zů bedancken
§. 3. hab. Dann als ich vff dz auſſerlichſt an leib, eeren vñ gůt, von meinen feyhenden genoͤ-
tiget, ſo vngeſtůmigklich, dz ich kaum freünd an zůrůffen zeyt gehabt, biſt du mir, nit
(als offt geſchicht) mit troͤſtlichen woꝛten, ſonder hilfftragender that begegnet. Ja mag
ich (als das ſpꝛichwort iſt) ſagen, von himel herab zůgefallen. Hyerumb iſt wol die freünt-
Fründ zu guten zeiten. | ſchafft, deren die ſich zu gůten vnd glückhafftigen zeyten beweiſen (wiewol die
mer ein luſtige geſelſchafft, dann woꝛe freüntſchafft genennt werden mag) dannocht nitt zů
§. 4. Vergleychnusz. | verwerfen. Aber ich hab vnder den zweyen eben den vnderſcheydt, den die ärtzt
vnder den ſpeiſzen, deren etzliche allein ſüß vnd ſchmackhafftig, etzliche auch darzů geſundt
vnd heylſam ſeint. So iſt es mir darzů kommen, dz ich nit luſtigs geſchmacks, ſonder
Frantz Hutten beystendig. | heylſamer artzney, nit froͤlichs beywefens, ſonder gewärtiger hilff bedoͤꝛfft,
hab alsdann dich (ich achte auß goͤttlichem zůſchicken vñ verſehung) funden, der nit geach-
tet, was ein yeder von meiner ſachen rede, ſonder wie die an ir ſelbs geſtalt, behertziget.
§. 5. Haſt dich nit durch ſchꝛecken meiner widerwertigen von voꝛſächtung der vnſchuldt abzyehen
Was Frantzen bewegt. | laſſen, ſonder auß liebe der warheit vnd erbarmnuß meiner vergewaltigung
für vnd für über mir gehalten. Vñ do mir auß groͤße der far die ſtätt verſchloſſen ge-
Frantzen heuser herbergen der gerechtigkeit. | weſt, als bald deine häußer (die ich auß der vnd anderen vꝛſachen
willen, Herbergen der gerechtigkeit nennen mag) auffgethan, vnd alſo die angefochten vnd
veriagte warheit, in die ſchoß deiner hilff entpfangen, vñ in den armen deiner beſchirmung
§. 6. gantz kecklich gehalten. Darauß dann geuolgt, dz ich in meinem fürſatz, den auch du
Alle gelerten teutschen. | erber vnd redlich nenneſt, nit wenig geſterckt, alle gelerten vnd kunſtlieben-
den Teütſcher nation (den dann auch nit weniger dann mir ſelbs an dißer ſachen gelegen),
ſich in freüden vnd frolocken erhaben, vnd gleich als nach einem trůben wetter, von der
§. 7. Curtisanen. | freüdenreichen ſonnen erquicket woꝛden. Dargegen die boßhaftigen Curtiſanen,
vnd Romaniſten, die mich verlaſſen gemeynt, vnd der halben nahet einen triumph von mir
gefůrt hettenn, do ſye geſehen, dz ich mich (im ſprichwoꝛt iſt) an ein veſte vnerſchütte
☞ | wand gelänet hab, iren ſtoltz vnd übermůt gegen mir, etzwas nidergelaſſen, ſich
vaſt jngethon, vnnd kleines lauts woꝛden. Für ſolche deine wolthat, dir genůgſamen
Huttens danckbar gemyet. | danck ſagen, hab ich nit mangel an gemůt vñ willen, ſonder am glück vñ
§. 8. vermoͤgen gebꝛechen. Würt mir aber ye ein beſſere zeyt erſcheinen, vnd ſich anderung des
glückes (als dann mein freye hoffnung zů gott) begeben, wil ich dir allem meinem ver-
moͤgen nach, dermaſſen wider thienen, das du ye vffs wenigeſt mich keinen fleiß, dir
danckbarkeit zů erzeͤigen, geſpart haben, ſpüren ſolt, vnd mitler zeyt, mit dem, das mir
kein frenel noch gewalt, kein trotz noch übermacht, kein armůt noch ellend benemen mag,
Was Huttens höchst vermogen. | das iſt, mit krefften meiner ſynnen, vnd vermoͤgen der verſtäntnuß,

---

[1] ſich in der *4.* [3] Denn *4.* am *4.* feynden *3.* feinden *4.* [4] ungeſtümm-
lich *4.* [6] vom *4.* Heyerumb 2. [7] gůren *1.* beweiſet *4.* [8] genannt *4.* dannoch *3. 4.*
[10] denen *1...4.* [11] das mit luſtigs *3.* ich *omis. etiam 4.* [13] Vorſehung *4.* [15] verſächtung *2. 3.*
Verſechtung *4.* [16] Erbarm., meiner *3. 4.* [17] über mich *4.* Gefahr *4.* ſtaet *3.* Städte *4.*
[19] angeſochtene *3.* angeſachte *4.* [20] den Schooß *4.* [21] in *omis. 4.* meinen *4.*
[22. 23] Kunſtliebende *4.* [24] einē *1.* einen 2. [26] nahet *omis. 4.* von mir = über mich *de me* [27] ein Spr. *4.* [33] da Du *4.* [35] frenel] Greuel *4.!* noch Uebermuth *4.!* ar-
můr *1.* benemmen *4.*

trewlich vñ fleißigklich thienen, auch dir yetzo, wie ettwan Vergilius den zweyen woluerthienten jünglingen, zůgesagt haben,

Wo etzwas mein geschrifft vermag,
Dein lob můsß sterben keinen tag.

Wiewol, ob du dich schon gegen mir der massen (wie obberürt) nit gehal- Frantzen tugent. §.9.
ten, hettest du dannocht on das, mit deinen ritterlichen eerlichen gethaten, verthient (als ich vñ alle, deren vermögen ist, gegenwertige oder vergangene ding, durch behelff der geschrifft, in erkantnüß zůkünfftiger zeyt bringen) deinen namen usß dunckelem vergeß, in das lyecht der ewigen gedächtnuß setzeten. Dann on schmeychelen vnd liebko- Frantzen lob. §.10.
sßen zů reden, bist du der zů dißer zeyt, do yederman bedaücht Teütscher Adel hette etzwas an strengkeit der gemüten abgenommen, dich der masßen erzeigt, vnnd bewißen hast, das man sehen mag, Teütsch blůt noch nit versygen, noch das adelich gewächs Teütscher tugent, gantz außgewurtzelt sein. Vnnd ist zů wünschen, vnd zů bitten, Frantzen halben zu winschen.
das gott vnserem haubt, keyßer Carlen, deiner tugenthafftigen vnerschrockenen můtsamkeit, erkantnuß yngebe, damit er dich deiner geschicklicheit nach, in hohen trefflichen seinen händlen, das Römisch Reich, oder auch gantze Christenheit betreffend, so mit rat, vñ der that brauche. Denn als dann würde frücht deiner tugent zů weiterem nutz kommen. Für- §.11
war einen solichen můt, solt man nit rüwen lassen, noch iñwendig bezyrks Frantzen mut.
kleiner sachen, gebraucht werden lassen. Aber ich hab mir nit fürgenommen, in dißer vorred dein lob zůbeschreiben, sonder ein mal meinem hertzen, das gesteckt voll gůter gedäncken vñ freüntlicher gütwilligkeit, die ich gegen deinen vnwidergeltlichen an mir begangenen wolthaten, die doch du noch täglich ye mer vñ mer überhauffest, trag, einen lufft geben, schenck dir zů dißem newen jar, die nachfolgende meine büchlin, die ich in nechst §.12.
verschinenen tagen, in der gerechtigkeitt (wie vor genannt) herbergen, eylendts, vnd on grösseren fleiß verteütscht hab. Vnnd wünsch dir damit, nitt als wir offt Was hutten Frantzen winschet.
vnserenn freünden pflegen, ein fröliche sanffte rů, sonder grosße, ernstliche, dapfere vnd arbeitsame geschäfft, darinn du vilen menschen zů gůt, dein stoltzes heldisch gemůt brauchen vñ üben mögest. Darzu wöl dir gott glück, heyl vñ wolfarn verleyhen. Geben zů Ebernburgk, vff den heyligen newen jars abent, im jar nach Christi geburt M.CCCCC. vnd einvndzweintzigsten.

---

1 Virgilius 4.   3 Aen. IX. 444. sq.

. . . . . siquid mea carmina possunt,
Nulla dies unquam memori vos eximet ævo.

6 dennocht 2. 3. dennoch 4. 7.8 geschrifft, und erk. 2. 3. 8 bringen) das wir d. n. 2. 3. 9 setze. 4.! 12.13 Iam a. 1512. prodierat Hutteni heroicum 'Quod ab illa antiquitus Germanorum claritudine non degeneraverint nostrates' quod postea emendatum auctor edidit. Cf. Ind. bibliogr. n. VI. XX. I. E. 13 bitten 1. 14 tugendhafften 4. 15 händeln 2. 3. 16 gantzer 2. 3. 20 beschreiben 2. gestreckt 4.! 22.23 ein lufft 2. 3. 24 verschienenen 3. 4. 25 als wie oft Freunde 4.! 29 Ebernburg 4. 30 zwentzigsten 3.

2.

Zů dem leßer dißer nachfolgenden bůchlin Vlrich von Hutten.

Warheit ℭ Die warheit iſt von newem gborn,
Betrug. Vnd hatt der btrugk ſein ſchein verlorn,
Des ſag Gott yeder lob vnd eer,
Vnd acht nit fürter lugen meer.
Ja ſag ich, Warheit was vertruckt,
iſt wider nun härfür geruckt.
Des ſolt man billich genyeſſen lon
Die darzů haben arbeit gthon.
Dann vilen es zů nutz erſcheüßt,
wiewol es manchen auch verdreußt.
Die faulen pfaffen. Die faulen pfaffen lobents nit.
Darumb ich yeden frommen bitt,
das er gemeynen nutz bedenck,
vnd ker ſich nit an loße ſchwenck.
Bapst. Es iſt doch ye ein Bapſt nit gott,
dann auch jm iſt gewiſſz der todt.
Vermanung. Ach fromme Teütſchen halt ein rat,
das nun ſo weyt gegangen hat
daſſs nit geeh wider hinderſich.
Mit trewen habs gefordert ich,
Huttens beger. vnd bger des anders keinen genyſſz,
Dann wo mir geſchäh des halb verdryeſſz,
das man mit hilff mich nit verlaſſz.
Huttens zusag. So will ich auch geloben, das
von warheit ich wil nyemer lan,
das ſol mir bitten ab kein man.
Auch ſchafft zuſtillen mich kein wer,
kein bann, kein acht, wie vaſt vnd ſeer
man mich darmit zůſchrecken meynt,
Wiewol mein fromme můtter weynt
do ich die ſach hett gfangen an.
Es muss gon. Gott wöll ſye tröſten, es můſſz gan,
vnd ſolt es brechen auch vorm end.
Wils Gott, ſo mags nit werden gwend,
darumb wil brauchen füß vnd hend.

☞ Ich habs gewagt.

Vlrich von Hutten.

---

1. 2. 4. ut ad epist. proxime superiorem adnotatum est.

geborn, *2.* [3] Deß ſey *4.* [6] herfür *2. 4.* [20] gefördert *4.* [23] nicht *2.* [28] veſt *2.* faſt *4.*

3.

¶ Zu den Leſeren diſer geſprächbüchlin, herr Vlrichs vom Hutten beſchluſſz red.

Teutschen weyß worden.

¶ Ich hab eüchs gſagt, ir habts gehört,
wir ſeind geweſen lang betört,
biß dz uns doch hatt gott bedacht,
und widerumb zů ſynnen bracht.

Was hutten bewegt.

Ich weiſſz nit wie ich kumm ins ſpil,
Allein ich eins veriehen wil,
und ſchweren bey der letſten not,
als warlich můſſz mir helffen Gott,
dz mich kein lon noch nutz bewegt,
do ich mich erſt zům handel legt.

Trügerei der geystlichen.

Und byer auch noch des keinen gnyeſſz.
Allein mir ſchalckheit thůt verdryeſſz,
darmit die welt betrogen würt,
und mancher jämerlich verfürt.
So wär es auch on ſchaden mir,
ob diſer, oder der regir.

Bäpstliche herschung.

Ob ſey der Bapſt ein herr der welt,
und jm das gott hab zůgeſtelt.
Ob alles, das ein yeder leügt,
mit keiner waren ſchrifft bezeügt,
für wor mög werden gſehen an.
Allein ich alles hab gethan
dem vatterland zů nutz und gůt.

Warheyt.

Die warheit mich bewegen thůt.
do kan ich nyemmer laſſen von,
Hab ich des nye entpfangen lon,
ja mer zu ſchaden kommen binn.
Dann farh und not iſt mein gewinn.
Das ſteet nunmer in Gottes handt,
dem alle hertzen ſeind bekandt.

Huttens sach offenbar.

Unnd ich mein ſach nit bergen kan.
Wie wol die weiſſz auch yederman,
alſo, das nymants widerſpricht,
er habs dann ſchandtlich vor erdicht.
Als dann ich weiſſz einn pfaffen frech,
kan ich, ichs werds noch an jm rech.

Hutten gescholten.

hatt heymlich hinter meinem ruck,
uff mich geſagt vil bőſer ſtuck.

1 = Ind. bibl. n. XXVII. 1. 2 = Hutt. Münch. V. p. 363...365.

[8] verjähen 2. *falso.* [28] Fahr 2. [35] Non novi quis petatur: Petrus Meyer?

Dꝛan leügt er als ein Curtiſan.
ſo wil ich jn geſcholten han.
Doch bin ich hoffen auch der zeyt
(dann gůt, vnd bőß, got nimpt vnd geyt)
das ers můß wider freſſen ein,
vnd ſprechens als gelogen ſein.
Ich wőlt auch hőꝛen gern den man,
der mich dőꝛfft frőlich ſehen an,
vnd ſchelten ſo auß billicheit.
Was hutten wartet.
Hyerrumb ich wart vnd bin bereitt,
zů hőꝛen yeden, was er ſag.
damit die warheit komm an tag.
Dann ſőlt ich andern ſagen war,
vnd mőgen ſelbs nit hőꝛen gar
der gleichen auch, ſo wär ich werd,
das mich nit lenger trůg die erd.
Hutten mag warheit horen.
Die warheit můß herfür, zů gůt
dem vatterland, das iſt mein můt.
Kein ander vꝛſach iſt noch grund,
dꝛumb ich hab aufgethan den mund;
vnd mich geſätzt in armuts not,
Huttens berueff.
Das weyß von mir der ewig gott.
Der helff mir bey der warheit ſach,
laß gehen auß ſein gőtlich rach,
da mit der bőß nit triumphir,
Vnd das auch werd vergolten mir,
ob ich villeycht on fůg, vnd glimpf,
hett gfangen an ein ſolchen ſchimpf.
der nyemant grőſſern ſchaden bꝛingt
dann mir, als noch die ſach gelingt,
dohin mich gott, vnd warheit dꝛingt.

☞ Ich habs gewagt.

M. Luther.
(Bildchen in ganzer Figur.)
Warheit die red ich,
kauff des neyd an mich.
Gott geb mir den lon,
hab ichs falſch gethon.

Vlr. von Hutten.
(Bildchen in ganzer Figur.)
Vmb warheit ich ficht,
niemant mich abꝛicht,
Es bꝛech, oder gang,
gots geiſt mich bezwang.

Læta Libertas.

53 werth 2. 60 Beruf 2.

ADDENDA.

ERFVRDIÆ. **XXI*.** 6. IAN. 1515.

[EOBANVS] HESSVS CAPNIONI SALVTEM.

Vidi equidem et antea sciebam, Reuchline doctissime, (neque enim sum tam §. 1. negligens gloriæ) quantum isti personati impostores, vel si mavis palliata mendicabula tibi studiisque tuis molesti fuerint, neque ob id querebar meis ad te datis literis in hunc usque diem nihil te respondisse; sed quod cupiebam omnino vel mutuæ scriptionis vicissitudine notus tibi fieri vel quoquo modo gloriæ tuæ, quam parare te videbam tam pulchro quam iusto certamine, calculum quoque meum, si tibi molestum non videtur, addere et velut presso pollice subscribere. postquam §. 2. vero ita satisfecisti meo desyderio, ut non solum alterum eorum, quod magnifaciebam, sed utrunque simul assecutus videar, gratiam ago humanitati tuæ multo maximam, quam etiamnum me tibi debere et antea quidem cognoscebam, cum viderem tam fortiter te, tamque animose contra veræ sapientiæ et communium studiorum crudelissimos hostes non solum decertare, sed et decernere, remque agere omnibus post nos seculis memorandam, qui solus contra tantam adversariorum multitudinem sis ausus in aciem progredi, qui et progressus iam semel atque iterum viceris. Ostendi tuas literas quibusdam hic bonis viris qui §. 3. non minus tuæ laudis sunt studiosi quam adversæ factionis inimici, et etiam, quod adeo mirum tibi non debet videri, ipsorum quidam theologiam profitentium, sed non adeo penitus contemnendam sicut istorum qui te malo iudicio condemnare voluerunt: sunt enim et hic quoque boni et mali: ipsi autem illi quos tu non bonos sed inter peiores minus malos appellas, pœnitere videntur quod Coloniensibus asinis et circunforaneis mugivendis, ipsi decepti potius quam instructi, suffragium addidere. Sed ipsi viderint: tu vinces; nos triumphabimus: §. 4. id enim futurum nobis polliceris. sed et tu triumphabis: Latinæ civitatis senatus iam tibi Triumphum decrevit. Quid vero Gallorum rex? cogitne exercitum? tanquam bonæ literæ sint armorum impetus effugituræ. non sic, impii, non sic, sed potius

Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ!

XXI*. Illustrium virorum epp. ad Ioann. Reuchlin. (Ind. bibliogr. n. 51.) p. y II^a...y III^b.

[2] Hæc epistula ponenda erat post n. XXI. p. 34. [9] certamine] contra Pepericornum ac Colonienses. [10] presso p.] „Pollices, cum faveamus, premere etiam proverbio iubemur." Plin. H. N. XXVIII. 2. sect. 5. [19] et etiam ... ips. quid. prof.] *i. e.* et quorum non nulli theologiam ipsi profitentur. [27] Triumph.] Hæc equidem ad Triumphum Capnionis, ab consortio Mutiani Eobanique et amicorum Erfordiensium actum rettulerim. Cf. supra n. XVII...XVIIII. Gallorum] h. e. non Francogallorum verus rex, sed sacerdotum prædicatorum princeps, Hochstratus. [30] Cedant] Cic. de off. I. 22,77.

§. 5. Quid autem si Gotos iterum revocent in Italiam, ut perdant omnem litera-
riam supellectilem et ipsi cum suis lituris et uncinis mercatoriis soli sapere
videantur? nos organa nostra suspendimus sedentesque super flumina Babylonis
flebimus, dum recordabimur Sion; postquam vero converterit dominus captivi-
tatem Sion, rursus consolabimur et venientes portabimus manipulos et signa
§. 6. nostra cum exultatione. Quorsum vero hæc? Ut scilicet ipsis peculiari poemate
eorum vanissimos conatus deriderem. Quid vero emasculatis Gallis cum viris
fortibus? nihil nisi ut temere fortasse semel atque iterum insultent, tandem
§. 7. vero succumbant et cristati esse desinant. Cum hæc scriberem, humanissime
Reuchlin, ita sum ad metaphoram delectatus, ut statim adderem

Semivir insultet Gallus, licet armiger illum
Arripit et superi fert Iovis ante pedes.
Iupiter omnipotens, Gallum prosterne volentem
In tua sacrilego scandere regna pede.
At tu si dubitas Cybelen violare sacratam,
Pro Gallis Druidas in tua templa refer.

Non tamen hi magnæ matris sacerdotes Galli sunt tanquam exectis testibus ad
religionem coacti, sed sua sponte personam induti sub pietatis prætextu latent,
ut ipsi in voluptatibus et delitiis habitantes miseram et facile istis astutiis cre-
dentem plebeculam decipiant et velut creditas sibi oves ipsi fures et lupi rapa-
§. 8. ces, immo insatiabiles deglubant. Hæc autem de malis non solum illis qui te,
sed et omnibus qui veritatem conniventibus oculis aspiciunt, dicta sint. Bonis
bene sit; malis autem deus malefaciat et deleat memoriam eorum de terra vi-
ventium: digni enim sunt qui ab optimis quibusque odio habeantur isti non
solum omnis sapientiæ persecutores sed et divinæ religionis prævaricatores: deus
bone, et tamen non modo non hæretici sed hæreticorum Inquisitores videlicet
hoc facillime inquirunt quod ipsis semper est in promptu: quis enim non hæ-
reticus sacrosancti concilii statutis refragetur? Verbum intelligis. verum ego quan-
tum in me est egregie illis patrocinabor, et ita ipsorum causam agam, ut im-
§. 9. mortales reddam. Sed nunc mihi tempero citharamque ut iubes suspendo et
Musis materiam colligo, quæ tametsi iamdudum mihi est collectissima, addet
tamen nonnihil istarum rerum exitus. Coegi nuper iambos quosdam satis fer-
ventes in istos Colonienses dialologos, ita enim tu appellas, et cogam multo
§. 10. plures et omnis generis, tibique transmittam tunc cum tempus erit: magnum
enim animum mihi facit quod neque solus neque alter futurus sum: spero enim
et Huttenum et Buschium et Crotum et Spalatinum et tuos conterraneos Phi-
lomusum et Melanchthonem et præterea multos mecum futuros huius victoriæ
buccinatores. et ego quosdam hic Herfurthinenses excitabo, qui mecum istuc
tanquam crabrones convolantes ista terriculamenta et monstrosissima monstra
ita exagitent, ut requies illis nulla prorsus nec terra nec mari relinquatur.
§. 11. Tum Gallos, Francos, Persas et si quid amplius uspiam est malorum nominum,
licet invocent: Agite igitur, o vos

---

[1] Gotos] *sic 1.* [2] lit. et unc.] signa et notæ quibus tum librorum censores hæreses, sed ecclesiasticas, investigaotes utebaotur, h. l. indicantur. [3] organa *etc.*] Cf. Psalm. CXXXVI. 1. 2. [4] convert.] Cf. Psalm. CXXV. [7] Gallis] Iterum ambigue ludit nomine, quod castratos Magnæ matris, Cybeles sacerdotes et gallinaceum gallinæ marem designat, e quo capo fit. [16] Dryudas *1.* Druidas i. e. veterum Gallorum sacerdotes. [20] Cf. Ioann. X. 10. sqq. Act. apost. XX. 29. [23] del. mem.] Cf. e. gr. Psalm. LXVIII. 29. CVIII. 15. [38] Herf.] *i. e. Erfurdienses.*

Teutones, emensi Latialia regna poetæ,
Vestrum decus viriliter defendite:
Impia molitur certamina Capniomastix,
Tam nobilem ferens inique gloriam;
Heu quibus ille odiis, heu quanta exæstuat ira
Vir barbarus, vir omnium stultissimus,
Quod tibi cum doctis, bardo signate cucullo,
Hostrate, nate pessimis auguriis!
At vos Capnionem, vates, defendite vestrum:
Vobis comœdiam ille primus obtulit.

Ego autem quod reliquum est, mi Reuchline, puto me tibi permagnam debere §. 12.
gratiam, et certe non fallor quod genti meæ tam antiquum et quasi ex Chao attuleris præconium, et Regem me alludente voce gentilicia salutas. Rex igitur sum ego, sed admodum parvo contentus regno: quanto tu asseris, id esset vel Imperatori nimium. Laudes autem tuas tantum abest ut spernam, ut eas vel meruisse me vel saltem videri meruisse in tacito sinu gaudeam. quas ubi primum legi, statim sic exclamavi

'Nunc ego non possum displicuisse mihi.'

Indicio tuo non fallor, hoc est mihi tanquam Delphicum oraculum. Tu, huma- §. 13.
nissime Capnion, tibi velim persuadeas me et esse tuum et nihil esse cui magis applaudem in Germania quam tuæ pene divinæ gloriæ. Constantinum tuum Spalatinus mihi monstravit: dii boni, satis mirari non potui: optimum principem bono principi ostendisti. Oro te data occasione semper aliquid ad me scribas: sic enim me vel Endymionis somnium dormientem excitabis, et tibi reddes in dies magis obnoxium. Ego his diebus uxorem duxi, homo iuvenis, qui hoc §. 14.
die quo hæc ad te scribo, id est octavo Idus Ianuarias, vigesimum octavum annum ætatis impleo: quod faustum fœlix fortunatumque sit! Dominus custodiat §. 15.
introitum ex exitum tuum et tecum sit in omnibus operibus tuis; sit tibi dominus turris fortitudinis a facie inimicorum tuorum! sic enim et Christiane tibi et simpliciter absque fuco precor. Vale. ex Herphorthia. Anno M.D.XV.

[13] Regem] „...Capnio in quadam ad ipsum [Eobanum] epistola, alludens ad Hessi nomen ἑσσῆνα [ἐσσῆνα] cum appellaverat et versum [66.] adduxerat Callimachi de Iove, quem hic negat Hessena deorum sorte esse factum, sed virtute et præstantia sua. Ex eo in sodalitiis cum Rex Hessus vocitaretur, hoc ioco postea utebatur, ut se Regem et alios Regni Proceres faceret". *Camerar. narr. de Eob. Hesso.* [21] Constantinus Magnus Romanorum imperator Io. Reuchlin Phorcensi interprete. Tubing. ap. Anshelm. Bad. 1513. 4°. Friderichо Saxonum duci et electori dedicatus est. [24] *Ἐνδυμίωνος ὕπνον καθεύδεις.* Zenob. III. 76. Diogenian. IV. 40. Endymioni a Iove datum est ut perpetuum somnum mortalitatis seniique expers dormiret. [25] ux. duxi] Catharinam Spater Erfurtensem. Cf. Euricii Cordi epithalamium in nuptiis Helii Eobani Hessi et Trynæ Spateranæ. Erfurt. 1515., quod in exempla operum poeticorum Cordi receptum non est. [26] Si Hessus de sua ætate non ipse fallitur, nec falsus est numerus in fine epistulæ positus, quod utrumque nemo dixerit, natalis poetæ non annus 1488., in quem Camerarii errorem recentiores plerosque fere omnes incidere videmus, sed 1487. fuit, ut itaque Hessus Huttenum quindecim mensibus et dimidio ætate superarit. [27] Dominus] Psalm. CXX. 8. [28] tecum sit] cf. e. gr. Deuteron. XIV. 29. XV. 18. et passim. [29] turris fort.] Psalm. LX. 4. [30] Herph.] Sic tum græcissabant multi, pro Erfordia.

STVTGARDIÆ. **LXXXXI*.** 1. NOV. 1518.

[IOANNES REVCHLIN]
REVERENDISSIMO ET EXCELLENTISSIMO DOMINO
ACHILLI DE CRASSIS
ECCLESIÆ CATHOLICÆ DIGNISSIMO CARDINALI
DOMINO SVO QVAM OBSERVANDISSIMO
ROMÆ.

S. D. P. Rme et excellentissime DN. Cardinalis Achille.

§. 1. Iam prisca redeunt omnia, iam Troianorum renascitur tellus, immanissimorum barbarorum regio adsueta rapere viris humanitate ac elegantia doctrinæ præditis coniugem boni nominis famam, regio umbræ mortis, regio detractorum et calumniatorum theologistarum, qui haud multo ante cœperunt in Germania quosque iurisconsultissimos et honestissimos homines decoro suo ac honore deprædari, ut qui maxime legum hostes et videri velint et haberi, eamque unam data opera potissimum vexare iuris facultatem cupiant, quanquam et aliis quoque tersis ac politiorum artium optimis literis duce Astharotha bellum indixerint. §. 2. Quapropter opus erit plane animosis Aiacibus, utque iterum ad Troiam magnus mittatur Achilles, non Larissæus ille, non Phthiotes, non unus aliquis de Thessalorum gente, sed de Crassorum splendida nobilitate, qui tantam ac tam longe lateque grassantem plusque decem semestribus durantem pugnam Ocularis speculi ratione, non crudelitate, libra, non lancea, insticia, §. 3. non favore dirimat atque decernat; ne sit tam facile istis barbaris in quemlibet concessa libidinandi potestas, 'ne potentiores viri humiliores iniuriis afficiant, neve defensores eorum calumniosis criminibus insectentur innocentes', ut ait Romana lex Ulpiano rogata, unde non absque divino quodam numine factum esse crediderim, quod negocium hoc de libris Iudæorum cremandis, de quo tanta et tam diu protelata contentio est, tuæ Rmæ ac amplissimæ dominationi ab optimo maximo Leone X° Patrum Patre, atque avo nostro, id est Papa prudentissimo, nuper ut accepi, committendum venerit, ne forte in manum alio- §. 4. qui levis alienius obærati ac nummarii iudicis casurum fuerit. Sed heu, diu nimium defuisti, superillustris Achille; ab hoc enim barbarorum exercitu omnia

LXXXXI*. 1 = Biblioth. reg. Berol. MS. LAT. Fol. 239. fol. 30. sq. 2 = G. Friedlænder, Beiträge zur Reformationsgeschichte. Sammlung ungedruckter Briefe des Reuchlin, Beza und Bullinger. Berlin 1837. 8°. p. 73...76.

[6] suoque 2. [8] Achilles de Grassis, Bononiensis, episcopus Bononiensis, presbyter cardinalis tituli S. Sixti, Antonii de Grassis episcopi Tiburtini nepos, a Iulio II. episcopus, auditor rotæ et referendarius, a. deinde 1511. cardinalis factus, sæpius legationibus ad reges Cæsaremque functus, obiit m. Nov. a. 1523. Cf. Ciacconii Vitt. Pontiff. III. p. 296. sq. [9] imanissim. 2. [11] preditis *1.* [16] Asthar.] Idoli Sidoniorum satis ex bibliis noti sed etiam Hochstrati non infrequens tum appellatio derisoria. bellam 2. [20] plusquam 2. decem] ad annos belli Troiani adludit. [21] iustitia 2. [23] 'ne ... innocentes', ad religionem præsidis provinciæ pertinet. Ulpian. L. 6. § 2. Dig. de officio præsidis I. 18. [25] unde ... contentio est] *His litteris ad marg. adnotatum est* NB. *in 1. inclinatis expressit 2.* [28] Patrū patriæ *sed supra inductum* patriæ *positum est* patre *1. Voluit corrector* patre patriæ [30] obærati] *vult* pecunia corrupti [31] Barbor; *1.*

huc usque damna per iniuriam data sunt quæcunque dari potuerunt. nam præstantissimi quique disertis imbuti studiis et legum canonumque prudentia exuberanter ornati iacent confossi horum adversariorum improbitate ac calumniosa maledicentia. Quare possum et ego tibi iurisconsultorum ac rethorum propugnatori doctissimo id dicere quod dixerunt Nestor primum, deinde Patroclus Achilli Homerico sic 'O Achille, Peleo nate, perquam opportunissime Achivorum 'sic indigneris, talis enim dolor angit Achivos, illi quidem omnes, quotquot 'pridem erant optimi, in navibus iacent percussi vulneratique, sauciatus est 'Tydides fortis Diomedes, vulneratus est Ulysses, dignissimus hastifer et Aga'memnon, percussus est et Eurypylus in femore telo, hunc autem alium ego 'nuper traxi e prælio sagitta in nervo saucium, postquam Achilles vir bonus 'Danaos non curat nec miseratur'. Haud absimiliter audi me, inclyte Cardinalis §.5.
Achille, vel Nestorem qui senio conficior, vel Patroclum qui Achilli sum amicus et laudum tuarum futurus præco. Si tu hoc ante triennio datus esses isti rixæ iudex, interea profecto multa quidem facinora facta fuissent infecta, multæ famosæ imagines non fuissent contra me pictæ ac pro rostris suffixæ, multæ iniuriosæ cantilenæ non fuissent compositæ, multæ multorum inimiciciæ non fuissent concitatæ. Nunc iacent barbarissimorum Phrygum frementium famicidarum et honoris raptorum Calumniensium iniuriis, ignominia, contumeliis et mendaciorum inanium sagitta, gladio, lancea, iaculo permulti nobiles et clari doctores, alii quidem mortui, alii autem percussi, fracti, vulnerati, saucii: Divus Petrus Ra- §.6.
vennas consultissimus iuris hoc hominum monstro Aschthrata (sic et Chaldaice diabolus nominatur I. Rg. VII.) interiit præ mærore, alii moleste torquentur notis; Sebastianus Brantius Argentinensis, Conradus Peutinger Augustensis, Bilibaldus Pirkaimerus Norobergensis, Nobilis Ulrichus Huttenus, generosus Hermannus Comes Nuenarius et reliqui pariter omnes istorum theologistarum et fraterculorum dominicalium cum suis complicibus notissimæ temeritatis ludibria experti lacerati, lapidati, secti, tentati, angustiati, afflicti, quibus dignus non est mundus. et ego tandem Capnion, vernacula Germanorum lingua Reuchlin §.7.
cognominatus, tanquam rei publicæ literariæ protomartyr pro libris et omnibus librorum amatoribus delibor, quique culpa vaco, falsa inculpatione proscindor, quem hostes isti cæteris humiliorem fortius atque prius aggressi sunt, ut me superato, quod tot factiosis videbatur perfacile, deinceps puram illam et Romanam linguam, quam hi barbari sævissime odio habent, et cultores eius non tantum supprimere, verumetiam extinguere valerent. Quare institutus est ab §.8.
illis in me omnium primum acriter invehendi modus, deinde inquisitio famosa et horribilis antea nulli iurisconsulto vel legum perito imposita, nimirum contra divina et humana iura, quod tuæ Rmæ Celsitudini clare patebit, si defensionem

---

[1.2] prest. *1.* [4] rhetorum *1.* [5] Homer. Il. XI. 655...61. XVI. 21...27. [9] Tytides *1.* [11] prœlio *2.* [11] preco *1.* istæ *2.* [15] facta, f. inf. *1.* = omissa essent [16] ac *emend. 1. pro* nec [17] inimicitiæ *2.* [18] Phryg.] prædicatorum [19] calumn.] ludit verbis *Colonia* et *calumnia* [21] Petr. Rav. a prædicatoribus, imprimis Hochstrato Colonia expulsus a. 1507, vixit adhuc a. 1511., quando mortuus sit non constat, nisi quod a. 1518. mortuum fuisse vel ex hoc ipso loco constat; sed de Reuchlini verbis 'præ mærore' dubitaverim. [22] Aschth.] Hochstrato. caldaice *1.* [23] I. Reg. VII. 3. 4. mœrore *2.* [37] imposta *1.* [38] **Defensio Joannis Reuchlin** | PHORCENSIS LL. DOCTORIS | CONTRA CALVMNIATO|RES SVOS COLO|NIENSES | *(In fine:)* Tubingæ apud Thomam Anshelmum | Badensem. Anno. M.D.XIII. |

meam contra calumniatores meos Colonienses editam et acta ipsa legeris, quæ si voles daturi tibi sint procuratores mei. est enim controversiæ totius constitutio legittima ex scripto et sentencia. ubi voluntatis meæ una cum scripto expositæ ac coimpressæ simultaneam declarationem admittere nolunt adversarii, qualem in scholis ipsi sibiipsis mutuo permittunt. et intervalla etiam de more ignoscunt, de quo Tullius 'Calumniatoris' inquit 'officium esse verba et literas
§. 9. sequi, negligere voluntatem'. Ego autem, ne sim longior quam oportet, totam Iliada meam cum Homero finiam et provolutus ad genua tua, generose Achilles, peto ut commisso tibi sceptro hanc litem me vivente dirimas, quatenus et ocio literario et paci restituar. Ego præcipiti et occidua senectute homo, doctorum omnium theologiæ, quos hactenus consului, præter hanc piratarum classem arbitratu et sentencia innocentissimus.

Ἀλλ' αἰδεῖο θεούς, Ἀχιλεῦ, αὐτόν τ' ἐλέησον,
Οἰκτείρων πολιόν τε κάρη πολιόν τε γένειον,
Μνησάμενος σοῦ πατρός· ἐγὼ δ' ἐλεεινότερός περ
Ἔτλην δ' οἶ' οὔ πώ τις ἐπιχθόνιος βροτὸς ἄλλος.

§. 10. Quod magis prope rem quam diserte te permittente interpretor sic:

At venerare deos, ut me misereris, Achille,
Compatiens cano capiti, canæ quoque barbæ,
Sisque tui memor ipse patris. miserabilior me
Non fuit hac alitus terra vir talia passus.

Hæc Priamus quondam Achilli et eadem hæc nunc Capnion Achilli. Vale fœliciter. Stutgardiæ in Suevia. Kl. Novembr. Anno M.D.XVIII.

Io. Reuchlin Phorceñ. LL. Doctor.

STVTGARDIÆ. 12. FEBR. 1519.

CV*.

[IOANNES REVCHLIN]
IACOBO AVRELIO QVESTENBERGO
DECRETORVM DOCTORI SCRIBÆ APOSTOLICO ET PONTIFICI A SECRETIS
DOMINO SVO QVAM OBSERVANDISSIMO
ROMÆ.

§. 1. S. P. D. Si iusseris, Questenberge, tibi per Stygem iurabo me huius libelli, quem ad te nunc mitto, authorem ignorare, ac licet ineptire videatur, tamen

---

CV*. 1 = MS. fol. 36. et 2 = Friedlænder ad n. LXXXXI*. supra p. 456. citt. p. 86.

4°. *et iterum* M.D.XIIII. | 4°. *Repetiit* H. v. d. Hardt in Hist. lit. reformat. 1717. fol. II. p. 53...95. [1] meam *postea adscr. 1.* acta] Acta Iudiciorum inter | F. Iacobum Hochstraten Inquisito|rem Coloniensium & Iohan|nem Reuchlin. LL. Doc. | ex Registro publico, | autentico & sigil|lato. | (&c. *In fine:*) Hagenoæ in ædibus Thomæ Anshelmi Anno | M.D.XVIII. Mense Februario ||| 4°. *Repetiit* v. d. Hardt l. c. p. 94...130. [2] sunt tibi *corr.* tibi sint *1.* [3] legitima *2.* sententia *2.* [4] compressæ *corr.* coimpr. *1.* [5] sibipsis *2.* [6] ign.] *fuerat* cognosc. *in 1.* Tull.] Cic. pro Cæc. 23,65. „... scriptum sequi calumniatoris esse, boni iudicis voluntatem scriptoris auctoritatemque defendere." [9] otio *2.* [11] consuli *1.* [12] sententia *2.* [13] Iliad. XXIV. 503. 516. 504. 505. *Fr.* [16] ὀύπωτῖς *1.* [18] ut] at *2.* [21] altius *1. 2.* [23] Suecia *2.* [27] Questembergo *2.* De eo vid. p. 461. sq. [31] libelli] Triumphi Reuchlini.

haud admodum ineptus poeta existimandus est pro nostri sæculi moribus et stilo. Trans Rhenum in Sueviam missus ad nos est, absque pictura illa Triumphi, quæ sciographice ab initio locanda dicebatur, quam si fuero adeptus, ad te dabo. Cæterum non te tam crebro posterius de causa mea molestare constitui, §.2. quando cœperunt nostrates prope multi de nostro Leone desperare, suspicantes eum non talem esse qualem omnes literaturæ politioris amatores quondam fore putabant. Quid igitur? non ero ἐμαυτὸν τιμωρούμενος: si me deficiant optimates, servent infimates: evidentia veri pugnabit pro me tum vivo tum mortuo. Divus §.3. Maxæmilianus electus Imperator nuper mortem obiit. is si rebus in omnibus fuit lentus et cunctabundus, eligetur fortasse qui futurus sit acrior et agilior, post mortem intelligit quod rectus est, non rexit. Vale. Prid. Id. Februarias. Anno M D XIX.

Ioannes Reuchlin Phorceñ. LL. Doct.

ARGENTORATI. — **CXXIII*.** — M. MAIO 1519.

VIRO DOCTISSIMO
IOANNI CAPNIONI
NICOLAVS GERBELLIVS
S. IN CHRISTO IESV.

Quem vero non pudeat scelerati huius seculi, mi doctissime Capnion? §.1. quem ferre non pigeat mores ætatis huius plus quam ferreæ, qua, cum sementem facere voluissent omnes bonæ literæ astris etiam ipsis fœliciter aspirantibus, repertæ sunt fœdissimæ Harpyiæ quæ florem commodum emergentium frugum pestilentissimo attactu adurere sunt commolitæ? Concreditum erat per- §.2. quam uberi solo mundissimum semen: at illud paulatim superiorum incuria agricolarum spinis atque sentibus peracutis pungentibusque usquequaque inhorruit; missi sunt coloni candidiores, a vepribus liberaturi semen, quo posset emergere cumulatius copiosiusque: bella quidem et horrida bella exorta: molesta namque posterorum colonorum diligentia pigris illis negligentissimisque cultoribus, atque dum desidiam suam velut aras et focos tutantur, cristas erigunt, omnia everrunt armamentaria, nihil non exquirunt, ne patroni parum acres vecordiæ suæ videantur. contra cordatiores isti solius seminis caussam §.3. agentes animo versant pervigili qua tandem via in cœlum queant educere tot iam seculis involutum depressumque perniciosissimis spinis divinæ sapientiæ purissimum germen. illi congregatis undique copiis reclamant, refragantur, in-

---

CXXIII*. Illustrium viror. epp. ad Reuchlin. (Indic. bibliogr. n.51.) p. C ii[b] C iii[a].

Cf. indic. bibliogr. n. XVI. 1. [3] sciogr.] *sic 1. 2. pro* sciagr. [6] prope] *an* probe? [7] ἐμ. τ.] ipse me puniens, crucians. [9] electus] EL. *1.* El. *2.* nuper] d. 12. Ian. [11] quod] qui *2.* ꝙ *1.*

[13] Velim hanc epistulam, quamvis parabolis, comparationibus aliisque figuris et locis ex aliis scriptoribus adlatis paullo longiorem, p. 269. inter n. CXXIII. et CXXIIII. omissam non esse. [20] astris] Nec attinet nec possum equidem astrologicam hanc superstitionem explicare. [21] Harp.] cf. Vergil. Aen. III. 210. sqq. [22.23] per, quam *1.* [27] nanq3 *1.* [28] focos *1.*

saniunt in summa; nullum lapidem non movent, ne saltem ex agro conductitio velut ignavi et inertes coloni eiiciantur, crebro interim illud tragicum occinentes

μόνοι γὰρ εὖ φρονοῦμεν, οἱ δ' ἄλλοι κακῶς.

cuius rei fidem ut faciant iis quorum sunt mercenarii, nulla non hora superbissime inculcant quos tribulos, quod lolium, quas zyzanias ex aliorum eiiciant agris: digni sane conduplicata mercede, quod, cum nihil agant faciantque,
§. 4. omnia se facere instar Aesopici cantoris gloriari studuerunt; homines nimirum suavissimi, qui in alienis agris leviculam etiam filicem conspiciunt, in suis nihil immundum, nihil sordidum, nihil quod carpere queas, inveniri posse credentes; qui sua inter se vitia veluti Pylades et Horestes coniunctissime tegunt occuluntque; quod si quis alius extra ipsorum septa positus ulcera verrucasque eorum vel summa acie tetigerit, proh deum fidem, quam os illud impudentissimum in arcum distorquent, quam rugis suspendunt nasum, in omnia convitia parati, occisuri etiam ob unum aut alterum verbum, si quis timidior eorum obsequatur tyrannidi; nihil condonantes conservis suis, cum omni munificentia beni-
§. 5. gnissimi patrisfamilias ipsi sint locupletati. Huiusmodi tu prelium, doctissime mi Capnion, annis iam propemodum pluribus magno simillimus Herculi sustinuisti; huiusmodi ferent tumultus quotquot pietati et veræ sapientiæ consultum velint. quanquam illi nihil pium, nihil sapidum opinentur quod ab ipsorum discrepet doctrina vel instituto; instituto autem huiusmodi, ut infensi omnibus omnes calumnientur; expectantes a communi omnium patrefamilias commune mercedem, misericordiam, ipsi in alium neminem minus misericordes quam eum qui ad culturam agri dominici noctes ducat insomnes; acres et lyncei, ubi nihil vel minimum est periculi, immo sæpius ingens utilitas, at ubi sublatissima voce
§. 6. clamandum esset, magis mutos reperias quam pisces, quam scarabeos. Ita inverso ordine pro malis affliguntur boni, pro bonis coronantur omnium scelestissimi, quandoquidem, ut Livius ait, solet pars deterior vincere meliorem. Sed, mi candidissime Capnion, querelas nostras in aliud tempus differemus: tu, magnanimo persimilis Herculi, Hydram illam pro animi tui magnitudine contunde, habiturus inter innumeros, Theseus, studiosissimos tui defensores, Huttenum illum virum strenuum et in obeundis huiusmodi periculis animo inconcusso indefessoque, tum denique ab ipsis Gratiis formatum hominem Philippum Melanchthonem, quos nomine meo multa salute impertias vehementer discupio. Vive fœlix. Anno M.D.XIX. Mense Maio.

---

[2] tragicum]? nescio cuius poetæ. Cf. Erasmi Adagia '*Solus sapit*' et '*Hæc potior*', ed. Francof. 1670. fol. p. 187. [3] soli nos enim bene sapimus, ceteri autem male. [7] Aesopicus] κιθαρῳδὸς ἄμουσος ἐν κεκονιαμένῳ οἴκῳ συνεχῶς ᾄδων ἀντηχούσης αὐτῷ τῆς φωνῆς, ὥστε αὐτὸν νομίσαι εὔφωνον εἶναι σφόδρα, καὶ δὴ ἐπαρθεὶς ἐπὶ τούτῳ ἔγνω δεῖν καὶ εἰς θέατρον εἰσελθεῖν· ἀφικόμενος δὲ ἐπὶ σκηνὴν καὶ πάνυ κακῶς ᾄδων λίθοις βαλλόμενος ἐξηλάθη. [10] Pyladis Orestisque amicitiam norunt etiam qui Euripidem non legerunt. [16] preliom *A.* [17] similimus *A.* [21] comuni *A.* [27] Liv.] XXI. 4. concinnius sic „ut plerumque fit, maior pars meliorem vicit." Gerbellius commodius ablegasset lectorem ad Homer. Il. I. 576. ἐπεὶ τὰ χερείονα νικᾷ.

ANGLOPOLI. **CLXV*.** 11. MAI. 1520.

[IOANNES REVCHLIN
DOMINO IACOBO QVESTENBERG]

S. P. D. Veniet, veniet, et nunc adest hoc tempus et ille dies quo saltem §. 1. post novem annos vel unas ad me dare possis literulas. condonavi prudentiæ tuæ tam diuturnum silentium tuum et mihi difficile ferendam, immo intolerabilem illam stili tui taciturnitatem. sed novi dulcem naturam mei Questenbergi et Iani vetusti faciem: omnia prospicis, ante, retro, nec vis male offendere quenquam; nunc vero libere vales et Capnionius esse et Iacobita. Franciscus §. 2. enim ille nobilissimus et potentissimus de Sikingen, communis amicus et meus et adversariorum, adiuvantibus Dalburgiis et cæteris viris militaribus iurisque doctoribus multis, quibus negare nihil queam, hanc inter nos fecere concordiam, ut Fratres Prædicatores de provincia Germaniæ debeant apud sedem apostolicam impetrare suis expensis, quod sanctissimus dominus noster habita ratione honoris mei advocet causam nostram et cum integritate famæ meæ sine illorum (ut opto) infamia imponat perpetuum silentium nobis et adhærentibus nostris, cum inhibitione quibuslibet inquisitoribus tam ordinariis quam commissariis, ne liceat de eadem causa iterum vel inquirere vel litigare, et in eventum contrarii quod respondere non tenear. καὶ τὰ λοιπὰ in meliori forma quam tu nosti. Qua in re te facio certiorem et iuro tibi per summam veri- §. 3. tatem quod maximam fratrum cædem et dira bella meis assiduis precibus et intercessione averti ac prohibui, solum propter deum, illorum misertus, ut deus mei misereatur. Iam igitur te amicum præsta in re quæ nulli noceat et omnibus prosit, et pro tua longæva scripturarum apostolicarum peritia vide ne quid inseratur in Brevi papali quod innocentis mei honorem sive famam quovis co-

CLXV*. 1 = MS. fol. 46. et 2 = Friedlænder ad n. LXXXXI*. supra p. 456. citt. p. 88. sq.

[3] De Iacobo Aurelio Questenbergio, Fribergensi Saxone, hæc imprimis ex Friedlænderi libro laudato (p. 7. sq.) enotamus. Questenbergius Lipsiæ grammaticis philosophicisque studiis peractis Romæ cardinali Marco de s. Marco imprimis Latine scribendi arte sese commendavit, qui iuvenem Argyropulo Græce erudiendum tradidit. sed prius quam huius scholas Thucydideas cum Reuchlino, cum is iterum Romæ moraretur, a. 1498., frequentaret, inter utrumque amicitiam coniunctam fuisse, de qua re Friedl. parum ipse sibi constat, aperte docet epistola quam 'Romæ ex ædibus rev. dn. Cardinalis S. Marci Calend. August. M.CCCC.XC'. scripsit Reuchlino 'Iacobus Aurelius de Questemberg, Decretorum Doctor, & Breuium apostolicorum Scriba'. (Illustr. viror. epp. ad Reucld. Hagenoæ 1519. 4º. p. k^b.) Ep. d. 15. Dec. a. 1504. scriptam Reuchlinus inscripsit „Cubiculario S^mi Domini Papæ et a Secretis Domino suo colendissimo". (Friedl. l. c. p. 10. sqq.) Fortunis suis ad iuvandos litteratos litterasque et antiquitates q. v. investigandas bibliothecamque augendam liberaliter utebatur. In patriam revertendi desiderium, cui amici quoque, Aesticampianus, Nicolaus Husmannus, alii summopere favebant, pontifex, ne tantæ utilitatis homine ipse careret, ut expleret vir laboriosus, licentiam denegavit. ferunt a. 1527. expugnata Roma interiisse. [4] et *ante* ille *omis.* 2. [7] Quæstenb. 2. [9] Capnionis 2. Iacobita] i. e. Iacobi Hochstrati amicus, ut Epp. O. V. I, 8. [10] comunis *1.* [19] κ. τ. λ.] et reliqua.

lore possit commaculare. nolui enim capitula pacis acceptare, nisi omnia Romæ fierent tuo et reverendissimi domini Cardinalis nostri Aegidii de Viterbio ductu et consilio, in quos confido, et meam fidem in vestram fidelitatem colloco. Vale. Anglopoli apud Boios propter pestem. V. ID. Maias. An. M.D.XX.

Io. Reuchlin Phorceñs. LL. doc.

---

[2] Viterbo 2. Aegidius Viterbiensis ordinem fratrum Eremitarum s. Augustini a puero ingressus eiusdem generalis factus sub Iulio PP. II. inter XXXI cardinales fuit quos d. 1. Iul. a. 1517. Leo X. creavit. doctissimus et litteratissimus Capnionis fautor † sexagesimo æt. a. Romæ d. 12. Nov. a. 1532. Cf. Ciaccon. Vitt. Pontiff. III. p. 395. sqq.

